



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

1. - 390
DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 4°
1 1 01 0 4 01718 8
+ REX
BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

# CHRISTIANI KORTHOLTI,
S. Theol. D. & P. P.

*DE*

# CANONE SCRIPTURÆ SACRÆ TRACTATUS,

ROBERTO Card. BELLARMINO, hujusq; Defenſori, JACOBO GRETSERO, & Vindicatori nupero, VITO ERBERMANNO, Jeſuitis, oppoſitus, atque in Academia ROSTOCHIENSI publicis aliquot diſputationibus propoſitus.

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr.
ANNO M. DC. LXV.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

B.R.H.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*REVERENDISSIMO SERENISSIMOQUE PRINCIPI AC DOMINO,*

# DN. CHRISTIANO ALBERTO,

## ELECTO EPISCOPO LUBECENSI, HÆREDI NORWEGIÆ, DUCI SLESVICI, HOLSATIÆ, STORMARIÆ ET DITHMARSIÆ, COMITI OLDENBURGI AC DELMENHORSTI, ETC.

*DOMINO SUO CLEMENTISSIMO,*

## FELICIA OMNIA!

*CUm primum ad edendum hoc de Scripturæ Canone opuſculum appellerem animum, REVERENDISSIME & SERENISSIME PRINCEPS, jam tum certum mihi erat, SERENITATI TUÆ, ſi DEUS vitam & vires ad perficiendum largiretur, inſcribere illud & conſecrare. Fas enim eſſe arbitrabar vel maxime, ut, qui in ditione Tibi ſubjecta natus, ac in tuis terris, imo in urbe, Ducali tuæ ſedi fere contigua, pietatis & artium prima olim jeci fundamenta, publicum aliquod venerationis meæ & ſubjectisſimæ erga PATRIÆ PATREM devotionis extare*

*face-*

*facerem teſtimonium. Ceterum non putaram fore, ut iſthæc meditanti occaſio immineret ex alio inſuper capite conſilium illud in rem transferendi. Factum tamen interea eſt, SERENISSIME DOMINE, ut, novam patriæ ACADEMIAM, non ſine divini Numinis orſu, adornans, ſpartam in Facultate ejus Theologica gratioſiſſime mihi deſtinaris. Quem utiq; clementiſſimum in me affectum non tantum humillima mentis devotione agnoſcere, ſed palam quoq; prædicare, quin & gratitudinem, quam SERENITATI TUÆ hoc nomine debeo, publico quodam indicio manifeſtare, ipſa Pietas imperabat. Cumq; his, qui e ſtudiis vivunt, vix integrum ſit commodiori ratione devotionem ſuam & gratitudinem prodere, quam librorum nuncupatione, ut quæ inter præcipua venerationis ſigna jam inde ab antiquo recepta fuit; offero Tibi nunc, CLEMENTISSIME PRINCEPS, iſtum de nobiliſſimo argumento Theologico Commentarium, in incluta ad Varnum Univerſitate, ubi hactenus Academicam Juventutem pro virili docui, non ita pridem mihi natum. Levidenſe quidem illud munuſculum, fateor, propoſitoq; obtinendo vix idoneum. Nullus tamen dubito, quin ſereno id vultu ſis admiſſurus SERENISSIME, quippe a venerationis Tui pleniſſimo profectum pectore. Quanti eruditionem fecerint olim & eruditionis cultores, PHILIPPUS Macedo, Magnus ALEXANDER, JULIUS CÆSAR, OCTAVIUS AUGUSTUS, etiam in*

*am in*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

am in vulgus notum. HADRIANUS, Princeps doctiſſimus, Profeſſores & honoravit, & divites fecit, teſte Ælio Spartiano. Ejusdem fuit indolis, qui Hadrianum excepit, ANTONINUS PIUS. Nam & is, ſi Julio Capitolino credimus, non tantum ipſemet nitidæ literaturæ Princeps fuit, ſed viris quoq; eruditis per omnes provincias & honores & ſalaria detulit. Quid vero dicam de hujus ſucceſſore MARCO ANTONINO? Tantæ is erat doctrinæ, ut inde cognomentum PHILOSOPHI perpetuo ipſi adhæreret; tanto amore complectebatur eruditos, ut etiam magna hominum multitudo ſe philoſophari, vel ſapientiæ theſauros colligere, ſimulaverit, quò ab ipſo locupletaretur, ceu Dio Caſſius memoriæ prodidit. Horum veſtigia quod premas, DOMINE, teſtatur luculenter, quam, in DEI trinunius gloriam, Eccleſiæ reiq; publicæ ſingulare incrementum, inclutæ HOLSATIÆ, quin totius GERMANIÆ, immortale decus & ornamentum, æternum nominis Tui ſplendorem & nunquam intermorituram memoriam, magnis ſumptibus munificentisſime paras, Muſarum illa ſedes ampliſſima, illa divinæ humanæq; ſapientiæ officina, optimarum artium palæſtra, tot erudituſſimorum virorum, tot nobilisſimorum ingeniorum, altrix & cultrix: in cujus prolixiores laudes nolo nunc excurrere, oportuniori id tempori & occaſioni reſervans. Quemadmodum autem in eo, ut dixi, magnos iſtos ac illuſtres Heroas imitaris,

Prin-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*PRINCEPS INCLUTE, quod ſapientiæ ſtudia horumq; cultores æſtimas: ſic non minus in hoc ipſorum ſimilem Te fore confido, ut eadem, qua illi olim, frontis ſerenitate accipias, quidquid Sereniſſimo nomini Tuo ſacrum eſſe jubet pietas devota. DEUM veneror ex animo, ut ſanctis illis tuis conſiliis conatibusq;, Principe magnanimo, munifico, & (quod caput eſt) CHRISTIANO, vere dignis, cœlitus porro benedicat largiſſime, & ſucceſſus largiatur amplius exoptatiſſimos. Ille Te, REVERENDISSIME & SERENISSIME DOMINE, natum bono publico, incolumem ſemper & florentem præſtet, omnigenaq; proſperitate copioſe cumulet! Ille Te, PATER PATRIÆ, tum veri cultus divini ac* Reipublicæ, *tum & literarum atq; eruditionis curam adeo ſolicite gerentem, rebus humanis longum intereſſe patiatur! Ille, quæcunq; vel glorioſum regimen, vel auguſtiſſimæ Domus veſtræ ſplendorem, vel ſubditorum tranquillitatem, promovere ullo modo poſſunt & attollere, abundantiſſime largiatur!*

Ita vovet,

REVERENDISSIMAM SERENITATEM VESTRAM

humillima animi ſubmiſſione colens,

CHRISTIANUS Kortholt, D.

# LECTORI CHRISTIANO.

*QUantum ſit apud Pontificios & quam inclytum nomen ROBERTI Franciſci Romuli BELLARMINI, Politiani, ex JESUITA Romanæ Eccleſiæ CARDINALIS Presbyteri, itemq; Capuæ ARCHIEPISCOPI, neminem eruditorum facile præterit. Eum* Concuſſorem hæreticorum, & Theologorum apicem *vocavit Card. de Sourdis*; hæreticorum malleum, ſanctæ Eccleſiæ propugnaculum, Chriſtianæ fidei columen, Catholicæ veritatis aſſertorem & vindicem, *Card. Centinus*; alterum noſtri ſeculi AUGUSTINUM, *Card. Verallus*; ATHANASIUM atq; AUGUSTINUM ætatis noſtræ, a divina providentia commodatum orbi, ut monſtra hæreſum affligeret atq; ad terram daret, *Card. Ubaldinus*; magnum CHRISTI athletam, *imo* magnum APOSTOLUM ſeculi noſtri, *Card. Valerius. Eundem,*

*Vide Jac. Fuligattum in vita Bell. lib. 2. cap. 5. 6. lib. 3. cap. 1. lib. 4. cap. 3. 4. lib. 6. cap. 1. & Phil. Alegambe in Bibliotheca ſcriptorum Soc. Jeſu, pag. 410. ſeq.*

*jam inter Purpuratos adlectum, quoties adiit Card. Perronius, dixit aſſeclis ſuis*: ad MAGISTRUM eamus. *Quin ipſe Pontifex Clemens IIX, ubi in Cardinalium collegium cooptaret Bellarminum*, Hunc eligimus, *inquiebat*, quia non habet parem Eccleſia DEI quoad doctrinam. *Idem aliis audit*, Magiſter orbis; qui intra limites ævi ſui neminem habuerit majorem ſe, aut etiam parem; Spiritus ſancti amanuenſis; validus Eccleſiæ DEI coloſſus; in confutandis hæreticis IRENÆUS a divina providentia deſtinatus, nunquam ſatis laudatus noſtro ſeculo, poſterioribus ſemper laudandus; vir non ſeculi ſui, & tantum non ſimilis claris Eccleſiæ luminibus, GREGORIO, BASILIO, AMBROSIO, AUGUSTINO: Tutor, Præſes, Conſiliarius, Senator Chriſtianæ reip. magnus: lucerna lucens in caliginoſo loco, tenebrasq; omnes diſcutiens; vir ingenio tam acri, ut fere nihil adeo alte ſapientia conſtituerit, quo mens ejus non poſſet eniti, tantisq; adornatus virtutibus, quantas mortalis conditio capit: novus ALCIDES aquilonis; Romanæ ſacræ purpuræ decus immortale; ſacræ militiæ Princeps; ingens gloria temporum ſuorum. *Et quis omnia, quæ a viris Pontificiis ipſi ſcribuntur, elogia recenſeret? Peperit autem tantas BELLARMINO laudes inprimis vaſtum illud, quod* DE CONTROVERSIIS CHRISTIANÆ FIDEI

*edidit,*

*edidit, opus: cujus fama omnes Europæ partes adimplevit, quodq; , cum res Pontificias non male ſtabilivisse videretur, Romæ galerum Cardinalitium Autori meruit. Etenim de his ejus lucubrationibus inter alios Card. Baronius:* Robertus Bellarminus, Politianus, hoc ipſo anno, quo hæc noſtra cudimus, ſuas de Controverſiis Chriſtianæ fidei diſputationes adverſus hæreticos, ab eruditis omnibus avidè expectatas, & jam acceptas, & mirificè prædicatas, edidit: nobiliſſimum planè opus, quod inſtar *turris* illius, quam *David* ædificavit *cum propugnaculis, ex qua mille pendent clypei, & omnis armatura fortium*, in Eccleſia habeatur. *Card. Perronius, in quadam ad ipſummet Card. Bellarminum epiſtola*, pluris a ſe æſtimari *ſcribit* opꝰ Controverſiarum *Bellarmini*, quam opus aliud quodcunque, editum quod pro Eccleſiæ defenſione, vel a milleſimo anno repetatur. *De iisdem diſputationibus Cornelius a Lapide*: Ex Scriptura omnes hæreſes revicit & jugulavit ſolidè & exactè Illuſtriſſimus Bellarminus, fidei hyperaſpiſtes, & hæreſium proſtrator, in ſuis Controverſiis. Quod opus proinde impenetrabile eſt & incomparabile: nec à CHRISTI temporibus hucusq; ſimile in hoc genere vidit Eccleſia; ut merito veritatis Catholicæ murus & antemurale vocari poſſit. *A c alibi*: Opus Bellarmini verè eſt Panoplia rectæ fidei, & opus

*Tom. 1. Annal. ad ann. 53. num. 32.*

*Cant. 4, 4.*

*apud Fulig. l. c. lib. 2. cap. 7.*

*Encom. Scripturæ Comment. in Pentateuchum præfixo, num. 38.*

*Proœm. ſuper Epiſt. Pauli.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Dedic. tom. 1 Def. Bell.* æternâ memoriâ dignum. *Porro Jacobus etiam Gretſerus iſthæc volumina Bellarmini* monumenta *vocat* incredibili eruditione referta, ſummaque differendi facilitate & perſpicuitate omnium ſtudia non tam ad ſe trahentia, quam rapientia. Quid enim, *ait*, Tomis Bellarminianis ſcriptum modeſtius? quid mitius? quid doctius? *Et rurſum de*

*Ibid. præfat. ad Lect.* *eodem opere*: Illud, *inquit*, toto Chriſtiano orbe notius & celebratius eſt, quàm ut mea laudatione egeat: cujus excellentiam prædicant toties iteratæ editiones typographicæ in Germania, Gallia, Italia: & exemplarium adeo fortunata & propera diſtractio & venditio; ut certatim non modo Orthodoxi, ſed & ſectarii, ad emptionem horum voluminum, tanquam præſtantiſſimæ mercis, convolarint: adeo ut in veſtibulo forſan non immeritò ſcribi poſſit illud Horatii: HIC MERET

*d. l. lib. 2. cap. 6.* ÆRA LIBER SOSIIS. *Jacobo item Fuligatto opus hoc tale eſt*, quod, ſive ordo rerum, ſive ſententiarum pondera, & teſtimonia Patrum, ſive hiſtoriarum linguarumq; peritia, doctrinæ firmitas & profunditas, in dicendo vero junctæ elegans ſimplicitas & majeſtas conſiderantur, eſt inter ejus generis exempla maximum. Tenet hoc, *ait*, publica fama, & illud ſatis affirmat, quod in ſolo ſeptentrione vigeſimam habuerit editionem: ut, quia meruit ita feliciter multiplicare lucem, non

ſit,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ſit, unde inpoſterum vel obſcuritas ei vel oblivio metuatur. *Idem Fuligattus*; Non intelligebant homines, *inquit*, quo pacto unus animus rerum congeriem adeo fuſam indigeſtamq; committere, atque diſtinguere illud permixtum chaos collidentium ſe invicem ſententiarum potuiſſet, ita ut in lucem clareſcerent, quæ prius quorundam ingeniis noctem offundere videbantur. *Et deinde:* Communis omnium fuit admurmuratio, qui Controverſias primi legerunt, illas non humanæ, ſed cœleſtis ſapientiæ fœtum eſſe: ab ea ſonum, ab ea vim & ſenſum accepiſſe: cui obſtrepere aut obloqui non poſſint adverſarii ejus. *Nec minus Vito Erbermanno Bellarminianæ diſputationes ſunt* Panoplia illa Catholica, quâ nihil inſtructius & locupletius vidit Eccleſia, *&* *cujus* robur invictum. *Atq; hinc factum ſcribit Petrus Cottonus, ut ſuo tempore* in Gallia & Anglia idem *eſſet* BELLARMINISTA quod PAPISTA: quemadmodum, *inquit*, antiquitus pro eodem ponebatur Athanaſii confeſſio, & fidei Catholicæ profeſſio. *Refer quoq; huc, quod ex Reformatis ſcribit Franciſcus Junius.* Quum in Germania ſuperiore eſſem, *inquit*, ante annos duodecim, & eo amplius, audiebam multa de Roberti Bellarmini, ſocietatis (ut vocant) Jeſu, opere magnificentiſſimè prædicari. Nam & plurima ab illo diligenter copioſeq; tractari de fidei

*cap. 5.*

*cap. 6.*

*Dedic. & proœm. Bell. vindicati.*

*apud Fulig. l. c.*

*præf. in 2. Contr. Bell.*

argu-

argumento in diſputationum libris dicebantur, & multorum ea ſententia eſſe, quod nemo unquam noſtrorum hominum integrum illud opus aggreſſurus eſſet refellendum, pedemq; cum tanto artifice juſta veluti pugna collaturus. *Et alibi*: Sunt profectò, ſunt multi, qui Bellarmino dicenti & ſcribenti credunt, qui folia Sibyllæ altera eſſe putant, qui teſtimonia & rationes invictas ab ipſo produci exiſtimant; qui deniq; de ſcriptis ejus haud ſecus gloriantur, quam ſi veritas eſſet divina ipſa, & hic murus aheneus pro veritate ſtaret in oculis omnium. *Quibus gemina habet Guilielmus Whitakerus*; Bellarminus, *inquiens*, tanquam athleta invictiſſimus à ſuis celebratur, quocum noſtrûm nemo congredi auſit, cui reſpondere nullus poſſit, quem vincere ſi quis ſe poſſe ſperet, ab his inſanus habeatur. *Sed & Whitakerus ipſe, Bellarmini antagoniſta, profitetur, ſe* illum judicare virum ſanè doctum, ingenio felice, judicio ſubtili, lectione multiplici præditum; qui ſoleret etiam apertiùs ac ſimpliciùs agere, quàm reliqui conſveverunt Papiſtæ, & argumentum preſſiùs urgeret, & arctiùs ad cauſam adhæreſceret. Sic enim, *inquit*, homo eruditus in ſcholis, & controverſias ex inſtituto tractans, in argumento totus, miſſis circuitionibus atq; ambagibus, verſari, hærere, habitare debuit: cumq, legiſſet, quos hacte-

*præf. in Contr. de purgat.*

*Dedic. libri de S. Script.*

*ibid.*

hactenus libros quisquam de his cauſis ſcripſerit, eas argumentationes reſponſionesq; ſelegit, quas valere plurimùm & nervoſiores eſſe judicaret. In quo cùm rerum momenta ſecum altiùs diligentiusq; expenderet, nonnunqvam ab aliis omnibus, qvos ſeqvebatur, diſceſſit, & novas expoſitiones invenit: credo, quòd veteres parum eſſe firmas tutasq; arbitraretur. *Quænam præcipua operis adeo decantati fuerit occaſio, in præfatione ejus exponit BELLARMINUS ipſemet.* Cum, *inquit*, beatæ memoriæ Gregorius XIII. Pontif. Max. Germanicæ atque Anglicæ nationis adjuvandæ ſtudio, Germanorum Anglorumq; adoleſcentium ampliſſima duo Collegia in urbe Roma, id eſt, in ipſa arce religionis, inſtituiſſet, ea mihi provincia demandata eſt, ut eorum Collegiorum alumnis controverſias fidei, quam diligentiſſime & planiſſime fieri poterat, noſtro in Gymnaſio explicarem; & quaſi novos Eccleſiæ milites, in ſuis ipſorum provinciis cum inferorum copiis congreſſuros, pro mea tenuitate armarem. Ea igitur oblata occaſione rem aggreſſus, eam diſputandi rationem inivi, ut controverſias fidei omnes complecterer, ac partim eas in ſua membra tribuerem, partim cum aliis jungerem & copularem, ut alia aliam ſereret, & alia penderet & naſceretur ex alia, & ex omnibus unum doctrinæ corpus integrum & perfe-

*Conf. etiam Fuligattum. lib. 2. cap 5*

ctum ſuisq; numeris abſolutum exiſteret. Quæ noſtræ diſputationes ab auditoribus primum in Gymnaſio inter docendum exceptæ, deinde à multis iterum atque iterum, non ſine magno vel labore vel ſumptu, deſcriptæ, atque ad varia loca delatæ, tanta contentione ad prælum cœptæ ſunt poſtulari, ut etiam aliqui minarentur, ſe typis eas, nobis invitis ac repugnantibus, mandaturos. Quare coactus ſum opus — ipſe emittere; ne magno meo cum dolore diſputationes in ſcholis exceptas, laceras videlicet, ac mutilas, & mendis undique refertas, typis excuſas cernerem. *Prodiit itaque primum volumen anno cIↃ IↃ LXXXI, alterum biennio poſt, tertium diutius hæſit; totum denique corpus anno cIↃ IↃ XCII fuit abſolutum. Et quanquam tribus initio tomis univerſum opus circumſcriberetur, poſtea tamen, propter acceſſiones varias, in quatuor tributum eſt, uno tomo, primo videlicet, quem ob varia additamenta oportuit ſpiſſeſcere, in duos diſſecto. Ceterum ubi tantopere exultarent ac tripudiarent ſuo Pontificii BELLARMINO, ejusq; Controverſiarum voluminibus adeo ſe efferrent, ut, neminem fore Proteſtantium, ſibi perſvaſum irent, qui vel hiſcere adverſum illa auderet, inventi ſunt, tum ex noſtris, tum ex Reformatis, non pauci, qui Bellarminianas ſibi diſputationes ſumpſere examinandas. Quanquam omnibus integrum non fuerit univerſum opus excutere, quod*

morte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*morte prævenirentur alii, alios non ſinerent id exequi ordinariorum laborum moles aliaq; incommoda quamplurima.* *De quibus Junius;* Noſtri, *ait*, incredibili mole incommodorum preſſi, exigua plurimum ſupellectile, otio pene nullo, circumventi occupationibus, tenentur fundere, quaſi in transcurſu, quæ illi (*Jeſuitæ*) in tanta tamq; feſtiva commodorum copia curare poſſunt ex animi ſui ſententia. Atque hæc cauſa fuit, *ſcribit porro*, cur viri aliquot boni, graves, & doctrina judicioq; præſtantes, certa quædam membra ſolummodo illius corporis ſumpſerunt oppugnanda, ac non adverſus univerſam iſtam & grandem molem diſputationum Bellarmini à ſe nervos ingenii contendi duxerunt oportere, prudente conſilio, opera laudabili. Maluerunt enim in uno aut altero diſputationum loco, aut parte aliqua, demonſtrare, quid de Bellarmini labore ſit faciendum judicii, quàm planè conticeſcere, ne aut ille cauſam obtinere, aut perpetuo ſilentio bonorum illa ἀεινίκητος veritas doctrinæ falſæ cedere videretur. *Poſteaquam vero calamum ita adverſus Bellarminum ſtrinxerant, præter Junium hunc, Ægidius Hunnius, Gvilielmus Whitakerus, Lambertus Danæus, Daniel Chamier, Sibrandus Lubbertus, Matthæus Sutlivius, Robertus Abbatus, Gabriel Pouelus, aliiq; juſſu Claudii Aquavivæ, Societatis JESU, quam vocant, tunc*

*præf. in 2. Contr. Bell.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*temporis Præpoſiti Generalis, & ipſomet quidem Bellarmino annuente, JACOBUS GRETSERUS, Jeſuita, Theologus Ingolſtadienſis, ille, ſi Pontificiis credimus,* fortiſſimus Athleta, vigilantiſſimus veritatis defenſor, magnus Lutheranorum domitor ac malleus, hæreticorum & calumniatorum Societatis terror; cujus laus ingens in Eccleſia DEI; cujus ſcriptorum varietatem, multitudinem, eruditionem, jure mireris: *hic, inquam, Gretſerus defenſionem in ſe ſuſcepit Controverſiarum Bellarmini, editis adverſus ſupramemoratos earundem impugnatores ſpiſſis duobus tomis, quorum prior anno* cIↄ Iↄc VII *prodiit, poſterior anno* cIↄ Iↄc IX. *Quanquam mirari ſubit, non niſi tres controverſias, de Verbo* DEI *puta, de CHRISTO, & de Pontifice Romano, propugnaviſſe tantum athletam, cum ſane ipſius antagoniſtæ plerique longe ulterius fuerint progreſſi, nec ſpatium ei ad defenſionem ſuam continuandam defuerit, ut qui, poſtquam alterum vulgaſſet tomum, ipſos adhuc ſedecim annos fuit ſuperſtes, mortuus videlicet anno demum hujus ſeculi* XXV. *Sed nimirum, Proteſtantes ſi quando, operis Bellarminiani refutationem aggreſſi, integrum ejus examen haud abſolvunt, ita id accipitur, quaſi, cauſæ ſuæ, vel viribus etiam, diffiſi, manum de tabula ſubducere fuerint coacti: ſi vero Pontificii, quæ noſtrorum ſcriptis anti-Bellarminianis, publica etiam autoritate adacti, opponunt, ad umbilicum non perducunt,*

*Vid. Alegambe in Bibl. Jeſ. p. 199.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

eunt, juſtam merentur veniam, nec quisquam id interpretari debet ſiniſtre. Interim quod commodum haud fuit Gretſero olim, id non adeo pridem perficere auſus eſt ex eadem ſocietate VITUS ERBERMANNUS, Theologus primum Moguntinus, poſt Herbipolenſis; non quidem continuando, eadem prolixitate, & contra eosdem plane adverſarios, Gretſeri defenſionem, ſed novam, eamq; compendioſam magis, adornando Apologiam, magni illius noſtri Johannis Gerhardi Bellarmino ὀρθοδοξίας teſti, & Gvilielmi Ameſii, Theologi Reformati, Bellarmino enervato, ſpeciatim oppoſitam; in qua omnes & ſingulas Bellarmini controverſias vindicare ſatagit. Atque hic ipſe Erbermanni BELLARMINUS VINDICATUS (quo titulo ſuum iſthunc librum inſignivit autor) qualicunque huic labori meo, quem examinandæ Bellarminianæ de Canone Scripturarum doctrinæ impendi, anſam dedit & occaſionem. Cum enim initio certum mihi eſſet ſolas Erbermanni vindicias excutere, & vero animadverterem poſtea, in prioribus controverſiis ſubinde ſcriptorem hunc lectores ſuos remittere ad Gretſerum, ut qui earundem defenſionem jam ante adornaſſet, viſum fuit eadem opera utriusque Apologetæ exceptiones & impugnationes in conſiderationem vocare; præſertim quod non occurreret, qui juſtum & κατὰ πόδα inſtitutum examen Gretſeriano operi hactenus oppoſuiſſet. Porro cum præviderem facile, magnis obſcuritatibus



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

involutum iri totum iſtud negotium, ni ipſæ Bellarmini rationes, & ad has noſtræ reſponſiones, lectori perſpicue ob oculos ponerentur, oleum ac operam me perditurum credidi, ſi non ab ovo, quod ajunt, rem ordirer, & præter conſiderationem eorum, quæ pro vindicando Cardinali ſuo Gretſerus & Erbermannus ediderunt, ipſius etiam BELLARMINI novum veluti examen quoddam aggrederer. Unde factum, ut creverint ſub manibus paginæ, & in prolixiorem, quam ſperaveram initio, tractatum abierit præſens de Canone diſquiſitio. In qua tamen malui aliquanto eſſe prolixior, quam, brevitati intempeſtive ſtudendo, tenebris, quod fit, rem univerſam involvere; vel etiam, qui Erbermanni cumprimis in diſputando mos eſt, potiora aut omnino relinquere intacta, aut certe non niſi vellicando tangere. Quantumvis autem nihil ſine juſta & ſufficienti cenſura conſulto dimiſerim, quod quidem, ſive a Bellarmino, ſive a memoratis ejus Apologetis, in quantum talibus, allatum fuit veritati & orthodoxiæ repugnans, aliena tamen non egi. Quin potius, ſi apologiæ limites forte exceſſerunt (ut ſane excedunt, ad aliena labentes freqventer) Gretſerus & Erbermannus, non ſecutus ſum divagantes ab inſtituto, ſed intra illius terminos me continui. Et potuiſſem utique de his etiam, quæ propius ad rem accedere videntur, nonnulla ſine crimine miſſa facere, quod, ob rerum evidentiam, reſponſio cuivis, nemine quoque indicium

faciente,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*faciente, obvia ſit. Verum nec illa quidem tranſilire ſemper placuit, ut nimirum hinc adverſariorum, tum in manifeſtiſſimis etiam impugnandis, tum abſurdiſſimis adſtruendis, obſtinatio cunctis pateret. Ceterum quod attinet ad modum ſcribendi, quo in ſacris his rebus pertractandis uſus ſum, utut cum iis mihi antagoniſtis res ſit, qui, (Bellarminum forte ſi excipias, modeſtiorem aliquanto & moderatiorem) in maledicendi arte palmam omnibus ſine dubio præripiunt, non tamen eo perducere me potuit ipſorum ſcribendi intemperies, ut par pari referrem, & pro convitiis redderem convitia. Inſidet quippe animo meo illud ſancti Patris magniq; Doctoris Auguſtini ad Petilianum Donatiſtam:* Si ego tibi vellem pro maledictis maledi- *lib. 3. cap. 1.*
cta rependere, quid aliud quam duo maledici eſſemus? ut ii, qui nos legerunt, alii deteſtatos abjicerent ſana gravitate, alii ſvaviter haurirent malevola voluntate. Ego (*ita pergit illuſtre illud Eccleſiæ ſidus*) quando cuique vel dicendo vel ſcribendo reſpondeo, etiam contumelioſis criminationibus laceſſitus, quantum mihi Dominus donat, frenatis atque coërcitis vanæ indignationis aculeis, auditori lectorive conſulens, non ago, ut efficiar homini conviciando ſuperior, ſed errorem convincendo ſalubrior. *Nec immerito quis miretur, iis, qui a JESU peculiariter titulum gerere, hujusq; præ aliis ſocii audire amant, tam male cum ipſo*

*convenire*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*convenire, ut fœda ejusmodi maledicentia ſeſe collutulent, totq; convitiorum & calumniarum plauſtra etiam in mortuorum capita exonerent: quæ ſane a mitiſſimi Salvatoris & doctrina & moribus longiſſime abſunt. Sed retineant illi ſibi, ſi qua eſt, maledicentiæ laudem: nobis, in actu ſacro convitiis certare, inq; publico totius Eccleſiæ conſpectu turpiter adeo ac intemperanter ſeſe gerere, peccatum eſt haudquaquam leve, ſed revera graviſſimum. Miſſis ergo turpibus maledictis, convitiis & cavillis, quibus adverſariorum ſcripta ſunt referta, unice rem ipſam, & quidem, ut decet veritatis amantes, candide tractavimus; idq; rurſus juxta venerabilis Auguſtini dictum:* Quid

l. c. lib. 1. cap. 1. prodeſt, omnia contumelioſa verba retexere? Aliud eſt, documenta firmare, aliud, maledicta refellendo tractare. *Tu, lector cordate, qualemcunque hunc meum laborem æqui boniq; conſule. Quem ſi non diſplicere tibi intellexero, dabo operam, annuente* DOMINO, *ut brevi continuatum habeas hoc Bellarmini Bellarminiſtarumq; examen.*

Joh. 17, 17. *DEUS NOS SANCTIFICET IN VERITATE SUA: VERBUM EJUS VERITAS EST!*

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

# De CANONE SCRIPTURÆ SACRÆ.

## PRÆFATIO.

SCripturam ſacram primum Theologiæ principium eſſe, adeo certum eſt, ut ipſi id Pontificii, ni vel in manifeſto circumagi velint circulo, vel fide tantum humana Chriſtianæ religionis capitibus aſſentiri, diffiteri nequeant. Quanquam enim communiter Scripturæ autoritatem in ordine ad noſtram cognitionem illi ſuſpendant ab autoritate Eccleſiæ, tamen hancipſam autoritatem Eccleſiæ ex Scriptura probare ac demonſtrare ſatagunt. Niſi ergo in hoc Scripturæ teſtimonio & autoritate ultimo acquieſcant, ſed hinc viciſſim ad autoritatem ac teſtimonium Eccleſiæ relabantur, circulum ſane vitare non poſſunt. Quod quidem ita eſt evidens, ut ipſe Jeſuita Jacobus Gretſerus id fateri fuerit coactus. Sic enim diſerte ſcribit in tractatu: unde ſcis? cap. IV: Rogatur Catholicus (Pontificius) unde noverit, Eccleſiam Spiritu ſancto infallibiliter regi; non tantum reſpondebit, ſe id noſſe ex



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Scriptura; ſed ex verbo DEI ſive ſcripto ſive non ſcripto: utrumq; enim verbum teſtatur, Eccleſiam Spiritu ſancto regi; & in omnem veritatem, absq; erroris periculo, duci. Quia verò Eccleſia non tantum ſcripto ſed & non ſcripto DEI verbo teſtimonium perhibet, atq; adeò infallibilitas verbi non ſcripti æquè nobis innoteſcit per infallibilem Eccleſiæ teſtificationem, atq; infallibilitas verbi ſcripti; dicere quis poſſet, non ceſſare circulum, licet reſpondeatur, infallibilem Eccleſiæ auctoritatem compertam & exploratam nobis eſſe ex verbo DEI tam ſcripto quam tradito; quia in promptu eſt quærere; unde tibi infallibilitas verbi DEI tam ſcripti quam non ſcripti conſtat? reſpondebitur utiq;: ex Eccleſiæ teſtimonio. & unde tibi hujus teſtimonii infallibilitas pateſcit? utique ex verbo DEI ſeu ſcripto ſeu non ſcripto. Quocirca idem adhuc manebit circulus. *Ubi nihil obſtat, quod Gretſerus verbo DEI ſcripto jungit verbum non-ſcriptum: notum quippe eſt, etiam hujus verbi non-ſcripti autoritati non minus quam autoritati Eccleſiæ ex verbo ſcripto ſive Scriptura ſacra, (v. c. II Theſſ, II, 15. I. Cor. XI, 23.) a Pontificiis probationem quæri; ſive, hoc principium:* Quicquid verbum non-ſcriptum teſtatur, id infallibiliter verum eſt; *æque atque illud:* Quicquid Eccleſia teſtatur, id infallibiliter verum eſt; *demonſtrari ab iis per iſtud:* Quicquid Scriptura ſacra dicit, id infallibiliter verum eſt; *tanquam per prius. Ut proinde nihilominus maneat, ni Scripturam ſacram pro primo Theologiæ principio agnoſcere velint Pontificii, ſed ejus autoritatem viciſſim ex Eccleſiæ teſtimonio firmare, non poſſe ipſos declinare circulum. Atque id audivimus jamjam profitentem ipſum Gretſerum. Qui tamen ſatis ſuæ ſe cauſæ*

*heic*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*heic conſuluiſſe putat, ſi diceret*, non omnem circulum eſſe vitioſum & improbandum, *cum* apud Ariſtotelem & alios Philoſophos admittatur circulus ſeu regreſſus ſyllogiſticus & demonſtrativus. *Adeo ſcilicet ſui oblitus eſt hic homo, ut, quam in Defenſione Bellarmini libr. I de Verbo DEI cap. IV vocaverat* in orbem relabentem delirationem, *eam heic veluti legitimam tueri nitatur probandi rationem. Sed quam fruſtra id faciat, & quam inepte circularem illam ſuam demonſtrationem comparet cum regreſſu apodictico, fuſe & ex profeſſo in peculiari de* Circulo Papiſtico *diſſertatione jam olim demonſtravimus. Interim Gretſerus, dum id agit ut circuli crimen excuſet & elevet, in alterum illud prolabitur incommodum, ut ſcilicet admittere cogatur, ſe ſuosq; humana tantum fide Chriſtianæ doctrinæ capitibus aſſentiri. Scilicet ita mox pergit, loco paulo ante citato:* Tunc repudiari debet *circulus*, quando ab eodem prorſus ad idem, nulla interim utriusq; variatione, quoad notitiæ rationem, interveniente, fit regreſſus. ---- Quod tum demum accidit, quando conſequens, ex antecedente illatum, nulla alia præterquam antecedentis notitia fultum & probatum, mox iterum ad ſui antecedentis probationem aſſumitur. Sic enim plane idem, ejusdem reſpectu, foret prius & poſterius, aut certe notius & ignotius: ſic idem ex ſeipſo probaretur; ut optime Ariſtoteles contra veterum quorundam errorem argumentatur. Secus eſt, quando conſequens alio quodam diverſo medio innoteſcit, atq; ſic demum ad ſui antecedentis probationem aſſumitur. Hoc vero in propoſito accidere ita manifeſtum fit. Quando enim ex infallibili eccleſiæ propoſitione perſvadetur alicui fides, ſive totius



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

tius Scripturæ divinæ, ſive certæ tantum alicujus partis, de qua dubitat, jam certe illa eccleſiæ propoſitio, qua talis, infallibilis non creditur (etiam loquendo de motivis credendi) ex ipſius Scripturæ, quæ ſvadenda eſt, infallibili auctoritate; ſed vel ex communibus eccleſiæ motivis, in priori caſu, vel ex alterius cujuspiam libri canonici jam antea explorata auctoritate, in poſteriore. E converſo, quando ex aliquo Scripturæ loco, verbi gratia Matth. 16. 1. Tim. 3. ſvadetur infallibilis eccleſiæ in proponendo auctoritas, jam pro argumento fidem ſvadente non adhibetur Scriptura, prout præciſe ex eccleſiæ infallibili auctoritate & propoſitione diſcitur; ſed ut vel ex aliis Scripturæ locis, vel ex communibus motivis fidei, quibus, ut diximus, ipſa eccleſiæ auctoritas quidem, ſed non ut infallibilis, & infallibili fide credita, continetur, rectiſſime creditur. *Hæc Gretſerus. Quæ quidem non video quomodo cum iis, quæ ſupra ex eodem proferebamus, cohæreant; ubi ſane abſolute, Eccleſiam Spiritu ſancto infallibiliter regi, probari dicebat ex verbo* DEI, *& viciſſim infallibilitatem verbi per Eccleſiæ teſtimonium, nulla facta mentione talis quoad notitiæ rationem intervenientis variationis. Utcunque interim ſit, ſi poſteriori illo modo probandi ac demonſtrandi proceſſus inſtituatur, nunquam de dogmatibus Chriſtianis haberi poterit aſſenſus, qui ſit* fidei divinæ, *aſſenſus, inquam, omnem metum & ſuſpicionem deceptionis excludens, in tantum, ut aſſentiens quodvis ſupplicium ſubire, & centies mori malit, quam vel minimam de ſemel agnita veritate dubitationem admittere. Id ſic oſtendo: Dicit Gretſerus, quando per autoritatem eccleſiæ ſvadetur autoritas Scripturæ, Eccleſiæ infallibilitatem non credi ex ipſius Scripturæ, quæ probanda eſt, infallibili autoritate; ſed*

ex communibus eccleſiæ motivis: *vel, quod idem eſt, quando ex hac propoſitione:* Quidquid eccleſia docet, verum eſt, *tanquam ex principio complexo, deducitur altera illa:* Quidquid Scriptura docet, verum eſt; *priorem illam propoſitionem non probari viciſſim per poſteriorem; ſed fidem ipſi conciliari per communia motiva, qualia, v. c. ſunt, conſtantia martyrum, miracula, ejusque commatis alia. Jam vero ipſe Gretſerus, cumque eo cæteri Jeſuitæ, fatentur, ex illis motivis, utpote argumentis ſolummodo* probabilibus, *non generari aſſenſum* immotum & divinum; *ſed* opinionem *tantum &* fidem humanam. *Oportet proinde aſſertionem iſthanc:* Quidquid eccleſia docet, verum eſt; *in quantum ejus veritas per communia motiva innoteſcit, non niſi probabilem eſſe, ſeu ita eſſe certam in ordine ad noſtram cognitionem, ut non excludat omnem formidinem falſi. Quæ cum ita ſint, oppido patet, propoſitionem, quam diximus, ita comparatam non eſſe, ut ex ea dogmata creditu neceſſaria ſic deduci poſſint, quo iis aſſenſu immoto & fide Chriſtiana atque divina adhæreamus. Quia enim concluſio, etiam ratione materiæ, partem imitatur debiliorem, ita ut, ſi in alterutra præmiſſarum certitudinis defectus ſit, is quoque in concluſionem redundet: ut, inquam, ſi, una præmiſſarum exiſtente certa & immota, altera probabilis tantum & dubia ſit, etiam concluſio ſequatur tantummodo probabilis & dubia, hinc, ſi in iſto ſyllogismo Theologico:* Quidquid Eccleſia docet, verum eſt: atqui hoc vel illud Eccleſia docet: Ergo id verum eſt; *ſi, inquam, in hoc ſyllogismo Major propoſitio non eſt immotæ veritatis, ſed tantum probabilis, etiam concluſio inde emergens alio aſſenſu digna non eſt quam opinionis & fidei humanæ; quidquid etiam ſit de Minori. Quod ſi itaque de veritate ſæpius ante dictæ propoſitionis certo conſtare*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*ſtare debet, neceſſe eſt, ut aliunde, quam ex communibus motivis, robur ei quæratur. Unde vero illud deſumendum? num ab autoritate Scripturæ ſacræ, infallibile teſtimonium eccleſiæ perhibentis, v.c. Matth. XVI? atqui & ipſius Scripturæ autoritatem, prout per eam eccleſiæ autoritas probatur, ex communibus motivis credi Gretſerus aſſerit: unde aſſenſus, qui Scripturæ præbetur, non majoris erit ponderis, quam qui eccleſiæ. Clarius: Huic propoſitioni:* Quidquid eccleſia docet, verum eſt; *juxta Gretſeri hypotheſes non poteſt indubitata & Chriſtiana fide credi, ſi vel maxime demonſtretur per hoc principium:* Quidquid Scriptura dicit, verum eſt: *idque ideo, quia & hæc poſterior propoſitio, quando ad probandum illam priorem aſſumitur,* per communia motiva credibilis redditur, *dicente Gretſero, adeoque non niſi aſſenſum, qui opinionis & fidei humanæ, meretur: Unde ſequitur, quidquid ex ea deducitur, probabile tantum eſſe, nec alio aſſenſu, quam qui opinione conſtat, dignum, cum concluſio nunquam ſit neceſſario vera, quando vel utraque, vel altera præmiſſarum, dubia eſt & non ſatis certa. Sed hæc operoſius perſequi noſtri nunc non eſt inſtituti. Puto autem, vel ex his ipſis, quæ modo monuimus, luce clarius eſſe, quisquis vitare velit incommoda, de quibus diximus, & abſurda, oportere eum, velit nolit, fateri, principium, ad quod ſiſtat ultima reſolutio totius diſcurſus Theologici, non eſſe aliud præter hoc ipſum:* Quidquid Scriptura ſacra docet, id infallibiliter verum eſt. *Quæ cum ita ſint, ut illud principium recte intelligatur, cæteris de capitibus fidei controverſiis merito præmittitur diſputatio de Scriptura ſacra. Et quamvis alias in iis, quæ de primo Theologiæ principio docent, Bellarminum* ὁμόψηφον *non habeant Proteſtantes, hactenus tamen recte is facit, quod, de controverſiis fidei diſputaturus, non, ut Eckius,*

*Staple-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Stapletonus, aliiq; ejus ſectæ homines, a capite de Eccleſia, ſed de Verbo* D E I, *diſputationes ſuas orditur. Cujus ſui conſilii rationem ipſemet exponit in præfatione, quam toti operi præmiſit. Utinam vero æque in re ipſa, in iis, inquam, quæ de Scripturarum ſacrarum canone, editionibus, interpretatione, inſufficientia, contra manifeſtam veritatem iidem illi docent, divortium ab ipſis faceret! Sed heic majorem Concilii Tridentini, quam veritatis & conſcientiæ rationem & ipſum & ejus hyperaſpiſtas habuiſſe, evidenter, juvante Domino, poſthac ſumus oſtenſuri.*

## Cap. I.

*Vindicatur Lutherus ab accuſatione, quaſi Svencfeldianiſmum Pontificiis tribuat.*

I.

ORditur opus ſuum Card. Bellarminus a manifeſta falſitate. Nimirum, ubi dixiſſet, Svvenckfeldium & Libertinos ſacram Scripturam pro verbo D E I non habere, ſed tanquam literam mortuam reſpuere, ſoloq; ſpiritu interno contentos nos eſſe jubere: *Martinus Lutherus*, pergit, *& Johannes Calvinus, & quotquot ſectatores & diſcipuli eorum ſunt, huncipſum Swenckfeldii & Libertinorum errorem Romano Pontifici totiq; Catholicæ Eccleſiæ impudentiſſimo mendacio adſcribere non verentur.* Quod ut de Luthero oſtendat, affert locum ex libro ejus de Conciliis, & præterea ad librum contra Regem Angliæ, item de falſo ſtatu cleri, provocat. *Calumnia in Lutherum.*

II. Quantum ad primum locum, verba Lutheri, ad quæ provocat Bellarminus, Tom. VII Jen. Germ. f. 274. *Primus Lutheri locus expenditur.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

f. 274, b. Tom. VII Witt. f. 510, b. in fonte ita habent: Der Bapſt hat hievon ( de externis ritibus & humanis conſtitutionibus loquitur ) die Welt vol Bücher geklickt/ und eitel Strick / Geſetz / Recht / Artikel des Glaubens/ Sünde und Heiligkeit draus angericht / das wol werd were noch einſt ſein Decret mit Fewer zu verbrennen / denn man ſolchs Buchs wol geraten künd / welchs gros ſchaden gethan hat. Es hat die heilige Schrifft unter die Banck geſtoſſen/ und die Chriſtliche Lehre faſt unterdrückt. Quæ ſane, ut quivis Germanicæ linguæ gnarus videt, nihil aliud volunt, quam, Decreto Papali & mole illa commentariorum de ceremoniis rebusq; ad ſalutem haud neceſſariis id effectum eſſe, ut a lectione Scripturæ ſacræ homines paulatim abducti ſint, ejusq; ſtudium ſusq; deq; tandem habuerint. Num vero hoc eſt Svencfeldii & Libertinorum errorem ( quod Scriptura Prophetica & Apoſtolica non ſit ut verbum DEI recipienda, ſed id ſolum pro verbo DEI habendum, quod Spiritus ſanctus privatim unicuiq; in corde loquitur ) Romano Pontifici totiq; Catholicæ eccleſiæ adſcribere? Aliud ſane eſt, ſacras literas negligere, nec ea qua par eſt ſedulitate ſcrutari, aliud, negare verbum DEI iis contineri.

*Gretſeri exceptio. col. 22.*

III. *Atqui*, excipit in ſua Controverſiarum Bellarmini defenſione Jacobus Gretſerus, *nec Bellarminus dicit, hos hæreſiarchas* ( Lutherum & Calvinum ) *Orthodoxis errorem hunc adæquatè attribuere: ſed hoc dicunt*: Catholicos ſcripturam vilipendere & floccifacere, & ſub ſcamnum abdidiſſe, contentos traditionibus & ſanctionibus Eccleſiaſticis. *An contemnere Biblia, patiq;, ut pulvere & ſitu obducantur, & ex uſu & lectione hominum eripiantur,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*antur, non eſt pars erroris vel potius deliramenti Swenckfeldiani? annon hunc errorem Lutherus Catholicis affingit?*

IV. Reſp. Bellarminus expreſſe Lutherum inſimulat, quod HUNC IPSUM, quem Suencfeldius & Libertini errant, errorem Romano Pontifici totiq; Catholicæ eccleſiæ impudentiſſimo mendacio adſcribere non vereatur. Quisnam, obſecro, ille error? annon, Scripturam non eſſe verbum DEI, ſed tanquam literam occidentem reſpuendam, ſoloq; ſpiritu interno contentos nos eſſe debere? Frivola ergo eſt illa Gretſeri exceptio. Et dic, ſodes, quî adeo perfrictæ frontis fuerit Bellarminus, ut propterea Lutherum impudentiſſimi mendacii poſtularet, quod ſcripſerit, Pontificios, tempore cumprimis reformationem proxime antegreſſo, Scripturam vilipendiſſe, floccifeciſſe, ſub ſcamnum abdidiſſe? annon enim cum Luthero hoc faſſi ſunt ipſi Romanæ eccleſiæ Cardinales, Archiepiſcopi, aliiq; magni nominis Pontificii? Sane Franciſcus Ximenius, Cardinalis, Archiepiſcopus Toletanus, & Hiſpaniarum Archicancellarius, in præfatione ad Leonem X, Bibliis Complutenſibus præmiſſa, labores ſuos eo tendere ſcribit, *ut incipiant divinarum literarum ſtudia, hactenus INTERMORTUA, nunc tandem reviviſcere.* Benedictus Arias Montanus, e Patribus Tridentinis unus, præfatione in Biblia Regia, quorum editioni nomine Philippi II, Regis Hiſpaniarum, præfuit, conqueritur, ejus, quæ tum proxime effluxerat, ætatis vitio, *divinarum ſcripturarum ſtudia inter Chriſtianos nimium remiſſa, imo SEPULTA pene fuiſſe.* Stanislaus Hoſius, Cardinalis, Epiſcopus Varmienſis, qui Tridentinæ Synodo, una cum aliis Cardinalibus, usq; ad finem ejus, Legatus

*Reſpondetur Gretſero.*

*Ipſorum Pontificiorum confeſſio de neglectu & contemptu Scripturæ in Papatu.*

App. ſacr. tom. 2. præf. lib. de Concil.

gatus præfuit, *vir*, ſi Poſſevino credimus, *ſummæ integritatis, ſynceritatis, & vere doctus*, imo, ſi ipſi Bellarmino, *vir æterna memoria dignus*, Epiſtola XCV: *Multos*, inquit, *cernere licuit proximis ſuperioribus annis, qui præter Thomam aut Scotum vix quemquam alium auctorem legerent: quodq; magis dolendum eſt, ne ſacra quidem Biblia, quæ diligentius evolverent, digna judicarunt.* Cornelius Muſſus,

App. tom. 1.

Epiſcopus Bitontinus, *vir*, qui, Poſſevino teſte, *incomparabili pene ingenii felicitate, ut continentia & pietate, præditus fuit*, in caput VI Epiſtolæ ad Romanos: *Divinæ*, ait, *Scripturæ olim, proh dolor! quanto omnium damno* NEGLIGEBANTUR! *Vigebat ſpinoſa & moleſta neſcio quæ Theologia, de inſtantibus, de relationibus, de quidditatibus, de formalitatibus.* ---- *POSTHABEBANTUR Evangelia, Epiſtolæ: Chriſtiana Philoſophia* DELITESCEBAT; *a pauciſſimis tractabatur, ſed frigide: non enim dicam inſincere.* Sic etiam, *Scripturam ſacram cum ſummo Chriſtianiſmi totius detrimento nimium* DELITUISSE, agnoſcit & fatetur Renatus Benedictus, Andegavenſis, Theologus Pariſienſis, in dedicatione ſuorum Stromatum, quæ anno CIↃ IↃ LXV edidit. En tibi teſtes, quos profecto animus Romanæ eccleſiæ addictiſſimus non pateretur, quod ejus exiſtimationi detrahere queat, proferre, niſi irrefragabilis veritas exprimeret.

Reliqua Lutheri loca conſiderantur.

V. Sed quid de reliquis Lutheri libris, ad quos provocat Bellarminus? num in iis forte occurrit, cui ſuam accuſationem ſuperſtruat Cardinalis? Minime vero: uti ipſa opuſculorum iſtorum inſpectio quemvis docebit. Quin potius in libro de ſtatu clericorum contrarium manifeſte reperitur. Sic enim ibi Lutherus, Tom. II Jen. f. 132, a. Tom. VII Witt. f. 314, a. Jch acht

das

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

das der Bapſt ſelb mit allen Teuffeln / wiewol er alle GOttes Wort unterdrückt / dennoch nicht leugnen müge oder thar / das S. Paulus Wort GOttes Wort / und ſein Ordnung des heiligen Geiſtes Ordnung ſey. Denn er leugnet nicht GOttes Wort / ſondern thut nur alles / was dawider iſt / unter GOttes Wort ſchein und deckel; hoc eſt: *Exiſtimo, ipſum Papam cum omnibus diabolis, quamvis verbum Dei ſupprimat, negare tamen nec poſſe nec audere, S. Pauli verbum DEI verbum, ejusq; conſtitutiones Spiritus ſancti conſtitutiones eſſe. Etenim NON NEGAT VERBUM DEI, ſed tantum omnia, quæ verbo DEI adverſantur, ſub ejusdem prætextu agit.* Quid clarius pro averruncandis Bellarmini cavillis proferri poſſet?

VI. Quam candide cum Luthero ipſo, tam cordate cum ejus quoq; aſſeclis agit Bellarminus. *QUOTQUOT*, inquit, *ſectatores & diſcipuli* Lutheri *ſunt, Swencfeldii & Libertinorum errorem Romano Pontifici totiq; Catholicæ Eccleſiæ impudentiſſimo mendacio adſcribere non verentur.* Quanta hominis audacia! Producantur, ſodes, illorum ſectatorum & diſcipulorum Lutheri vel aliqui, qui aut Romano Pontifici, aut toti Papiſticæ eccleſiæ (hanc enim auguſto Eccleſiæ Catholicæ titulo autor indigitat) ſæpius dictum Svencfeldii ac Libertinorum errorem tribuat. Quamquam profecto id negari poſſit minime, eſſe inter Doctores Pontificios autores magni nominis, qui ita de Scriptura ſacra loquantur, ut verba eorum vix aliud tinniant, quam a Svencfeldiana hæreſi non omnino ipſos fuiſſe alienos. Conſidera, quæſo, illa Melchioris Cani, Epiſcopi Canarienſis, (qui Concilio Tridentino interfuit,) ex ipſius libro III de Locis Theo-

*Proteſtantes falſo a Bellarmino accuſantur.*

*Paradoxa Pontificiorum de*

Scriptura aſſerta. Theologicis, cap. III, fundam. IV: *Ubi vero gentium eſt verbum, quod tantopere Lutherani jactare ſolent? nam ſcriptum verbum, ſi vere ac proprie loqui volumus, non eſt verbum. Apud nos autem, qui Chriſti & Apoſtolorum oracula voceſq; tuemur, verbum Domini vere & proprie manet in æternum: verbum, inquam, vivum, quod ex Doctorum ore in diſcipulorum transfuſum aures fortius reſonet.* Illa, inquam, Cani conſidera, & cogita, num durior aſſertio ab ipſo Svencfeldio vel Libertinis proficiſci potuerit quam hæc ipſa, ſcriptum verbum, ſeu Scripturam ſacram, non eſſe, vere & proprie loquendo, verbum Domini quod manet in æternum? Porro, annon Franciſcus Coſterus, qui Philippo Alegambe *hæreticorum malleus* audit, & in præcipuis Jeſuiticæ Societatis ſcriptoribus eidem videtur numerandus, in Enchiridio controverſiarum cap. I Scripturam ſacram conceptis verbis vocat *literam mortuam*, aitq; *Chriſtum nec eccleſiam ſuam a chartaceis ſcriptis pendere, nec membranis myſteria ſua committere voluiſſe?* annon item Bartoldus Nihuſius, titularis poſtmodum Myſiæ Epiſcopus, ſacram Scripturam appellat *mortuam & ſuſpectam literam in libro, conditam ab hominibus partim aperte, partim etiam occulte forſitan facinoroſis*; apud Calixtum, Digreſſione de arte nova? annon deniq; Gulielmus Lindanus, Epiſcopus Ruræmundenſis, ille, ſi Poſſevino credimus, *hæreſum expugnator*, libro I Panopliæ cap. XXII eandem Scripturam dogma eſſe dicit *in mortuas, imo occidentes adeo literas relatum?* annon idem, eodem loco, cap. XXIII, *verbi* DEI *Evangelici naturam a ſcripto abhorrere* affirmat? Mittimus alia.

Bibl. ſcript. ſoc. Jeſ.

p. m. 20. 21.

App. tom. I.

CAPUT

## Caput II.

*Argumenta, quibus Bellarminus probat, Scripturæ ſacræ libris verbum Dei contineri, expenduntur.*

I.

SCripturas ſacras *certiſſimas atq; veriſſimas eſſe, nec humana inventa, ſed oracula divina continere*, a complemento vaticiniorum, harmonia ſcriptorum θεοπνεύστων, cœleſti in eos animadverſione qui ſacras literas profanare voluerint, ab ipſius Scripturæ aſſertione, a miraculis deniq; ad dogmata Scripturarum comprobanda editis, probat Bellarminus.

II. Ut autem appareat, quantum roboris iſtis argumentis ſubſit, ſciendum eſt, ea, unde de veritate & certitudine Scripturæ homini conſtat, eſſe in duplici differentia: nonnulla enim aſſenſum gignunt qui *opinionis* tantummodo eſt vel *fidei humanæ*, hoc eſt, inducunt quidem & inclinant animum ad aſſentiendum Scripturis, tanquam quæ divina oracula contineant, ſed ita, ut non tollant formidinem oppoſiti, ſive, ut non excludant omnem metum ac ſuſpicionem falſi: quædam autem aſſenſum gignunt qui eſt *fidei divinæ*, aſſentientem ab omni ſuſpicione deceptionis liberans, & usq; adeo certum reddens, ut nihil in toto univerſo æque ratum eſſe credat, imo centies mori malit, quam vel minimam de ſacrarum literarum veritate & certitudine dubitationem admittere.

*Argumenta, unde veritas Scripturæ innoteſcit, duplicia.*

III. Prioris generis ſunt illa, quæ deſumuntur a *communibus*, ut vocant, *motivis*, ſeu *ſignis credibilitatis externis*; (in quibus recenſendis præ cæteris operoſus eſt Gregorius de Valentia, in Analyſi fidei lib. 1, cap. XV, & Tom. III in Thomam, diſp. 1, quæſt. 1, puncto IV)

*Argumenta generantia opinionem ac fidem humanam.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ex his enim, utpote argumentis modo probabilibus, non generari aſſenſum immotum ac divinum, ſed fidem tantum humanam, ipſimet Pontificii ultro fatentur. In iis Bellarminus lib. VI de Gratia & lib. arbitr. cap. I: *Nulla*, inquit, *eſt perſvaſio, quæ cogere poſſit hominem ad credendos articulos ſupernaturales; ac ne ipſa quidem miracula omnino mentem convincere queunt.* Et capite III: *Argumenta, quæ articulos fidei noſtræ credibiles faciunt, non talia ſunt, ut fidem omnino indubitatam reddant, niſi mens divinitus adjuvetur.*

*Fundamentum fidei veræ Chriſtianæ & aſſenſus immoti.*

IV. Hoc vero divinum adjutorium eſt illud ipſum motivum, quo intellectus ad certum & immotum aſſenſum determinatur, fidesq; divina in animo noſtro accenditur. Nimirum DEUS cum ſuo verbo agit & per ſuum verbum non tantum concurſu generali ad modum cauſæ primæ, ſed etiam ſpeciali gratia & naturam ſuperante virtute, quæ animos audientium vel legentium inenarrabili quadam vi ſubit, percellit, afficit, ſibi devincit, certosq; eos reddit, hujusmodi doctrinam ſeu ſcripturam eſſe divinam, atq; ab alio primo autore non profectam quam ab ipſo DEO. Quæ quidem vis ac virtus divina cum verbo individuo nexu & arcte adeo cohæret, ut ab eo nunquam abſit, imo ſine eo nunquam (ſiquidem de hodierno ordinario divinæ illuminationis modo loquamur) adſit. Ut ita aſſenſus, quo DEUM in Scripturis loqui, easq; DEI quaſi vocem eſſe credimus, ſimul dependeat a DEO, tanquam a cauſa principali, intrinſecus operante, deq; Scripturæ ſacræ veritate in animis hominum teſtimonium perhibente, & a Scriptura ipſa, tanquam a cauſa inſtrumentali, ſupernaturali Dei concurſu ultra verborum, quibus

conſtat,

conſtat, nativam vim & indolem, ad movendos hominum animos, ſibiq; ipſi fidem faciendum, elevata. Vide 1 Theſs. II, 13. Matth. VII, 28, 29. Rom. I, 16. 1 Cor. I, 18, 23, 24. cap. II, 4, 5. Hinc optime Origenes lib. IV περὶ ἀρχῶν cap. I: *Si quis*, inquit, *cum omni ſtudio & reverentia, qua dignum eſt, Prophetica dicta conſideret, in eo ipſo dum legit & diligentius intuetur, certum eſt quod aliquo diviniore ſpiramine mentem ſenſumque pulſatus agnoſcet, non humanitus eſſe prolatos eos, quos legit, ſed Dei eſſe ſermones; & ex ſemetipſo ſentiet, non humana arte, nec mortali eloquio, ſed divino (ut ita dixerim) cothurno libros eſſe conſcriptos.* Scilicet Scriptura ſacra, animo diſcendi aut cognoſcendi lecta vel audita, *proprias vires demonſtrat*, ceu loquitur Chryſoſtomus homil. in Natalem Domini; & *a ſemetipſa ſortitur vim faciendæ fidei*, ut inquit Nemeſius, lib. de natura hominis cap. II; vel, ut Gregorius Nyſſenus, Orat. de Gregorio Thaumaturgo, *hoc ipſo, quod ſupra fidem eſt, vim fidei faciendæ habet.* Atq; hoc eſt quod ait Salvianus, Maſſilienſium Epiſcopus, lib. III de providentia: *Alia omnia, id eſt, humana dicta, argumentis ac teſtibus egent; Dei autem ſermo ſibiipſi teſtis eſt.* Huc item reſpicit Clemens Alexandrinus lib. VII Stromatum, quando Scripturam vocat ἀρχὴν ἀναπόδεικτον.

*Argumenta Bellarmini non generant aſſenſum indubitatum.*

V. Atq; ex iis, quæ hactenus dicta ſunt, facile nunc apparet, quo loco habenda argumenta illa, quibus veritatem & certitudinem Scripturarum probare, ſive (ut ſub capitis IV initium loquitur) *demonſtrare* conatur Bellarminus. Videlicet motiva ſunt, quæ, quod ſacræ literæ a Deo ſint profectæ, nec humana inventa, ſed divina oracula contineant, credibile quidem reddunt, aſſenſum tamen immotum, & cui falſum ſubeſſe nequeat, minime gignunt. VI. Di-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Objectio.* VI. Dicis: Bellarminus quartum ſuum pro ſacrarum literarum veritate & certitudine argumentum petit ex ipſius Scripturæ teſtimonio; quod utiq; animum plene convincere ac fidem divinam generare paulo ante dicebatur.

*Reſponſio.* VII. Reſp. Quando dicitur, quod Scriptura ſacra immotæ veritatis & certitudinis ſit, conſtare ex ipſius Scripturæ teſtimonio, dupliciter id intelligi poteſt: 1. ut ſermo ſit de ipſis Scripturæ dictis, quibus, quod ſacræ literæ a Deo profectæ ſint, aſſeritur, præciſa ſingulari illa, quæ individuo nexu cum Scriptura cohæret, efficacia; 2. ut ſermo ſit de teſtimonio interno, quod conſiſtit in ſupernaturali illa ac divinitus Scripturæ indita virtute percellendi, movendi, convincendi mentem humanam. Nos, quando Scripturam ſibi ipſi teſtem eſſe dicimus, de divina illius efficacia & ἐνεργείᾳ loquimur, qua, tanquam interno teſtimonio, intellectus ad certum & immotum aſſenſum determinatur: Bellarminus autem loquitur de dictis Scripturæ (qualia, v. c. ſunt: *Deus locutus eſt per os ſanctorum Prophetarum*, Luc. I, 70. *Spiritu ſancto inſpirati loquuti ſunt ſancti Dei homines*, II Petr. I, 21. *Omnis Scriptura divinitus inſpirata*, II Tim. III, 16.) & quidem, quatenus his dictis, ſive huic Scripturæ de ſua ipſius divinitate teſtanti, ideo credimus, quod de aliis, v. c. de futuris, vera dixiſſe deprehenſa eſt. *Teſtis*, inquit, *eſt ipſa Scriptura*, (ſe a Deo eſſe profectam;) *cujus ſi veræ fuerunt prædictiones rerum futurarum, ut eventus poſtea comprobavit, cur vera non ſint rerum præſentium teſtimonia?* Ex quibus ſane apparet, aſſenſum, qui ex teſtimonio Scripturæ, eo modo quo Bellarminus vult, generatur, non, eſſe niſi opinionis

nis & fidei humanæ, cum in motivum commune & extrinſecum ultimo reſolvatur. Nam ſi quæras, unde conſtet, ſacram Scripturam a DEO eſſe profectam, adeoq; veritatis & certitudinis immotæ; reſpondetur, quia ipſa Scriptura id teſtetur. Si quæras ulterius, unde autem conſtet, hoc Scripturæ teſtimonium, quod de ſeipſa perhibet, eſſe verum; reſpondetur, quia de aliis rebus Scriptura, quæ vera ſunt, elocuta ſit. Ubi accurate notari velim, quod dixi, aſſenſum, qui ex teſtimonio Scripturæ, *EO MODO QUO BELLARMINUS VULT*, generatur, non eſſe niſi opinionis & fidei humanæ. Neq; enim adeo ſive impius ſum, ſive ineptus, ut abſolute affirmem, teſtimonium, quod de ſeipſa Scriptura perhibet, opinionem ſolummodo gignere ac fidem humanam. Nam quid hoc eſſet aliud, quam ipſum Chriſtianæ fidei fundamentum penitus evertere? Sane quemadmodum primo Theologiæ principio: *Quidquid Scriptura dicit, id infallibiliter verum eſt*; divina fide aſſentitur homo Chriſtianus: ita eundem omnino aſſenſum habet omnibus & ſingulis, quæ ex primo iſthoc principio deducuntur, concluſionibus, *quatenus* nimirum *inde deducuntur*: atq; ſic divina fide credit, DEum locutum eſſe per os ſanctorum Prophetarum; divina fide credit, Spiritu ſancto inſpiratos locutos eſſe ſanctos DEI homines; divina fide credit, totam Scripturam eſſe divinitus inſpiratam. Sed hoc eſt quod volo: ſi ideo tantum credas, Scripturam verum dicere, dum aſſerit, v. c. DEUM locutum eſſe per os ſanctorum Prophetarum, quia eadem Scriptura verum dixit, quando de rebus futuris aliquid prænunciavit, (quam ſane rationem hoc loco urget Bellarminus) utiq;

tiq; aſſenſus ille tuus non niſi humanus eſſe poteſt. Ecce enim, ſit argumentum:

Quæcunq; Scriptura verum dixit, quando de futuris aliquid prædixit, illa verum quoq; dicit, dum ſibi ipſi θεοπνευστίας teſtimonium perhibet;

Atqui Scriptura ſacra verum dixit, quando de futuris aliquid prædixit;

Ergo Scriptura ſacra verum quoq; dicit, dum ſibi ipſi θεοπνευστίας teſtimonium perhibet. Et proinde verum eſt, quod DEUS locutus ſit per os ſanctorum Prophetarum: verum eſt, quod acti a Spiritu ſancto locuti ſint ſancti DEI homines; ac ita porro.

Majorem hujus argumenti talem eſſe, ut aſſenſum immotum mereatur fidemq; divinam, haud dices, opinor. Num ergo hujuſmodi merebitur aſſenſum, quæ inde elicitur, concluſio, & quæ hinc dependent? Minime vero. Repeteſis, quæ ſupra in præfatione in hanc rem diſſeruimus. Et hucusque de argumentis, quibus pro ſacrarum literarum veritate ac certitudine militat Bellarminus.

*Pontificii Proteſtantibus objiciunt Spiritum fanaticum.*

IIX. Porro in hoc capite diſputat Cardinalis contra *privatam Spiritus revelationem*, qvam jactant Anabaptiſtæ; ſed ita, ut noſtram qvoq; de *interno* illo *teſtimonio*, qvo animum hominis plene convinci, fidemq; divinam ipſi ingenerari dicimus ſententiam a ſe tangi minime obſcurum faciat indicium. Sane Gretſerus absq; ambagibus: *Spiritus ille veſter*, ait, *qvem vos* Proteſtantes *jactatis*, *nihil differt à Spiritu Libertino aut Swenckfeldiano*, *niſi qvod ille ſe*, *ut turpitudinem ſuam velet*, *ſcripturæ teſtimoniis*, *qvaſi veſtimentis*, *tegit*: *iſte autem ſcripturam*

*col. 25.*

*pturam, ut apertè, ita prorſus inverecundè rejicit. Cætera pares ſunt ac gemelli.* Et infra: *Certè omnia, quæ toto hoc capite Bellarminus optimè diſſerit, Calvinianum quoq; & Lutheranum Spiritum confodiunt; licet ipſi jactent eſſe Spiritum ſanctum. At inſolens gloriatio non efficit ex Spiritu malo & Diabolico Spiritum ſanctum; alioqui etiam Libertinorum Spiritus eſſet Spiritus ſanctus, cùm æque impotenter de Spiritu glorientur ac Lutherani & Calviniani.* Adde Vitum Erbermannum in Bellarmino vindicato, Tom. *1*, lib. *1*, cap. *1*. *col. 33.*

IX. Verum enim vero quam injurioſi in nos ſint Pontificii, quando ἐνθουσιασμῶν & phantaſticorum afflatuum nos patronos faciunt, vel ex iis, quæ ſupra num. IV diſſeruimus, abunde liquere poteſt. Nempe cum Svencfeldius aliiq; fanatici occultas revelationes ſomnient, quæ extra & citra verbum obtingant, nos ſane ſpecialem illam gratiam ac virtutem, quam intus & in animo operari dicimus, divino verbo ita annectimus, ut non niſi cum illo & per illud extrinſecus acceptum ſe eam exſerere ſtatuamus. Quod dum facimus, non Spiritum aliquem fanaticum jactamus, ſed cum Scriptura profitemur, Spiritum ſanctum cum verbo prædicato, lecto, audito, ſpecialiter concurrere, eoq; ultra communem alterius cujusq; doctrinæ ſortem elevato hominum animos ſupernaturaliter percellere, ut a DEO profectum eſſe ex efficaci illius motione in ſemetipſis experiantur. Illuſtria ſunt in hanc rem verba Johannis Apoſtoli, quando 1 Ep. V, 6. *Spiritus eſt*, ait, *qui teſtificatur, Spiritum veritatem eſſe.* Ubi vox *ſpiritus*, bis poſita, primo ſumitur proprie, pro Spiritu ſancto, tertia Trinitatis perſona; deinde meto-

*Depellitur calumnia de Spiritu fanatico.*

*De interno Spiritus S. teſtimonio Scripturæ & Patrum dicta.*

metonymice, pro doctrina a Spiritu ſancto revelata; ut ſenſus ſit, Spiritum ſanctum peculiari ratione cum doctrina cœleſti concurrendo, & per iſtam corda humana movendo, teſtificari eam eſſe veritatem, id eſt, veriſſimam. Atq; hoc eſt quod dicit Gregorius M. homilia xxx in Evangelia: *Niſi Spiritus cordi adſit audientis, ocioſus eſt ſermo doctoris. ----- Niſi intus ſit qui doceat, doctoris lingva exterius in vacuum laborat.* Confer eundem lib. xxix Moralium cap. xiii. De eodem divino *teſtimonio, quod habet* fidelis *in ſeipſo*, (ut ait Johannes memorato loco comm. 10.) etiam Auguſtinus loquitur Concione de geſtis cum Emerito, ubi: *Nos*, inquit, *aurem forinſecus percutimus, DEUS novit intrinſecus loqui.* Quibus gemina ſunt quæ habet idem tract. iii in 1 Johannis Epiſtolam: *Sonus verborum noſtrorum aures percutit, magiſter intus eſt. ------ Admonere poſſumus per ſtrepitum vocis noſtræ; ſi non ſit intus qui doceat, inanis fit ſtrepitus noſter. ------ Magiſteria forinſecus adjutoria quædam ſunt & admonitiones: cathedram in cœlo habet qui corda docet.* Item in Evangelium Johannis tract. iii: *Melius illud dicit qui intus habitat, quam qui foris clamat.* Et tract. xxvi: *Quid faciunt homines forinſecus annunciantes? quid facio modo ego cum loquor? ſtrepitum verborum ingero auribus veſtris. Niſi ergo revelet ille qui intus eſt, quid dico? quid loquor?* Eodem modo lib. i de peccatorum meritis cap. xxv: *Audit homo dicentem vel hominem vel angelum; ſed ut ſentiat & cognoſcat verum eſſe quod dicitur, illo lumine intus mens ejus adſpergitur, quod æternum manet, quod etiam in tenebris lucet.* Adde Epiſtolam cvii ad Vitalem, & lib. xi Confeſſ. cap. iii.

*De eodem* x. Videtis, Gretſere & Erbermanne, Spiritum, quem

quem jactant Proteſtantes, eſſe ipſiſſimum illum, de quo tam manifeſta in Scriptura & antiquitate ſacra extant teſtimonia. Sed ſi forte illa nondum vobis ſufficiunt, jungite quæ leguntur apud ipſosmet Doctores Pontificios. Nicolaus Serarius (quem *jubar Germaniæ eccleſiæ* in ipſis ſuis Annalibus vocat Card. Baronius) Prolegomen. Biblicorum cap. VII, quæſt. V: *Deus*, inquit, *in omni actu, quo ſacrarum literarum creditur auctoritas, cuilibet in corde* PRIVATIM TESTIMONIUM (notent id Gretſerus & Erbermannus, qui *privatum* nobis Spiritum tantopere exprobrant) *de authoritate illa perhibet.* Cardinalis Hoſius (cujus elogia, quibus a Poſſevino & ipſomet Bellarmino ornatur, ſupra capite 1, 4. annotavimus) Confeſſione fidei Synodi Petricovienſis nomine ſcripta, capite XVI.: *Nos libenter concedimus, accipienda eſſe Evangelia ut verba DEI intus docentis & revelantis, neq; credendum illis eſſe niſi propter DEI vocem intus loquentis.* Gregorius de Valentia, ubi XVII ad fidem Chriſtianam inducentia argumenta propoſuiſſet, locis num. III laudatis, ſubjungit XIIX, quod ita habet: *Quum hactenus ejuſmodi argumenta pro autoritate Chriſtianæ doctrinæ fecerimus, quæ per ſeipſa ſatis prudentibus eſſe debeant, ut animum inducant velle credere, tamen neſcio, anon ſit argumentum iis omnibus majus, quod, qui vere Chriſtiani ſunt, ita ſe animo affectos eſſe, quod ad fidem attinet, ſentiunt, ut præcipue quidem propter nullum argumentum, quod vel hactenus fecimus, vel ratione ſimiliter excogitari poſſit, ſed propter aliud, neſcio quid, quod alio quodam modo, & longe fortius quam ulla argumenta, animis noſtris perſvadeat, (eſt autem id revera divinum ipſum teſtimonium) ad firmiter credendum moveri ſe intelligant.* Idem lib. 1 A-

*ipſorummet Pontificiorum ſuffragia.*

*ad ann. 1126, n. 18.*

 nalyſ.

nalyſ. fidei cap. xxv: *Cum multa ſint*, ait, *in ipſa Chriſtiana doctrina, quæ ipſa per ſe fidem illi & autoritatem conciliare poſſunt, tamen mihi maximum illud eſſe videtur, (ut a Clemente Alexandrino, & a Lactantio, & ab aliis eſt obſervatum,) quod ſua neſcio qua admirabili vi divinè prorſus hominum animos afficit. ------ Eſt ſcripta verbis ſimplicibus, & caret ferè artificio orationis & ornamentis. Nihilominus ita vehementer lectoris mentem commovet, ut nulla alia doctrina. Quod argumento eſt, illius autoritatem omnino divinam eſſe, non humanam.* Ita Valentianus ille, quem, teſte Adamo Contzen, Papa Clemens IIX *Doctorem Doctorum* nuncupavit. Ad eundem modum Melchior Canus lib. II Loc. Theolog. cap. IIX: *Externæ omnes*, ſcribit, *& humanæ perſvaſiones non ſunt ſatis ad credendum, quantumcunq; ab hominibus competenter ea quæ ſunt fidei proponantur: ſed neceſſaria eſt inſuper cauſa interior, hoc eſt, divinum quoddam lumen incitans ad credendum, & oculi quidam interni, DEI beneficio ad videndum dati.* Et deinde: *Univerſis doctrinæ Chriſtianæ principiis aſſentio per infuſam fidem; non quod Johannes dixerit, aut quivis alius homo, ſed quod DEUS revelaverit: huic autem, DEUS revelavit, immediate credo, a DEO motus per inſtinctum ſpecialem.* Similia reperiuntur apud alios; qui *inſtinctum* iſtum *ſpecialem* nunc vocant *lumen fidei a DEO infuſum, intellectum inclinans ad aſſenſum*, ut Card. Toletus in cap. v Evangelii Johannis, annot. XXXIIX; nunc *divinum lumen, quod nos de rebus credendis dubitare non ſinit*, ut Catechiſmus Romanus, ex decreto Concilii Tridentini editus, parte I, cap. II, quæſt. II; nunc *interiorem inſtinctum DEI invitantis*, ut Dionyſius Carthuſianus lib. II Summæ fidei orthodoxæ, art. XI, ex Thoma, Secunda IIdæ, quæſt. II, art. IX; nunc *intrinſecam reflexionem actus in*

*lib.5.Polit. c.1.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*in ſeipſum*, qua DEUS *dicit ſe dicere*, ut Fr. Svarez, tract. de Fide, diſp. III, ſect. XII; nunc *motionem* & *impulſum ſupernaturalem, qui excitat & adjuvat hominem, ut velit & poſſit credere myſteria fidei*, quæ ipſi per prædicationem proponuntur, ut Martinus Becanus, parte II Theologiæ Schol. Tomo poſteriori, tract. I, cap. I, quæſt. IV, num. IV; nunc *internam Spiritus ſancti impulſionem*, qua *animus permovetur, ut fidem* Scripturæ *verbis adjungat*: *arcanam quandam vim*, qua DEUS *efficit, ut ſingulari ea fide, mente & cogitatione proſequamur, quæ corporis auribus uſurpavimus*; & *cœleſtem afflatum*, ut Jacobus Payua Andradius lib. III Denfenſionis Concilii Tridentini.

XI. Satis, opinor, nunc conſtat, quam calumnioſe Gretſerus aſſeruerit, Spiritum abs nobis jactari, qui nihil differat a ſpiritu Libertino aut Svvenckfeldiano: ſupereſt ut paucis diſpiciamus, quam vere idem ſcribat, omnia, quæ toto capite II Bellarminus contra Spiritum fanaticum diſſerit, Lutheranum quoq; Spiritum (ſic ille loquitur) confodere.

*Bellarmini diſputatio contra Spiritum fanaticum nihil ad Proteſtantes.*

XII. Videlicet Bellarminus id unice agit, ut oſtendat, Spiritum, quem Svencofeldius & Libertini ſomniant, non poſſe eſſe regulam Catholicæ fidei. Ecquid vero hoc ad nos? Num dicimus nos, admittendum eſſe Spiritum aliquem internum qui ſit regula fidei? Abſit. Regula fidei nobis eſt ſola Scriptura ſacra, qua comprehendi dicimus omnia ad ſalutem creditu neceſſaria: quamvis ad id, ut fide divina ea complectamur, neceſſarium eſſe ſtatuamus, ut Spiritus ſanctus cum Scriptura iſthac ſive cum hoc ſuo verbo revelato ſupernaturaliter concurrat, perq; illud cor aperiat, pulſet, & ad aſſentiendi actum commoveat. Quæ omnia cum

ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ex ſupra diſputatis ipſa meridiana luce clariora ſint, nolo in re adeo manifeſta latius me diffundere.

*Eadem vero infallibilitatem R. P. evertit.*

XIII. Ipſi potius Pontificii viderint, annon, quæ contra Spiritum Svencfeldicum Bellarminus diſputat, illam tantopere jactatam Romani Præſulis ἀναμαρτησίαν & infallibilitatem funditus everſum eant. *Privata Spiritus revelatio*, ait Cardinalis, *ut in ſe certa ſit, nobis tamen nota nullo modo eſſe poteſt, niſi fortè divinis teſtimoniis, id eſt, veris miraculis, confirmetur; quorum extrema penuria ii præſertim laborant, qui hoc noſtro ſeculo non minus quam cæteri Spiritum jactant. Nam quis mihi fidem faciet, non mentiri Anabaptiſtam, cum ſe a Spiritu afflatum dicit?* Ego pari ratione: Revelatio illa Spiritus ſancti, quam jactat Pontifex, & cui infallibilitas ejus innititur, ſi vel maxime in ſe certa ſit, nobis tamen nota eſſe nullo modo poteſt, niſi forte divinis teſtimoniis, id eſt, veris miraculis, confirmetur; quorum extrema penuria ipſum laborare experientia teſtis eſt. Nam quis mihi fidem faciet, non mentiri Papam, cum ſe a Spiritu ſancto afflatum dicit? Sane cum ante aliquot annos Innocentius x in cauſa Janſeniana nonnulla definiret, utq; definitio iſta per omnia legitima eſſe indubitato crederetur, ſe, ante factam determinationem, coram certis Cardinalibus ad id ſpecialiter ſæpius congregatis, a pluribus in S. Theologia Magiſtris damnatas Janſenii propoſitiones ſigillatim diligenter examinari feciſſe, eorumq; ſuffragia, tum voce tum ſcripto relata, mature conſideraſſe, & eoſdem Magiſtros, variis coram ſe actis congregationibus, prolixe ſuper iisdem, ac ſuper earum qualibet, diſſerentes audiviſſe; inſuper initio hujus diſcuſſionis, ad divinum im-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

implorandum auxilium, multorum Chriſti fidelium preces tum privatim tum publice indixiſſe, & ſolicite ſancti Spiritus aſſiſtentiam imploraſſe, in Bulla ſua teſtaretur, inveniebantur nihilominus in ipſa eccleſia Pontificia, qui hanc Janſenii damnationem juſtam ac a Spiritu ſancto profectam eſſe intrepide & acriter negabant.

XIV. Porro Bellarminus: *Cum tam multi*, inquit, *hoc tempore ducem ac doctorem Spiritum ſanctum habere ſe glorientur, & tamen inter ſe ſic animis ſententiisq; diſſideant, ut alii aliis ſint hæretici, fieri certè non poteſt ut omnes rectè ſentiant. Quod ſi aut falluntur omnes, aut, quod eſt omnino neceſſarium, aliqui; quis affirmare audebit, ex eorum numero ſe non eſſe, qui a Spiritu Satanæ deluduntur?* Nos ſimili modo: Cum omnes Romani Pontifices ducem ac doctorem Spiritũ ſanctum habere ſe glorientur, & tamen inter ſe ſic animis ſententiisq; diſſideant, ut alii aliis ſint hæretici, fieri certe non poteſt ut omnes recte ſentiant. Quod ſi aut falluntur omnes, aut, quod eſt omnino neceſſarium, aliqui, quis affirmare audebit, ex eorum numero ſe non eſſe, qui à Spiritu Satanæ deluduntur? Certe Pontifices ita interdũ diſſidere, ut alii aliis ſint hæretici, Nicolai III & Johannis XXII exemplum evidenter docet. Nempe cum controverſia fuiſſet excitata: utrum poſſeſſionis omnium bonorum abdicatio in Evangelio eſſet fundata, & exemplo Chriſti ac Apoſtolorum niteretur; Nicolaus III pro Franciſcanis, affirmativam amplectentibus, definivit, edita Conſtitutione *Exiit*, c. III de verb. ſignif. in Sexto; ſed hanc ſententiam tanquam hæreticam damnavit, definivitq; contrarium, c. *Cum inter*, IV de verb. ſignif.

*id amplius oſtenditur.*

*Contrariæ definitione Pontificum*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Extrav. & c. *Quia quorundam*, eod. Johannes XXII; quem hac in parte ſequuti ſunt Benedictus XII, Clemens VI, Innocentius VI, Urbanus V; quemadmodum a Nicolai partibus ſtant Martinus IV, Nicolaus IV, Clemens V, & plures alii. Sic Innocentius I *deſinivit, parvulos, niſi manducaverint carnem filii hominis, vitam prorſus habere non poſſe*: uti refert Auguſtinus, libro I contra Julianum Pelagianum, cap II, & libro II contra duas Epiſtolas Pelagianorum, cap. IV. Contra Concilium Tridentinum, ſeſſ. XIX, canone IV, ita definit: *Si quis dixerit, parvulis, antequam ad annos diſcretionis pervenerint, neceſſariam eſſe euchariſtiæ communionem, anathema ſit.* Anathema ergo dicunt Innocentio Pius IV (ſub quo decretum hoc eſt ſancitum) & quotquot præterea Tridentinam ſynodum probant Pontifices. Plura exempla non produco: ſiquidem hujus loci non eſt, oſtendere, cum quot Pontificibus quot & quanti ex adverſo concurrant; ſed alio id ſpectat.

## Caput III.

*Nonnulla, quæ circa explicationem loci Paulini, II Cor. III, 6. Bellarminus affert, conſiderantur.*

### I.

*Bellarmini opinio de litera & ſpiritu rejicitur.*

VErba Apoſtoli, II Cor. III, 6, *Litera occidit, ſpiritus autem vivificat*; in quibus cauſæ ſuæ præſidium quærere ſolent fanatici, ita exponit Bellarminus, ut dicat, nihil aliud eſſe Paulo *literam* & *ſpiritum*, quam quod Johanni cap. I, 18. eſt *lex* & *gratia*. De *gratia* autem illa, fere circa finem capitis, aſſerit, quod *nihil ſit aliud quam caritas DEI diffuſa in cordibus noſtris per Spiri-*

*tum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*tum ſanctum, qui datus eſt nobis*, ex Rom. V, 5. Exiſtimat ergo, *ſpiritum*, qui *literæ* heic opponitur, nihil eſſe aliud quam *habitum infuſum & creatum*: talem enim qualitatem homini inhærentem per *caritatem DEI in cordibus noſtris diffuſam* intelligi, conceptis verbis affirmat ac operoſe probat Bellarmin9 lib. 1. de gratia & lib. arbitrio cap. v & IIX. Sed cum illa Pontificiorum de caritate infuſa juſtificante hypotheſis falſa ſit & erronea, uti ſuo loco oſtenditur, merito quoq; rejicitur, quam eidem Cardinalis ſuperſtruit, loci Paulini interpretatio.

II. Excipit Gretſerus, Bellarminum nequaquam dicere, quod gratia Novi Teſtamenti nihil aliud ſit quam qualitas & habitus infuſus, cui nomen *Charitas*. Loco enim ex libro I de Gr. & lib. arb. citato ipſum nihil aliud docere, quam Charitatem eſſe habitum infuſum; *quod longè aliud eſt*, ait, *quam gratiam Novi Teſtamenti nihil aliud eſſe quàm* habitum infuſum. *Quis enim neſcit*, inquit, *omnia dona & bona ſupernaturalia, in novo teſtamento nobis divinitus conceſſa, dici poſſe & debere* gratiam novi teſtamenti? *ſive poſtea illa dona & bona nobis conferantur conſtanter per modum habitus, ſive per modum opis & auxilii, ſive per modum remedii ac medicinæ, ſive per modum favoris & extrinſecæ benevolentiæ, ſive alia quacunque demum ratione ad ſalutem mortalium accommodata.* Ad hunc modum Gretſerus. *Gretſeri exceptio. col. 44.*

III. Sed ut appareat, quam frivola ſit hæc exceptio, argumentor ita: *Reſponſio.*

Charitas DEI diffuſa in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, nihil aliud eſt quam habitus infuſus;



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Gratia N. T. eſt charitas DEI diffuſa in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum;

E. Gratia N. T. nihil aliud eſt quam habitus infuſus.

Major eſt Bellarmini, libro de Gratia & libero arbitrio capite V & IIX; Minor eſt ejusdem, hoc ipſo, quem nunc excutimus, loco. Quid ergo heic tricatur Gretſerus?

IV. Argumentamur nunc amplius:

Gratia N. T. ex mente Bellarmini, nihil aliud eſt quam habitus infuſus;

Spiritus vivificans, de quo loquitur Paulus II Cor. III, 6. juxta eundem Bellarminum, eſt gratia N. T.

E. Spiritus vivificans, de quo loquitur Paulus II Cor. III, 6. ex Bellarmini hypotheſi nihil aliud eſt quam habitus infuſus.

Major præcedenti ſyllogiſmo firmata eſt; Minor ex toto illo capite, in cujus examine heic occupamur, ſatis ſuperq; conſtat.

*Locus Matth. 5, 21. ſeqq. perpenditur.*

V. Porro, ubi quæſtio tractatur apud Bellarminum: cur lex ſive litera propria Teſtamenti Veteris eſſe dicatur, cum nec in Novo Teſtamento regnet ſpiritus ſine litera, ſive gratia ſine lege? inter alia mentio fit loci Matth. V, 21. ſeqq. ac ſi ex eo conſtaret, ipſum Chriſtum in N. T. multas leges præſcripſiſſe. In quæ cum ita animadvertiſſet Franciſcus Junius: *Hic locus nihil ad argumentum Non enim de lege ſimpliciter, ſed magis de Phariſaica legis depravatione illic agit Chriſtus, ut illa verba ipſius demonſtrant: audiſtis dictum fuiſſe antiquis, ſive ab antiquis*; cum, inquam, ita heic animadvertiſſet Junius,

Gretſe-

Gretſerus: *Cur ita vero?* ait. *Annon probare volebat Bellarminus, ne novum quidem teſtamentum ſola gratia duci ac regi, abſq; ullis legibus; ſed legibus quoq; conſtare? an ad hoc oſtendendum non facit locus ille Matthæi? Annon dat Chriſtus præceptum de non occidendo? annon dat præceptum de fratre contumelioſa appellatione non afficiendo & dehoneſtando? Nec verum, quod ait Junius;* Chriſtum hic non agere de lege ſimpliciter, ſed magis de Phariſaica depravatione: ut illa verba demonſtrant: dictum eſt antiquis. *Nihil ſanè Chriſtus hoc loco de Phariſaica depravatione; ſed de perfectione legis novæ ſupra perfectionem legis antiquæ: hæc enim longè minora exigebat à ſuis; illa longè majora & exactiora; ut patet ex toto illo quinto capite S. Matthæi.* *col. 43.*

VI. Ita Gretſerus. Qui an heic Bellarmini ſui mentem ſatis recte ſit aſſecutus, lectori arbitrandum relinquo. Sane videtur Cardinalis, quando, objectionem proponens, loci Matth. v mentionem injicit, ex aliorum potius quam ſua ipſius id mente facere. Expendantur inprimis, quæ circa finem capitis leguntur. Quidquid autem hujus ſit: alibi certe ſui defenſoris commenta ita dilucide refellit Bellarminus, ut non potuerit dilucide magis. Exponens videlicet ſermonem Domini in monte habitum, lib. IV de Juſtificatione cap. III, huncin modum ſcribit: *Depravabant Scribæ & Phariſæi præcepta graviſſima de homicidio & adulterio, docentes, in ejuſmodi præceptis actum externum ſolum eſſe prohibitum, non autem internum, niſi ſignis exterioribus proderetur. ------ Adverſus ejuſmodi corruptelas declarat Dominus, legem, non occides, non ſolum manum, ſed etiam linguam & animum cohibere; & legem, non mœchaberis, extendi uſq; ad concupiſcentiam in ipſa mente conceptam. Deinde*

*Gretſerꝰ ex Bellarmino refutatur.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

inde Phariſæi depravabant legem de repudio: quod enim ob infirmitatem eorum hominum lex impunitum dimiſerat, ipſi ut rem abſolute juſtam proponebant. Dominus autem docuit, non licere uxorem dimittere, niſi cauſſa fornicationis, & legem de libello repudii penitus abrogavit. Tertio Phariſæi docebant, non eſſe pejerandum, tamen frequentare juramenta, etiam levi de cauſſa, nullum peccatum eſſe ducebant. Contra Dominus jubet, non eſſe jurandum omnino, niſi (videlicet) ſubſit jurandi neceſſitas. Quarto corrumpebant Phariſæi legem illam talionis, oculum pro oculo, dentem pro dente. Nam cum non animadverterent, eam legem conſtitutam fuiſſe ad juſtitiam conſervandam, non ad appetitum vindictæ ſaturandum, docebant, licitum eſſe vindictam appetere. Dominus igitur monet, non eſſe appetendam vindictam, nec malum pro malo reddendum; ſed potius paratum eſſe debere hominem probum, ſi opus ſit, percutienti maxillam unam præbere etiam alteram. Quinto pervertebant Phariſæi primarium dilectionis præceptum. Quoniam enim lex juſſerat, ut hoſtes ſuos occiderent, non odii cauſa, ſed zelo juſtitiæ, qua juſta bella interdum etiam à piis Regibus indicuntur, illi generale præceptum tradebant, diligendos eſſe amicos, odio habendos inimicos. Dominus ergo graviſſime admonet, diligendos eſſe inimicos, benefaciendum his qui nos oderunt, orandum pro perſequentibus & calumniantibus nos. Et ſequenti capite IV: Illa quoq;, quæ videntur in Evangelio eſſe graviſſima, de dilectione inimicorum, & de concupiſcentia cohibenda, inveniuntur Exod. 20. Proverb. 25. & alibi, ut ſanctus Auguſtinus demonſtrat in libro contra Adimantum, ca. 3. & libro 19. contra Fauſtum, cap. 28. Itaq; non ait Dominus Matth. 5 Niſi abundaverit juſtitia veſtra plusquam legis & Prophetarum, ſed plusquam Scribarum & Phariſæorum, ut videlicet ſignificaret,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*ret, ſe non tam addere velle ad onera præceptorum legis, quam tollere de medio corruptelas Scribarum & Phariſæorum.* Ad eum modum ipſe Bellarminus ſatis recte hyperaſpiſtæ ſuo reſpondet.

VII. Et quid? annon ipſe Gretſerus, eadem illa columna, qua Junianam aſſertionem, quod videlicet Chriſtus Matth. v de Phariſaica legis depravatione agat, falſitatis arguit, talia omnino affert, quæ aſſertionem iſthanc ex aſſe confirmant? Dixerat Junius, quod memorato loco de Phariſaica legis depravatione agatur, id inter alia inde conſtare, quod a Chriſto adducantur, quæ in lege Moſis non compareant usquam; cujusmodi illud: *odio habebis inimicum tuum.* Quid ad hæc Gretſerus? *Quod*, inquit, *verba illa*: odio habebis inimicum tuum; *non inveniuntur in lege, quid mirum? cum in lege nunquam fuerint, orta nimirum ex traditione & interpretatione Scribarum, qui ex eo, quod lex præcipiebat;* diliges proximum tuum; *perperam concludebant, inimicos odio habendos eſſe. Quorum vanam perſvaſionem refellens Salvator, etiam inimicos diligendos eſſe monet.* En, fatetur Gretſerus, verba illa: *odio habebis inimicum tuum*; orta eſſe ex interpretatione Scribarum; fatetur, eos perperam ſic legem fuiſſe interpretatos; fatetur, Salvatorem hanc falſam illorum interpretationem & vanam perſvaſionem Matth. v refellere. Quid, quæſo, hoc eſt aliud, quam quod ſcribit Junius, Phariſæos legem depravaſſe; & de iſthac depravatione agere Chriſtum apud Matthæum? Sane quisquis legem *perperam interpretatur*, eum hoc ipſo legem *depravare* palam eſt.

*Gretſerus propria cædit vineta.*

IIX. Sed audiamus porro Apologetam: *Non immerito miretur quis*, pergit ille, *quomodo, ſi lex jam Chri-*

*Gretſerus pervertit ſtatum*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

controver- ſti tempore *falſaria manu Phariſæorum corrupta erat*, *idq;*
ſiæ. *Chriſtus ipſe apud Matthæum Phariſæis objecit*, *Prædicantes*
l.c. *perpetuo vociferentur*, Hæbræos fontes eſſe puriſſimos ac limpidiſſimos, omnisq; corruptionis penitus expertes? *Deinde quærendum eſt ex Junio, ubi in toto illo capite quinto Redemptor noſter Judæos accuſaverit, quaſi ex contextu legis quædam ſubtraxerint ac amputarint?* Imo vero non immerito miretur quis, Gretſerum in re adeo liquida cavillos venari; dum Junio tribuit, ac ſi ſtatueret, legem Chriſti tempore *falſaria manu Phariſæorum corruptam* fuiſſe, ita quidem, ut illi *ex contextu legis quædam ſubtraxerint ac amputarint*; quæ profecto iſti viro ne per ſomnium quidem in mentem venerunt. Num forte Gretſero ea eſt vocis DEPRAVANDI vis, ut non poſſit niſi de tali corruptione, quæ *falſaria manu* fiat & *quorundam ex contextu legis ſubtractione*, accipi? Quid ergo de Bellarmino ſuo dicet? qui certe, loco num. VI citato: *DEPRAVABANT*, ait, *Scribæ & Phariſæi præcepta graviſſima de homicidio & adulterio*; nec tamen hoc ipſo Scribis ac Phariſæis imputare vult, quod falſariam manum iſtis præceptis intulerint, aut ex eorum contextu quædam ſubtraxerint: ſed ſtatim addit, depravationem hanc ab ipſis fuiſſe commiſſam, dum docuerint, *in ejusmodi præceptis actum externum ſolum eſſe prohibitum.* Quemadmodum proinde Bellarmino *depravatio* legis eſt *prava* ejusdem *interpretatio*, ſic quoq; Junio. Sed hæc ita ſunt manifeſta, ut, ſi diutius immorari iis vellemus, merito verendum nobis, ne tædium lectori eſſemus creaturi. Habemus autem heic ſive incogitantiæ ſive Sophiſticæ Gretſerianæ exemplum adeo evidens, ut vix poſſit dari evidentius.

IX. Quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

IX. Quæ præterea in hoc capite III affert Bellarminus veritati haud conſona, ut quod Chriſtus non tantum de Baptiſmo & Eucharistia, ſed etiam de aliis ſacramentis novas quasdam leges tulerit, & ſimilia, de iis ſuo loco agitur. Nos unum heic, antequam præſens caput concludamus adhuc monemus. Reprehendit, & recte quidem, Bellarminus ſententiam illam, quæ per *literam occidentem*, de qua II Cor. III, 6. Paulus agit, Scripturam, cum juxta propriam verborum ſignificationem exponitur, per *ſpiritum* autem *vivificantem*, eandem, ſi myſtice & ſpiritualiter exponatur, intelligendum cenſet. At ecce, ipſe Pontifex Romanus, ille, juxta Bellarminum, Scripturæ ſacræ Interpres infallibilis, ad hunc modum Apoſtoli verba explicat. Nempe cum Imperator Conſtantinopolitanus, oſtenſurus, etiam Sacerdotes ſeculari poteſtati ſubeſſe debere, inter alia ad exemplum Joſuæ provocaſſet, qui imperium in Sacerdotes acceperit; Papa Innocentius III, ei reſcribens: *Quod*, inquit, *de Jeſu Benjamin, eum commendando, prælationem ejus ſcripſiſti, magis ſecundum ſpiritum quam ſecundum literam debet intelligi; quia, ſecundum Apoſtolum, litera occidit, ſpiritus autem vivificat: pro eo, quod ipſe veri* JESU *figuram expreſſit, qui populum ſuum in terram promiſſionis induxit.* Vide c. *Solicitæ*, x. de major. & obed.

*Quantopere in expliatione loci 2Cor. 3, 6. diſcordent Pontificii.*

*Interpretatio Innocentii 3.*

X. Tandem obſervetur, quam diſcordibus tibiis canant ipſi Jeſuitæ, de genuino ſæpius memorati loci Apoſtolici ſenſu quando res eſt. Bellarmini quæ ſit ſententia, ſupra vidimus. Ab ea toto cœlo diſtat illa Adami Tanneri, qua per *literam* nudam ſcripturam ſecundum ſe præciſe ſpectatam, per *ſpiritum* autem legitimam Scripturæ interpretationem intelligit, diſput. I

*Jeſuitarum difformis expoſitio.*

 de fi-

de fide, quæſt. III. Quam explicationem Martinus quoque Becanus amplectitur, parte II Theol. Scholaſticæ, tomo poſteriori, tract. I, cap. VII, num: X, & in Manuali, lib. I, cap. V, num. VII; ubi verba Paulina ſic παραφράζει: *Si ſequaris verum Scripturæ ſenſum, qui eſt quaſi ſpiritus & anima vivificans, proderit tibi ad ſalutem: ſi autem, neglecto vero & legitimo ſenſu, hæreas tantum in externa littera, & contendas, illum eſſe ſenſum quem externa littera præ ſe fert, ſæpe errabis.* Confer quæ produximus ſupra ſub finem capitis I, & junge expoſitionem Hieronymi Emſeri, quam examinat Lutherus Tom I Jen. Germ. f. 377, ſeqq. Tom. VII Witt. f. 144, ſeqq.

## Caput IV.

*Circa ea, quæ de libris univerſæ eccleſiæ conſenſu apocryphis Bellarminus aſſert, nonnulla monentur.*

### I.

Diſputationem de numero ſacrorum librorum in tres partes diviſam eſſe, ait Bellarminus. Primum enim de iis libris agendum eſſe, de quorum auctoritate nulla unquam fuerit inter Catholicos homines diſceptatio: deinde de iis, qui tametſi vere Prophetici aut Apoſtolici ſint, non tamen ſemper æque certa & explorata eorum auctoritas fuerit: poſtremo de iis, qui, quanquam a nonnullis clariſſimis doctiſſimisq; viris aliquando in numerum divinorum voluminum haberentur, publico tamen totius Eccleſiæ judicio nunquam approbati ſint. Atque ex his ordinibus tertium & ultimum illa omnia comprehendere ſcribit, quæ recenſentur ab Innocentio, Epiſtola III ad Exuperium, Gela-

Gelaſio, diſt. xv, canon. *Sancta Romana*, Athanaſio, in Synopſi, & Euſebio, lib. III Hiſtor. cap. XXV: ex quibus ſolummodo extare putat orationem Manaſſe, III & IV librum Esdræ, III item & IV Machabæorum, Pſalmum CLI, Appendicem libri Job, librum Hermetis qui inſcribitur Paſtor.

II. Circa hæc Bellarminiana non immerito alicui dubia quædam ſubnaſci poſſunt. Et primo quidem nullo modo aſſequi valeo, qua vel ſpecie veri Cardinalis dicere queat, OMNIA ILLA, quæ recenſentur ab Innocentio, Gelaſio, Athanaſio, Euſebio, locis paulo ante citatis, *a nonnullis clariſſimis doctiſſimisque viris aliquando in numero divinorum voluminum* habita fuiſſe, utut publico totius eccleſiæ judicio nunquam approbata ſint. Quid enim? an unquam extitere clariſſimi doctiſſimique viri in eccleſia, qui Actus Andreæ, Philippi, Pauli, Thomæ; Evangelium item Thomæ, Barnabæ, Bartholomæi, Andreæ; Evangelia quæ falſarunt Lucianus & Hyrcius; Revelationes Pauli, Thomæ, Stephani; libros quos fecit Lenticius ſeu Leucius, diſcipulus diaboli; librum proverbiorum ab hæreticis conſcriptum: an, inquam, in eccleſia aliquando extitere clariſſimi doctiſſimique viri, qui recitatos iſtos libros divinis voluminibus annumeraverint? Minime vero. Quin potius contrarium manifeſte docet Auguſtinus, quando libro XXII contra Fauſtum Manichæum, cap. LXXIX, de his & ſimilibus: *Legunt*, ait, *Scripturas apocryphas Manichæi, a neſcio quibus ſutoribus fabularum ſub Apoſtolorum nomine ſcriptas: quæ ſuorum ſcriptorum temporibus in autoritatem ſanctæ eccleſiæ recipi mererentur, ſi ſancti & docti homines, qui tunc in hac vita erant, & examinare talia*

*Bellarmini incogitantia.*

 *pote-*

*poterant, eos vera locutos eſſe cognoſcerent.* Et tamen omnia illa, quæ enarravimus, imo plura etiam alia, ut opuſcula Fauſti Manichæi, Montani, Priſcillæ, ac ſimilia damnatiſſimorum hæreticorum ſcripta, abs Gelaſio, c. *Sancta Romana*, diſt. xv, tanquam apocrypha recenſentur.

*Aliud ejus exemplum.*

III. Porro nec illud ſatis capio, quî affirmet Bellarminus, ex iis, quæ Innocentius, Gelaſius, Athanaſius & Evſebius memoratis locis recenſent, nonniſi Orationem Manaſſæ, III & IV librum Eſdræ, III & IV Maccabæorum, Pſalmum CLI, Appendicem libri Job, & Paſtorem Hermetis extare; cum ſane Gelaſius inter Apocrypha ibi referat Epiſtolam JESU ad Abgarum Regem, Canones Apoſtolorum, & alia non pauca, quæ in hunc usque diem ſupereſſe nemo eſt qui ignoret. Sed forte Cardinalis non tam abſurde heic ſenſit, quam incommode ſcripſit.

## CAPUT V.

*De iis, quos Veteris Teſtamenti libros, totius alias eccleſiæ ſuffragio* Θεοπνεύςους, *oppugnaſſe ſcribit Bellarminus, agitur.*

### I.

*Simon & Baſilides nō docuerunt, V.T. eſſe profectū a malo Deo.*

INter hæreticos, qui libros Teſtamenti Veteris, quod eos a malo DEO quodam dictatos exiſtimarent, in univerſum reſpuerint, primo loco Bellarminus Simonianos numerat & Baſilidianos. An ſatis recte, dubito. Sane apud Irenæum, ad quem heic provocat Cardinalis, de malo iſto DEO, a quo ex Simonianorum ac Baſilidianorum mente Veteris Teſtamenti libri dictati

ctati ſint, nihil quicquam habetur; ſed ita Simonis hæreſin deſcribit Irenæus, quod dixerit, ſe eſſe ſublimiſſimam virtutem, & illum ipſum, qui in Samaria ut Pater, in Judæa ut Filius, inter reliquas vero gentes ut Spiritus ſanctus apparuerit. Selenen autem (alii Helenam vocant) quam ſecum circumducebat, eſſe primam mentis ſuæ conceptionem ſeu ἔννοιαν, quæ ad inferiora egreſſa, angelos condiderit ac poteſtates, a quibus viciſſim mundus creatus ſit. Atque ex horum angelorum inſpiratione prophetaſſe Prophetas; quos proinde non opus ſit ut curent, quotquot in ſe ſuamq; Selenen credant. Baſilides vero, eodem Irenæo autore, docuit, ab ingenito Patre primo omnium natum eſſe νοῦν, ab hoc λόγον, a λόγῳ φρόνησιν, a φρονήσει σοφίαν & δύναμιν, a δυνάμει autem & σοφίᾳ angelos, qui primum cœlum condiderint: ab his vero alios productos fuiſſe angelos, ſecundi cœli fabricatores, & ab iis iterum alios, qui tertium cœlum fecerint, & ſic deinceps, (numerabat quippe CCCLXV cœlos) usque ad ultimum, cujus conditores (quorum Princeps Judæorum DEUS fuerit) mundum quoque hunc viſibilem fecerint. Atq; ab his angelis quasdam prophetias eſſe dixit, ſicut quædam ſint à Satana: legem vero eſſe ab eo Principe, qui Iſraëlitas eduxit ex Ægypto.

*Simonis hæreſis.*

*Baſilidæ hæreſis.*

II. Porro, poſtquam eorum mentionem fecerat Bellarminus, qui nec librum Iob in divinis voluminibus habent, nec ipſum Job unquam vixiſſe inter homines putant, non obſcure illis Lutherum noſtrum accenſet: *Martinus quoque Lutherus*, ajens, *in convivialibus ſermonibus, tit. de Prophetis, affirmat ſe non credere omnia ita eſſe geſta, ut in libro Job narrantur.* *Et rurſus tit: de*

*Lutherus accuſatq; quod de libro Job minus recte ſenſerit.*

*libris veteris & novi Teſtamenti, ait, librum Job eſſe veluti fabulæ argumentum, ad proponendum patientiæ exemplum.*

*Liber ſympoſiacorum Lutheri ſermonum quo loco apud Proteſtãtes.*

III. Ubi initio recolendum, illum ſermonum ſympoſiacorum librum perexiguæ apud Proteſtantes auctoritatis eſſe, quippe a Luthero nec viſum, nec approbatum, ſed viginti demum poſt ejus obitum annis a Johanne Aurifabro, ex Antonii Lauterbachii cumprimis, Viti Dieterici, Hieronymi Beſoldi, Johannis Mattheſii, & aliorum manuſcriptis collectaneis conſarcinatum: ubi ſane in rhapſodica ejusmodi conſignatione fieri perquam facile potuit, ut ſermones Lutheri ab eo, qui in literas retulit, non ſatis percepti fuerint, aut etiam memoria non usque adeo fideliter ſcriptori illos ſuggeſſerit: neque enim crediderim, omnia, quæ in libro iſto habentur, inter prandendum fuiſſe conſignata; ſed plurima haud dubie domi in muſeo, prout memoria (quæ facile in talibus imponere nobis poteſt) ſuggeſſit, in chartam conjecta ſunt. Ut taceam, non ſemel hoc colloquiorum volumen privato quorundam arbitrio eſſe vel auctum, vel mutilatum, vel alia ratione mutatum.

*De Lutheri ſententia non ex ſympoſiacis, ſed ex genuinis ejusdem ſcriptis judicandum.*

IV. Sed fac, illa, quæ in ſympoſiacis recitantur, ad eum modum abs Luthero fuiſſe prolata, (quod tamen de omnibus nequaquam credo) numquid ex hujuſmodi potius inter prandendum habitis ſermonibus, quam de rebus fidei & ſacrorum librorum autoritate Lutherus tenuit ſententiam æſtimabimus, quam ex genuinis ac indubitatis ejuſdem ſcriptis? Certe ipſe Lutherus, quæ in iſtiuſmodi familiaribus colloquiis interdum protulit, cum aliis ſuis ſermonibus nõ eodem prorſus loco habenda monet. Ita nimirum in Poſtil-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

lis Domeſticis (editionis Jenenſis, anño CIƆ IƆ LXV per Donatum Richzenhain & Thomam Rebart procuratæ) ſuper Evangelium Ioh. XVI, 16. ſeqq. Dominica Jubilate explicari ſolitum, in hanc rem loquitur: Jn S. Auguſtini bůchern findet man viel Sprůche welche fleiſch und blut geredet hat. Vnd ich muß auch von mir bekennen / daß ich viel wort rede welche nicht Gottes Wort ſind; wenn ich rede außerhalb dem Predigampt / daheim ůber Tiſche / oder ſonſt; *In S. Auguſtini libris multa reperiuntur dicta quæ caro & ſanguis protulit. Et ego de memetipſo quoque fateri cogor, quod multa verba loquar quæ non ſunt verba DEI, quando loquor extra miniſterium, domi inter prandendum vel alias.* Rectius proinde facturi eſſent Pontificii, ſi, imitati exemplum ſui Piſtorii, in Anatomia Lutheri parte III, azoara III, colloquiis convivialibus poſthabitis, ad genuina & indubitata Lutheri ſcripta, ſi quid proferendum, provocarent.

*Luthero ne in ipſo quiqem ſermonum covivialium libro aliquid tribuitur, quo divinæ libri Job autoritati ille detraxerit.*

V. Interim videamus, an, quæ in ſæpe memoratis ſympoſiacis de Iobi Libro Lutherus diſſeruiſſe ſcribitur, ita comparata ſint, ut ſatis cauſæ habuerit Bellarminus, quare in eorum ſocietatem, qui nec librum Iob in divinis voluminibus habent, nec ipſum Iob unquam vixiſſe inter homines putant, pertrahere illũ ſatageret. Urget, quod Lutherus affirmaverit, ſe non credere, omnia ita eſſe geſta ut in libro Iob narrantur; item qood dixerit, librum Iob eſſe veluti fabulæ argumentum, ad proponendum patientiæ exemplum. Sed noluiſſe iſtis verbis veritatem facti in dubium vocare Lutherum, inde manifeſtiſſimum eſt, quod illis ipſis locis, quos Bellarminus citat, & eodem plane ſermonis contextu, diſerte ait, ſe librum Iobi pro vera hiſtoria habe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

habere, & credere, quod, quæ in eo narrantur, reapſe ita geſta ſint; daß es alſo ergangen mit der that und im werck; quomodo etiam in iisdem colloquiis, tit. XXVI, de tentationibus, hæc ipſi verba tribuuntur: Ich halt das Hiobs Buch ſey ein Hiſtorie / und darnach in ein *poema* und geticht gebracht / das einem widerfahren ſey / doch nicht mit ſolchen worten wie es beſchrieben iſt; *Exiſtimo, librum Hiobi eſſe hiſtoriam, quæ poſtmodum poëmate expreſſa ſit, ita ut omnino contigerit, quamquam non illis ipſis verbis quibus deſcripta eſt.* De veritate ergo ipſius hiſtoriæ in ſe ſpectatæ non dubitat Lutherus, ſed tantum de eo, an omnia verba formalia, quæ in hiſtoria illa Iobo tribuuntur, tam diſerte fuerint ab eodem pronunciata.

VI. Mire heic ἰλιγγιωδεῖ Bellarmini Apologeta
*Gretſeri exceptio. col. 71* Gretſerus. *Mentitur ergo*, ait, *liber ille, cum Iob ita locutum, & cum amicis ſuis ita diſſerentem nobis proponit, quandoquidem, ut Lutherus ait*, non ita locutus eſt, ſicut in ipſius libro narratur. *Nec eſt ut quis ad allegorias & myſticos ſenſus confugiat; quia liber eſt hiſtoricus: ipſo Luthero teſte, qui ait*, titulo de Patriarchis: Iobi librum judico eſſe veram hiſtoriam. *Si igitur vera eſt hiſtoria, oportet Iobum ita eſſe locutum, ſicuti locutus ſcribitur, ſi ſcriptorem libri illius*
*col. 72.* *mendacii nota liberare velimus.* Et paulo poſt: *Hic nota in Luthero ſpiritum vertiginis & contradictionis. Dicit*, Jobum non ita locutum eſſe, ſicut locutus deſcribitur: & tamen re & opere ita eveniſſe, ſicut in libro Iob narratur. *Si re & opere ita evenit, ſicut in libro Iob narratur, ita ergo Iob locutus eſt ſicut in libro illo deſcribitur: ſi autem Iob non ita locutus eſt ſicut in illo libro deſcribitur, ergo re & opere non ita evenit ſicut in illo libro memoratur.* Iterum poſt quæ-
*col. 74.* dam interjecta: *Cur negat Iobum ita locutum eſſe quemadmodum*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*dum locutus eſſe ſcribitur in libro Iob? An hoc veræ hiſtoriæ competit, ut aliter aliquem locutum referat quàm revera locutus eſt?*

VII. Prorſus ergo ἀσύστατα ſunt Gretſero, librum Iobi proponere veram hiſtoriam, nec tamen omnia verba formalia, quæ Iobo in iſto libro tribuuntur, ab eodem ita eſſe prolata. Sed unum ex antagoniſta quærere libet; annon videlicet concedat, librum Iobi, ſaltim qua maximam ſui partem, eſſe ſcriptum metricum ſeu Poëticum? Ita ſane ſtatuunt non tantum cuncti Hebræi, ſed etiam S. Hieronymus, Chriſtianorum omnium ſui temporis Hebraice doctiſſimus, aliique Patres, & ſcriptores inſuper Pontificii non infimæ claſſis. Hieronymi verba ſunt, præfatione in librum Iob: *A principio voluminis usque ad verba Iob apud Hebræos proſa oratio eſt. Porro a verbis Iob, in quibus ait: pereat dies, in qua natus ſum, & nox, in qua dictum eſt, conceptus eſt homo; usque ad eum locum, ubi ante finem voluminis ſcriptum eſt: Idcirco ipſe me reprehendo, & ago pœnitentiam in favilla & in cinere; hexametri verſus ſunt dactylo ſpondæoque currentes, & propter linguæ idioma crebro recipientes & alios pedes, non earundem ſyllabarum, ſed eorundem temporum. Interdum quoque rythmus ipſe dulcis & tinnulus fertur numeris lege ſolutis. Quod metrici magis, quam ſimplex lector, intelligunt. A ſupra dicto autem verſu usque ad finem libri, parvum comma, quod remanet, proſa oratione contexitur.* Sic Hieronymus: qui ibidem mox ad aliorum etiam antiquiſſimorum ſcriptorum teſtimonia provocat: *Quod ſi cui videtur incredulum*, inquiens, *metra eſſe apud Hebræos, &, in morem noſtri Flacci, Græcique Pindari, & Alcæi, & Sapphus, vel Pſalterium, vel lamenta-*

*Reſpondetur Gretſero.*

*Liber Iobi metricus.*

 *tiones*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*tiones Hieremiæ, vel omnia ferme ſcripturarum cantica comprehendi; legat Philonem, Joſephum, Origenem, Cæſarienſem Euſebium, & eorum teſtimonio me verum dicere comprobabit.* Ita quoque Epiſtola CIII ad Paulinum, in qua ſingulorum librorum Biblicorum ſummæ ſtrictim tanguntur, de eodem libro Iob Hieronymus: *Proſa incipit*, ait, *verſu labitur, pedeſtri ſermone finitur.* Confer ejusdem ſancti Patris præfationem in Chronica Euſebii; & adde Marianum Victorium, Epiſcopum Amerinum, ſcholiis in præfationem Hieronymi paulo ante citatam, Johannem de Pineda, præfat. Commentarii in Jobum cap. IV, alios. Quod ſi ergo liber Jobi metricum ſcriptum eſt, quæro ex Gretſero amplius: an exiſtimet, Jobum cum amicis in acerbiſſima illa ſua afflictione locutum eſſe metrice? haud affirmabit, opinor. Ergo, inquam ego, Job non ita locutus eſt (ſi formalia verba ſpectemus) quemadmodum locutus eſſe ſcribitur in libro iſto: locutus quippe eſt in proſa, cum liber ille ſermonem ei tribuat ligatum? Quid heic dicet Gretſerus, vel quisquis ejus cauſam agit? num propterea negabit, librum Jobi veram continere hiſtoriam? num ſcriptorem ejus inſimulabit mendacii? Quidquid mihi heic reſpondebitur, idem ſibi reſponſum Apologeta habebit.

*Exceptio Gretſeri ulterior. col. 73.*

VIII. Sed audiamus amplius illum. Ita pergit: *Dicit Lutherus*, ſe non credere omnia facta eſſe eo modo quo in libro Job referuntur. *Si non eo modo omnia acta ſunt, quo in libro Job deſcribuntur, mentitur ergo auctor, cum res illas dicit actas eo modo quo actæ non ſunt. Quæſo te, annon mentiretur ille, qui diceret Lutherum veniſſe Wormaciam peditem, ſi eo venit non pedes ſed eques? Annon mentiretur*

*Evan-*

*Evangeliſta, ſi narraret, Chriſtum quidem pro ſalute hominum eſſe mortuum, ſed narraret id alio modo quàm mortuus eſt?* Et poſt pauca: *Si vera hiſtoria eſt, cur ait Lutherus, ſe non credere omnia eo modo geſta eſſe quo narrantur geſta? An modus rei geſtæ non pertinet ad veritatem hiſtoriæ? Annon mentiretur hiſtoricus, qui ſcriberet Hunnium eſſe mortuum Lipſiæ peſte, licet alioqui veriſſimum ſit, eum eſſe mortuum Wittebergæ? Et cur talis mentiretur, niſi quia locum & modum mortis falſò litteris mandaret? --- Si quis diceret, Evangelium S. Matthæi eſſe veram hiſtoriam, ſe tamen non credere omnia eo modo geſta eſſe quo à ſancto Matthæo geſta memorantur, annon hoc ipſo veritatem hiſtoriæ negaret, & prius illud dictum ſuum funditus tolleret?* Argumentum Gretſeri eſt tale: *col. 84.*

Quicunque dicit, non omnia, quæ in libro aliquo proponuntur, eo modo geſta eſſe, quo ibi geſta narrantur, is autorem ejus libri mendacii inſimulat, nec credit librum iſtum veram continere hiſtoriam,

Atqui Lutherus de libro Job id dicit; E.

Subſumo ego pari ratione: Atqui Origenes, Gregorius, Salvianus, Philippus Presbyter, Thomas, Cajetanus, Carthuſianus, Iſidorus Clarius, Titelmannus, dicunt, non omnia, quæ in libro Job proponuntur, eo modo geſta eſſe quo ibi geſta narrantur: negant quippe, fatente Johanne de Pineda Comment. in Job. 1, 6. quæ de Satana cœtui filiorum Dei ſeſe immiſcente & cum Deo colloquium inſtituente apud Jobum referuntur, ſecundum hiſtoriam debere intelligi, cenſentque, tantum quaſi fictione quadam Poëtica aut figurata ſcriptione rem nobis proponi, adeoque ſubeſſe *Reſponſio.*

 pro-

proſopopoeiam quandam fictamque perſonarum introductionem, *quæ*, inquit Pineda, *potius eſſet dicenda mimeſis, per quam verarum perſonarum verba & dicta, interdum etiam geſtus, per imitationem effinguntur & repræſentantur.* Quam in rem Johannes etiam Mercerus, Profeſſor Pariſienſis, ita ſcribit: *Hoc decretum Domini humanorum Regum more deſcribitur, quod venerint angeli, ut ſe coram eo ſiſterent, colloquium Domini cum Satana: non quod alioqui ita craſſe hæc ad literam facta fuerint; ſed ſcriptura ſeſe noſtro captui & ruditati accommodare voluit. Tale colloquiũ Domini exponitur in fine 3.* alias *1. Reg. à Michæa Propheta, qvum ex omnibus malignis ſpiritibus, qui Domino adſtabant, roganti, quis iret deceptum Achab, unus ſeſe obtulit, qui id ſe facturum reciperet. Non habet alioqui opus Dominus cum Satana ita colloqui, cum omnium gnarus ſit, nec Princeps tenebrarum in* DEI *clariſſimæ lucis conſpectum venire poſſit, nec quicquam Belial cum* DEO *commune habeat.* Quod ſi ergo Gretſeri Major ſibi conſtat, jamjam memorati Patres & Doctores Pontificii autorem libri Job mendacii inſimulabunt, nec credent, librum illum veram continere hiſtoriam. Quod tamen falſum eſſe ipſe Gretſerus haud ibit inficias. Non itaque procedit illa Major. *Neque* enim, ait Pineda loco citato, in proœmio, cap. 1, *hiſtoriam lædit univerſam, quod quædam particula non accipiatur ut ſonat: non enim ideo Auguſtinus creationis rerum veritatem elevat, quod illos creationis dies non re ipſa, ut ſonat, ſed in mente & cogitationibus angelorum diſtinguat.* Quemadmodum igitur ſupra laudatis ſcriptoribus, quia non ſimpliciter, ſed ſecundum quid tantum negant, quæ in libro Jobi narrantur, revera ſic fuiſſe peracta, Pineda judice immerito tribueretur, quod men-

dacii

dacii poſtularent autorem hujus libri, eoque veram hiſtoriam haud proponi ſtatuerent: ita, quia nec Lutherus negat ſimpliciter, quæ in hoc libro afferuntur, revera contigiſſe, ſed de quibusdam tantum loquitur, & quidem non tam de ipſis rebus geſtis in ſe, quam de ſerie, ordine & modo, quo illæ deſcriptæ, præter rem inſimulatur, quaſi autorem libri Job mendacii reum agat, nec veram eo libro hiſtoriam proponi arbitretur. Exempla quæ Gretſerus affert, nihil ad rem faciunt. Quod ſi enim in narratione hiſtorica, quam totam juxta literam intelligendam eſſe extra controverſiam ſit, res aliter proponatur ac revera eſt geſta, autorem mendacii recte argui palam eſt. Secus autem ſe res habet, ſi hiſtoriæ admiſceantur quædam figurata: id quod in hiſtoria Jobi fieri Lutherus cum aliis autoribus non paucis ſibi habuit perſuaſum.

*Quo ſenſu Lutherus dixerit, ea, de quibus in Jobo agitur, eſſe fere ut argumentũ fabulæ.*

IX. Atque ex his nullo nunc negotio perſpicitur, ſicut idem ex ipſo quoque ſympoſiacorum contextu ſatis liquet, quo ſenſu dixerit Lutherus, ea, de quibus in libro Jobi agitur, *eſſe fere ut argumentum fabulæ, ad proponendum patientiæ exemplum.* Scilicet non loquitur de fabuloſa & fictitia narratione, ſed comparat hiſtoriam Jobi, ratione tractationis & confabulantium perſonarum, ratione item moralis ſeu documenti quod inde capitur, cum comœdia: quo pacto ſane de veriſſimis etiam hiſtoriis, v. c. Joſephi, Rebeccæ, (quæ in exempla adducit Lutherus,) dicere licet, quod ſubminiſtrent argumentum fabulæ, hoc eſt, in formam comœdiarum cogi aptæ natæ ſint. Verba Lutheri ſunt: **Es iſt ſchier ein** argumentum fabulæ, **wie man ein Spiel agirt und behelt / in welchem etliche Perſonen eingeführet**



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

werden / da einer mit und nach dem andern redet und diſputiret wie ihm ůmbs Hertz iſt / und wie ers meinet.

*Nova Gretſeri exceptio. col. 74.*

x. Obvertit Gretſerus: *Ut maximè daremus, Lutherum* fabulæ *vocem uſurpaſſe eo ſenſu quo tu* (Hunni) *dicis, ab impietate tamen non liberaretur; tantum enim ſequeretur, Jobi librum partim eſſe veram hiſtoriam, partim fabulam: quis enim neſcit, comœdias, etiam tunc, cum veræ alicui hiſtoriæ innituntur, nihilominus fabulas & eſſe & dici; quia ſemper ab illis, qui hiſtorias in comœdias redigunt, adduntur & finguntur ex Poëtices præſcripto illa, quæ nunquam acta ſunt? Inſpiciat, oro, lector comœdias illas, quæ Latinè & Germanicè circumferuntur de Joſepho, Tobia, Judith, Johanne Baptiſta, Suſanna, & id genus infinitis argumentis ex ſacrarum literarum penu depromptis; clareque videbit, propter additionem & fictionem verè ludos & fabulas eſſe. Nec propterea fabula non eſt fabula, quia fundamento vero nititur; alioqui nec Ilias, nec Odyſſea Homerica, nec Virgiliana Æneis, fabula eſſet. Satis eſt, ut veris fictitia miſceantur, idque etiam, quod non accidit, quaſi acciderit, à Poëta exhibeatur.*

*Reſponſio.*

xi. Reſp. Repetenda heic ſunt, quæ num. IIX monuimus, videlicet, eſſe inter priſcos eccleſiæ Doctores, imo inter ipſos Pontificios, qui contendant, partem aliquam libri Job non proponere veram hiſtoriam, ſed quaſi fictionem quandam Poëticam continere. Quod ſi illis citra impietatis notam ſic ſtatuere licet, cur impius proclamandus ſit Lutherus, ſi vel maxime cenſeat, in illo libro quædam recitari, quæ non ita, ut ibi narratur, acciderint. Neque vero exiſtimandum eſt, dignitati & autoritati hujus libri aliquid decedere, ſi hiſtoria Jobi à qvopiam in formam comœdiæ redacta ſtatuatur: fruſtra quippe hoc metuitur, ſi ſupponatur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

natur (quod utique ſupponit Lutherus) factum id eſſe a ſcriptore θεοπνεύστῳ, cujus operam Spiritus ſanctus per immediatam aſſiſtentiam ita moderatus ſit, ut nihil, niſi quod ad nutum ipſius eſſet, in literas retulerit.

XII. Sed nondum quieſcit Gretſerus. *Lutherus*, ait, *librum Job cum fabulis Terentii & Virgilii Æneide contulit. Quocirca ſimpliciter pro fabula habuit. Quis enim eſt, qui comœdias Terentianas & Virgilianam Æneidem abſolute & ſine ulla exceptione inter fabulas non deputet?* Imo, inquam ego, Lutherus librum Job cum hiſtoria Joſephi & Rebeccæ contulit; quocirca non ſimpliciter pro fabula habuit. Quis enim eſt, qui hiſtorias de Joſepho & Rebecca, etiam in comœdiæ formam redactas, abſolute ac ſine ulla exceptione inter fabulas deputet? Cur vero non ita colligit Defenſor: Lutherus librum Job cum fabulis Terentii & Virgilii Æneide contulit; quocirca Latinis eum Jambicis & hexametris conſcriptum eſſe, deque Pamphilo, Chremete, Ænea, agere ſtatuit: quis enim eſt, qui comœdias Terentianas & Virgilianam Æneida Latinis Jambicis & hexametris conſcriptas eſſe, deque Pamphilo, Chremete, Ænea, agere ignoret? Scilicet manifeſte Gretſerus ſuam heic prodit calumniandi & cavillandi pruriginem; dum, quæ ſecundum quid abs Luthero intelligi non neſcit, ita interpretatur, ac ſi ſimpliciter ab eodem fuerint intellecta. Comparat Lutherus librum Iob cum comœdiis Terentii & Virgiliana Æneide ratione *formalis*, ut ſic loquar, hoc eſt, ratione tractationis; quatenus nimirum utrobique introducuntur, qui varia de variis rebus inſtituunt colloquia: non autem

*Objectio Gretſeri alia. col. 75.*

*Reſponſio.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

autem ratione *materialis*, hoc eſt, ratione ipſarum rerum de quibus agitur. Sed hæc manifeſtoria ſunt, quam ut operoſiorem deductionem mereantur.

*Vox* fabulæ *interdum notat veram hiſtoriam.*

XIII. Antequam ad alia progrediamur, unum adhuc monemus; nempe, ipſum Bellarminum aſſerere, quod vox *fabulæ* nonnunquam pro vera hiſtoria veniat. Nam libro I de Verbo DEI cap. IX diſerte ait, *interdum veteres nomine fabularum non res fictas, ſed veras narrationes appellare. Quomodo*, inquit, *Luc. ult.* Et factum eſt dum fabularentur & ſecum quærerent, &c. *& Minutius Felix, initio dialogi, quem Octavium inſcripſit, fabulam vocat veram quandam narrationem neſcio cujus navigationis. Clemens quoque Alexandrinus apud Euſebium lib. 3. hiſtor. cap. 23. narraturus veriſſimam hiſtoriam S. Johannis*: Audi, *inquit*, fabulam non fabulam, &c. *quaſi dicat, audi fabulam, non tamen fictam & falſam, ſed certam & veram.* Ita Bellarminus; etiam ex Hieronymo talem vocis *fabulæ* ſignificatum exſculpere ibidem ſatagens. Et ſane Hieronymum non ſemel vocabulo *fabulæ* pro vera hiſtoria fuiſſe uſum, dudum agnovit quoque Io. Ludovicus de la Cerda, ſcriptor inter Pontificios ſatis nobilis; cujus hæc ſunt verba, in Adverſariis ſacris, cap. CXXXIII: num. XXVIII: *Certiſſimū eſt, Hieronymū abuti fabularū nomine, cum res certiſſimas veriſſimasque* fabulas *nuncupet. Nam in epiſt. ad Caſtrucium*: & ne veteres replicando hiſtorias longum faciam, brevem tibi fabulam referam, quæ infantiæ meæ temporibus accidit; *& narrat conſolationem datam Didymo à ſancto Antonio ſuper illius cœcitate. & epiſt. 24. ad Marcellam, narrans recens acceptum nuntium de ſanctæ Leæ & Prætextati obitu, ita ait*: Denique in mediis fabulis, *id eſt*, *colloquiis*, rurſum didicimus, reli-

qviis

quias hujus jam Oſtiam fuiſſe delatas. *Sic ſæpe dicimus*, pergit de la Cerda, *confabulari cum aliquo, id eſt, colloqui.* & dum fabularentur diſcipuli *euntes in Emaus*, & ſecum quærerent, Jeſus appropinquans erat cum illis. *Fabulas deniq; Poëtæ vocabant actiones, quæ ſint theatralium dramatum fundamentum, ſive actiones hujusmodi veræ ſint, ſive falſæ, ſive ex utroq; miſtæ.* Hæc ſi ita ſe habent, apparet ſane, ſi vel maxime Lutherus hiſtoriam Jobi *fabulam* appellarit, nondum tamen inde ſequi neceſſario, quod veritatem hujus hiſtoriæ negatum iverit aut vocaverit in dubium.

XIV. Sed quid heic Gretſerus? Ubi ad locum ſupra memoratum, quo Bellarminus dicit, Hieronymum voce *fabulæ* uſurpare pro *hiſtoria*, provocaſſet Ægidius Hunnius: *Noſſe debet Prædicans*, inquit, *Lutherum & S. Hieronymum magno diſcrimine diſtare.* Quid audio? Ergo, judice Gretſero, cum Hieronymus hiſtoriam Suſannæ & Draconis *fabulas* vocat, *fabula* ſumi poteſt pro *hiſtoria*, ideo nempe, quia S. Hieronymus eſt qui heic utitur voce *fabulæ*: ſed quando Lutherus hiſtoriam Jobi appellat *fabulam*, non debet *fabula* accipi pro *hiſtoria*; quia ſcilicet Lutherus non eſt Hieronymus. Egregia vero ratio! Pari certe modo quis inferret, quando Hieronymus Julium Cæſarem vocat *hominem*, vocē *hominis* notare *animal rationale*, ideo nempe, quia S. Hieronymus eſt qui heic utitur vocabulo *hominis*: at quando Lutherus Alexandrum M. *hominem* nuncupat, non debere *hominem* accipi pro *animali rationali*; quia videlicet Lutherus non eſt Hieronymus. Si uſus permittit, ut vox *fabulæ* notare poſſit *hiſtoriam*, cur magis Lutherus culpandus ſit quam Hieronym9, quod in hujusmodi

*Gretſeri exceptio ridicula.*

*l. c.*

*Reſponſio.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718

juſmodi acceptione vocabulo iſthoc utatur? Si vero uſus non permittit, ut in tali ſignificatu vox *fabulæ* capiatur, nec ipſi Hieronymo integrum eſt eam ita uſurpare, ut cui non magis licet novas & a recepto uſu deflectentes ſignificationes vocabulis indere quam Luthero aut alii cuivis. Sed ſatis tandem de libro Jobi.

*Lutherus accuſatus, quod autoritati Eccleſiaſtæ deroget.*

XV. Accuſat præterea Bellarminus Lutherum, quaſi libri Salomonis, qui Eccleſiaſtes inſcribitur, autoritati detraxerit. *Martinus*, inquit, *Lutherus, in convivialibus ſermonibus, tit. de lib. veteris & novi Teſtamenti, dicit auctorem libri, qui Eccleſiaſtes inſcribitur, ſibi videri, ocreis et calcaribus deſtitutum, equitare tantum in ſoccis, quemadmodum ipſe ſoleret, cum adhuc eſſet in cœnobio.*

*Reſponſio.*

XVI. Verumenimvero vel hic ipſe locus evidenter oſtendit, quid de iſthoc Colloquiorum libro habendum ſit, & quantum ipſi tribuendum. Cum enim autor primum dicat, Lutherum verba feciſſe de Eccleſiaſte, mox eum locutum ait de libro, quem tempore Maccabæorum Siracides ediderit, & quidem ex variis libris, forte ex Bibliotheca Ptolemæi Evergetæ depromptis, collectum; quiq; doctrinas de officiis œconomicis proponat. Per quem librum non poſſe alium quam Eccleſiaſticum abs Luthero intelligi, ex hujus præfatione in librum Siracidæ manifeſtiſſimum eſt. Sic enim ibi Lutherus: Es dünckt uns / weil er (JEſus Sirach) ſelbſt in der Vorrede bekennet / Er ſey zu des Königes Evergetis zeiten in Egypten kommen / und daſelbſt dis Buch vollendet (welches ſein Groß Vater hatte zuvor angefangen) daß Er habe aus vielen Büchern zuſammen geleſen das beſte ſo er funden hat. Sonderlich / weil in Egypten ein

köſtlich

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

köſtlich Librarey war / durch Evergetis Vater / den König
Philadelphum / zugericht. Et mox: Es iſt ein nützlich Buch
für den gemeinen Mann: Denn auch alle ſein Fleiß iſt / daß
er einen Bürger oder Hauß Vater gottsfürchtig / fromm und
klug mache / wie er ſich gegen GOtt / GOttes Wort / Prie-
ſtern / Eltern / Weib / Kinder / eigen Leib / Güter / Knech-
ten / Nachtbarn / Freunden / Feinden / und jedermann halten
ſol. Daß mans wol möchte nennen ein Buch von der Hauß-
zucht / oder von den Tugenden eines frommen Haußherrn;
*Opinamur, quia ipſe Siracides in præfatione fatetur, ſe tem-
pore Regis Evergetis in Ægyptum veniſſe, ibique librum hunc
perfeciſſe (cui ſcribendo avus ipſius jam ante manum admo-
verat,) ex multis libris optima quæque eum collegiſſe; præſer-
tim cum inſignis in Ægypto haberetur bibliotheca, per Everge-
tis parentem, Regem Philadelphum, conſtructa. ---- Utilis li-
ber eſt plebi: unice quippe id agit, ut civem ſeu patremfamilias
pium, probum ac prudentem efficiat, ipſumque inſtruat, quo-
modo erga Deum, Dei Verbum, Sacerdotes, parentes, uxorem,
liberos, ſeipſum, facultates ſuas, ſervos, vicinos, amicos, ini-
micos, magiſtratum, & unumquemque ſe gerere debeat: ut
non immerito diceretur liber de diſciplina œconomica, vel de
virtutibus probi patrisfamilias.* Miſcet ergo ima ſummis
& ſumma imis ſympoſiacorum autor, dum, quæ de
*Eccleſiaſtico* forte Lutherus protulit, (ſi tamen protulit)
ipſe de *Eccleſiaſte* prolata aſſerit. Qui de Eccleſiaſte
Lutheri judicium cognoſcere avet, ejus in hunc librũ
prælectiones, quæ poſtmodum editæ, & tomo III Je-
nenſi ac tomo IV Wittebergenſi Latino inſertæ ſunt,
evolvat, & deprehendet, Lutherum ibi Eccleſiaſten
vocare *pulcherrimum & utiliſſimum librum*; in quo *aurum
divinum* reperire liceat: item *librum multis nominibus*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*dignum qui omnium manibus tereretur, ac quibusvis, tum vel maxime reipublicæ procuratoribus, notiſſimus eſſet; quippe in quo humanarum rerum & privatarum & publicarum adminiſtratio graphice, & ut alias nusquam, deſcripta.*

*Quo tempore ſcriptus Eccleſiaſtes?*

XVII. Porro quæſtionem: an Eccleſiaſtes eo tempore conſcriptus ſit, quo Salomo amore mulierum corruptus erat, diſcutiens Bellarminus, & contra hæreticos, librum hunc ideo repudiantes, quod eum Salomo, feminarnm amore depravatus, compoſuerit, negativam defenſurus, inter alia hanc rationem affert,

*Bellarmini ratio infirma.*

quod III Regg. IV & XI, item Eccleſiaſtici XLVII, cum ordine recenſeantur acta Salomonis, prius de libris ejus quam de amoribus narretur. In quæ cum ita animadvertiſſet Junius: *Hæc propoſitio infirma eſt ac non neceſſaria: quicquid prius eſt narrationis ordine, id eſſe prius tempore. Hæc propoſitio multis Scripturæ exemplis, & uſu communi, & doctorum conſenſu, evertitur. Notum eſt illud Hebræorum dictum in commentariis, non eſſe prius & poſterius in Scriptura:* ubi, inquam, ita in memoratam Bellarmini rationem animadvertiſſet Junius, reponit

*Gretſerus inique carpit Junium & Rabbinos. col. 77.*

Gretſerus: *Nec Bellarminus attulit tanquam neceſſariam, ſed ut probabilem & topicam. Quid tricaris nugator? An tu omnes veriſimiles rationes ex diſputationibus tolles, ut & ordinem prioris & poſterioris? Laudas enim illud tuorum Rabbinorum:* non eſt prius & poſterius in ſcriptura. *Quo Judaico axiomate conficitur, Abraham non fuiſſe priorem Iſaac, neq; hunc Jacobo, neq; iſtum filiis ſuis, neq; Moyſen Davide, neq; hunc Salomone; quia* non eſt prius & poſterius in ſcriptura, *inquit ex Hebræorum commentariis Calviniſta Junius.* Sed ut de illo, an Bellarminus rationem ſuam pro neceſſaria, an pro topica tantum & probabili, ha-

beri velit, nihil dicam, (tametſi ſane ea ſententiam ſuã ſe DEMONSTRATURUM pollicetur) in hoc profecto fruſtra eſt Gretſerus, quod ex iſto Rabbinorum effato, *non eſſe prius & poſterius in ſcriptura ſacra*; confici exiſtimat, Abrahamum, v. c. non fuiſſe priorem Iſaaco: neq; enim adeo dementes ſunt Hebræorum Magiſtri, ut illo ſuo dicto innuere vellent, inter ea, de quibus in Scripturis agitur, nihil prius eſſe, nihil poſterius, ratione durationis & temporis; ſed tantum volunt, in hiſtoria ſacra frequentiſſime occurrere τὸ ὕστερον πρότερον, hoc eſt, cum in ſacris literis aliquid narratur, id, quod prius contigit, ſæpiſſime in hiſtorica relatione poſtponi ei quod poſtea demum accidit, & contra. Quod utiq; veriſſimum eſſe, nemo, qui vel a limine ſacrum codicem ſalutavit, ignorare poteſt.

XVII. Ego certe exiſtimem, ſi vel maxime Eccleſiaſtes a Salomone tunc demum, quando (quod factum eſſe non pauci credunt) ad ſaniorem mentem ille rediit, fuiſſet concinnatus, adhuc rationem reddi poſſe ſatis plauſibilem, quamobrem ſcriptores ſacri, dum acta Salomonea recenſent, prius de ejus libris quam amoribus agere voluerint. Scilicet omnia, quæ tum in priori Regum libro, tum in Eccleſiaſtico, de Salomone annotata leguntur, ad duo capita commodiſſime revocantur. Quædam enim talia ſunt, ut inſignẽ ipſi laudem, gloriam & majeſtatem concilient; quædam vero hujusmodi, ut in magnum ejus vergant opprobrium. Cum ergo librorum editio ad priorem pertineat claſſem, merito cæteris illuc ſpectantibus in hiſtorica enumeratione jungeretur, ſi vel maxime inter eam & reliqua iſta lapſus Salomonis, unde tantum

*Quare ſcriptores ſacri prius librorum quam amorum Salomonis meminerint.*

 ipſi

ipſi enatum dedecus, ratione temporis fuiſſet interjectus.

*Aliud Bellarmini argumentum itidem nauci.*

XIX. Amplius Bellarminus ſuam ſententiam ita confirmat: *In hoc ipſo libro, de quo agimus, conſtanter affirmat Eccleſiaſtes, ſapientiam ſuam, quam videlicet divino munere quondam acceperat, ad eam usq; ætatem ſecum permanſiſſe:* Sapientia quoq; *inquit*, perſeveravit mecum. *Non eſt autem veriſimile, cœleſtis ſapientiæ lumen cum ea cordis depravatione ſimul habitare potuiſſe, de qua loquitur ſcriptura, cum ait 3. Reg. 11.* Et averterunt mulieres cor ejus. Cumq; jam eſſet ſenex, depravatum eſt cor ejus per mulieres, ut ſequeretur Deos alienos. Junius, ſupponens, Salomonem poſt lapſum pœnitentiam egiſſe, & tunc Eccleſiaſten conſcripſiſſe: *Hoc ſibi noluit eo in loco Salomon*, ait, *ſed hoc tantum prædicat, ſe magnum fuiſſe, & omnibus commodis ac deliciis auctum, etiam quo tempore ſapientia permanebat adhuc penes ipſum.* Hæc Junius. Ad quæ Gretſerus inter alia: *Mirum*, inquit, *videri poſſet, ſi quis hæreticorum ingenia non noviſſet, Junium hic tergiverſari, cum ipſemet palam fateatur, Eccleſiaſten à Salomone conſcriptum eſſe, cum adhuc ſaperet; quanquam paulo poſt hoc ipſum rurſus evertit, cum dicit:* alia ſapiens primùm ſcripſit, alia deinde reſipiſcens. *quaſi Eccleſiaſtes partim ante lapſum, partim poſtea in ſtatu pœnitentiæ compoſitus fuerit.* Sed quidquid de hypotheſi & interpretatione Juniana ſit, (de quibus in præſenti non ſumus ſoliciti) id certum eſt, injuriam heic ipſi abs Gretſero fieri. Non dicit Junius, Eccleſiaſten a Salomone conſcriptum eſſe, cum ADHUC ſaperet, hoc eſt, antequam illicitis mulierum amoribus implicaretur; ſed ita loquitur: *librum* (Eccleſiaſten) *aſſentior à Salomone, quum ſaperet, conſcriptũ eſſe.*

*Gretſerus iterum in Junium injurius. col. 78.*

*eſſe*. Quæ ſane verba non id neceſſario important, quod Salomo ante ſuum lapſum Eccleſiaſten conſcripſerit, cum etiam, ſicubi ad meliorem mentem rediit, (quod ſupponit Junius) peracta pœnitentia ſapuerit Salomo, ut ſicilla quoq;, quæ tunc ab ipſo conſcripta ſunt, a Salomone, quum ſaperet, conſcripta eſſe recte dicantur. Deinde, quando ait Junius, Salomonem alia ſapientem primùm ſcripſiſſe, alia deinde reſipiſcentem; nequaquam id vult, quod Eccleſiaſtes partim ante lapſum, partim poſtea in ſtatu pœnitentiæ compoſitus fuerit; ut ipſi tribuit Gretſerus: ſed alios libros, Proverbia videlicet & Canticum, ante lapſum, alium, Eccleſiaſten puta, poſt peractam pœnitentiam Salomonem concinnaſſe innuit. Quid ſi heic Gretſero ſua verba, paululum immutata, reponam: Mirum videri poſſit, ſi quis hæreticorum ingenia non noviſſet, Gretſerum hic in re tam manifeſta cavillari?

XIX. Sed age, argumentum, quod Bellarminus pro ſua opinione ſtabilienda ex ipſo Eccleſiaſte petit, paulo preſſius conſideremus. Eſto (quod tamen neutiquam addimus) Salomonem iſtis a Bellarmino productis verbis id affirmare, quod vult Cardinalis, nempe, ſapientiam ſuam, quam divino munere quondam acceperat, *ad eam usque ætatem*, qua Eccleſiaſten ſcripſit, ſecum permanſiſſe: eſto inſuper, quod rurſum ſupponit Bellarminus, non eſſe veriſimile, cœleſtis ſapientiæ lumen cum ea cordis depravatione, quam per mulierum amores contraxerat Salomo, ſimul habitare potuiſſe; nondum tamen hac ratione adverſus eos, qui Salomonem illicitis voluptatibus immerſum Eccleſiaſten ſcripſiſſe contendunt, aliquid efficietur. Attende enim,

*Argumentũ ipſum, quod pro ſua ſententia Bellarminus ex Eccleſiaſte petit, expenditur.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

enim, benigne lector. Argumentum Bellarmini, ſi ad juſtam redigatur formam, eſt hoc:

Quidquid Salomo dicit, id neceſſario ſic ſe habet;
At vero Salomo dicit, ſapientiam, divino munere acceptam, ad eam uſque ætatem, qua Eccleſiaſten conſcripſit, ſecum permanſiſſe;
Ergo id neceſſario ſic ſe habet; ſeu: ergo ſapientia, quam divino munere quondam acceperat Salomo, ad eam uſque ætatem, qua Eccleſiaſten conſcripſit, apud ipſum permanſit: & per conſequens non potuit hunc librum compoſuiſſe Salomo, quando mulierum amore cor ejus erat depravatum.

Quis heic non videt, propoſitionem Majorem, ita ſimpliciter propoſitam, nullatenus procedere, ſed limitari debere hoc pacto: Quidquid Salomo dicit *tanquam ſcriptor θεόπνευςος*, ſeu *ex immediato Spiritus ſancti afflatu*, id neceſſario ſic ſe habet. Hoc autem modo limitata Majore, hæretici, contra quos diſputat Bellarminus, illico negabunt Minorem; negabunt, inquam, Salomonem tãquam ſcriptorem θεόπνευςον dicere, quod ſapientia, divinitus quondam ſibi collata, uſque ad illud tempus, quo Eccleſiaſtes editus fuit, ſecum perſeveraverit. Quia enim, ipſomet Bellarmino fatente, ſupponunt, Salomonem Eccleſiaſten compoſuiſſe, *cum, depravatus amore mulierum, ſummum bonum in corporis voluptatibus conſtituebat, atque ad Epicuri ſive Ariſtippi Philoſophiam aditum parabat;* quî concederent, ex immediata DEI inſpiratione hunc librum fuiſſe profectum? Sane, ſicut tantum abeſt, ut ea, quæ de ratione ſummi boni in voluptatibus corporis ſita a Salomone in



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Eccleſiaſte proferri ſupponunt iſti hæretici, a Spiritu ſancto profecta credant, ut potius a ſpiritu Epicureo promanaſſe cenſeant: ita non minus, ſi idem autor dicat, cœleſtem ſapientiam ſibi, cum hunc librum ſcriberet, affuiſſe, a mendaci ſpiritu id profectum aſſeverabunt. Confer infra cap. XIII, ubi ſimili probationis genere Cardinalis utitur.

XX. Tandem, in examine opinionis, quæ Canticum non Spiritu DEI veri, ſed Cupidinis afflatu ſcriptum eſſe, indeque nullum in toto libro DEI nomen inveniri, exiſtimat, occupatus Bellarminus, concedit, ex decem nominibus DEI, quæ paſſim occurrunt in divinis libris Teſtamenti veteris, quæq; breviter explicantur in Epiſtola S. Hieronymi CXXXVI ad Marcellam, nullum in hoc Cantico occurrere. Sed fallitur. Expreſſe enim nomen יָהּ (quod in Veteris Teſtamenti libris frequentiſſime reperitur, quodq; unius DEI proprium eſſe, & agnoſcit Hieronymus citato loco, & inter alia ex Pſalmo LXIIX, 5. liquet) occurrit capite IIX, 6. ubi habetur: שַׁלְהֶבֶת-יָהּ, vel, ut in aliis codicibus legitur, שַׁלְהֶבֶתְיָהּ; quanquam Aben-Ezra mavult eſſe duas voces diſtinctas, & יָהּ, nomen divinum, ſubjunctum eſſe, ut אֵל & אֱלֹהִים etiam aliis vocibus ſimili ſenſu ſubjungi ſolent.

*An nomen DEI inveniatur in Cantico.*

## CAPUT VI.

*Teſtimonia, quibus probare conatur Bellarminus, Lutherum faviſſe Valentino, nullum Evangeliſtam præter Iohannem agnoſcenti, expenduntur.*

I.

INter eos, qui Evangelia plurimis in locis vel ipſa ſecum vel cum veritate pugnare contendunt, Bellarminus

*Otho Brunfelſig præter rem accuſatus.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

minus numerat, Johannis Cochlæi teſtimonio nixus, Othonem Brunfelſium. Sed Junius in ſuis Animadverſionibus: *De Otthone*, ait, *Brunfelſio falſum eſt, mendacium Cochlæo dignum: nam etiam notas in Evangelia ſcripſit Brunfelſius, quæ exſtant, & nihil ſpirant ejusmodi. Sed Cochlæo frequens eſt* ϛηνῶσαι, *quod Bellarminum neſcire non oportuit.* Ita, inquam, Junius: ad quod nihil invenit quod reſponderet Gretſerus.

*Lutherus inſimulatus, quaſi ſolum Evangelium Johannis pro genuino agnoſcat.*

II. Porro, ubi dixerat Bellarminus, eſſe qui Evgeliſtam nullum agnoſcant præter unum Johannem, ſtatim ſubjungit: *Atque hanc hæreſim vigere ac florere vehementer optaſſe videtur Martinus Lutherus, tametſi, quoniam rem eſſe hoc tempore nimis difficilem intellexit, non nimium operæ ac laboris in eo ponendum eſſe putavit. Certè præfatione in novum Teſtamentum, ut etiam Johannes Cochlæus animadvertit in lib. de Scripturæ & Eccleſiæ auctoritate, c. 3. & in Septicipite, c. 5. abolendam eſſe dicit illam falſam opinionem, quòd ſint tantùm quatuor Evangelia. Item Joannis Evangelium eſſe unicum, pulchrum, verum, ac principale Evangelium, aliisque longè ac latè præferendum.*

*Bellarmini incogitantia.*

III. Ubi initio non poſſum ſatis mirari, quid in mentem venerit Cardinali, ut, Lutherum faviſſe errori Valentini, quod ſolum Evangelium Johannis ſit recipiendum, inde probare conetur, quod ſcripſerit, abolendam eſſe opinionem, quod ſint tantum quatuor Evangelia. Sane qui aſſerit, non eſſe tantum quatuor Evangelia, is eo ipſo affirmat, eſſe plura quam quatuor Evangelia; ſicut, qui ait, non eſſe tria tantum elementa, hoc ipſo inſinuat, eſſe plura quam tria elementa. Quod etiam animadvertit ipſe Bellarmini hyperaſpiſtes Gretſerus, ſiquidem ait, forte Lutherum opinionem illam pervulgatam de quatuor tantum Evangeliis

*col. 86.*

geliis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

geliis ejectam cupiviſſe, ut ſua & Philippi ſcripta Evangeliis paulatim aſſociaret. Si proinde plura quam quatuor Evangelia agnovit Lutherus, dum dixit, abolendam eſſe opinionem illam, quod ſint tantum quatuor Evangelia, qui ex hisipſis verbis probare audet Bellarminus, faviſſe illum hæreſi Valentini, qui non niſi unum Evangelium, Johannis puta, agnovit?

IV. Deinde, quod ad ipſa verba abs Bellarmino producta (*abolendam eſſe illam falſam opinionem, quod ſint plura quam tantum quatuor Evangelia*) attinet, certum eſt, non legi ea hodie in præfatione Novi Teſtamenti a Luthero verſi: certiſſimum item eſt, nec legi in illo præfationis veteris fragmento, quod tomo I operum Lutheri, poſt Wittebergenſes & Jenenſes tomos a ſe editorum, producit Johannes Aurifaber: ut falſus omnino ſit Gretſerus, quando adeo confidenter ſcribit, *in hoc fragmento extare* OMNIA, *quæ Bellarminus adducit*. Num vero habeantur in vetuſta illa Novi Teſtamenti editione Norimbergenſi, ad quam idem Gretſerus provocat, ignoro: neque enim ejus mihi datur copia. Sed eſto: legantur ibi verba iſthæc; ecquod tandem erit illud *portentum*, quod in iis quærit Gretſerus? Quid per vocem *Evangelii* Lutherus velit intellectum, abunde docet ejus in Novum Teſtamentum præfatio, quæ hodie in Germanicis codicibus viſitur. Ait nimirum ibi, *Evangelium* eſſe vocabulum Græcum, notans bonum ac lætum nuncium, quale, v. c. fuerit illud, quo Goliath victus nunciabatur abs Davide. Indeque Evangelium CHRISTI eſſe lætum nuncium & prædicationem de CHRISTO, qui de peccato, morte & Diabolo victoriam reportaverit, atque ſic humanum genus ex

*Quo ſenſu plura quam 4 Evangelia agnoſcat Lutherus.*

tantorum hoſtium poteſtate eripuerit. Verba ſic habent: Evangelium iſt ein Griechiſch wort / und heiſſet auff Teutſch gute Botſchafft / gute mähre / gute newe Zeitung / gut geſchrey / davon man ſinget / ſaget und frölich iſt. Als da David den groſſen Goliath überwand / kam ein gut geſchrey und tröſtliche newe Zeitung unter das Jüdiſche Volck / daß ihr grewlicher Feind erſchlagen / und ſie erlöſet / zu Frewde und Friede geſtellet wären / davon ſie ſangen / und ſprungen / und frölich waren. Alſo iſt das Evangelium Gottes / und New Teſtament / eine gute Mähre und Geſchrey / in alle Welt erſchollen durch die Apoſteln / von einem rechten David / der mit der Sünde / Tod und Teuffel geſtritten / und überwunden habe / und damit alle die / ſo in ſünden gefangen / mit dem tode geplaget / vom Teufel überwältiget geweſen / ohn ihr Verdienſt erlöſet / gerecht / lebendig und ſeelig gemacht hat / und damit zu frieden geſtellet / und Gott wider heim bracht. Davon ſie ſingen / dancken / Gott loben und frölich ſind ewiglich / ſo ſie das anders feſte glauben / und im glauben beſtändig bleiben. Et nonnullis interjectis: So iſt nun das Evangelium nichts anders denn eine Predigt von Chriſto / Gottes und Davids Sohn / wahrem Gott und Menſchen / der für uns mit ſeinem ſterben und aufferſtehen aller Menſchen Sünde / Tod und Helle überwunden hat / die an ihn glauben. Daß alſo das Evangelium eine kurtze und lange Rede mag ſeyn / und einer kurtz / der ander lang beſchreiben mag. Der beſchreibets lang / der viel werck und wort Chriſti beſchreibet / als die vier Evangeliſten thun. Der beſchreibets aber kurtz / der nicht von Chriſtus wercken / ſondern kürtzlich anzeiget / wie er durch ſein ſterben und aufferſtehen Sünde / Tod und Helle überwunden habe / denen die an ihn glauben; wie S. Petrus und Paulus. Hæc Lutherus. Quibus certe gemina ſunt,

quæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

quæ leguntur apud notiſſimum illum ſcriptorem Pontificium, Albertum Pighium, lib. I Hierarchiæ Eccl. cap. II. Is nempe, conſiderans verba Salvatoris, Matth. XXVI, 13. Marc. XIV, 9. *Si quæras*, ait, *quodnam illud ſit evangelium? ipſum eſt ſalutis & redemptionis noſtræ feliciſſimum nuntium. Nam Evangelium bonum nuncium ſignificare omnibus notum eſt. At non pro quocunq; bono nuncio ipſum accepit Chriſtus, ſed pro nuncio redemptionis & ſalutis noſtræ æternæ; ad quam annunciandam orbi univerſo mittebantur Apoſtoli. Ita etiam, nato Salvatore noſtro, ad paſtores angelus: Ecce, inquit, evangelizo vobis gaudium magnum: quia natus eſt hodie vobis Salvator. Hoc eſt illud, hoc, inquam, illud lætum eſt felixque nuntium; hoc evangelium, per Apoſtolos prædicandum omni creaturæ.* In tali itaque ſignificatu (de quo etiam vide Euſebium lib. I præpar. Evangel. cap. I, Ambroſium, Theodoretum & Primaſium, in Roman. I, Chryſoſtomum homil. IIx in Matthæum, Auguſtinum lib. XIIX de Civitate Dei cap. XXXV, & lib. II contra Fauſtum cap. VI, Theophylactum præfat. in Matthæum,) cum vocem *Evangelii* ſumat Lutherus, quidni, citra omne incommodum, aſſerere poſſit, non eſſe quatuor tantum, ſed plura evangelia? perinde enim id eſt, ac ſi diceret, lætum illud nuncium, ſeu prædicationem de CHRISTO, mundi Salvatore, non circumſcribi quatuor illis libris, qui abs Matthæo, Marco, Luca, Johanne, ſunt editi; ſed & in aliorum ſcriptorum θεοπνεύστων monumentis hujuſmodi doctrinam annunciari. Sane hoc ipſum & nil aliud voluiſſe Lutherum, ſicubi verba, quæ ipſi a Bellarmino tribuuntur, protulit, manifeſtiſſime indicant, quæ jamjam ex præfatione N. T. citabamus, verba: Der beſchreibt (das



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Evangelium) kurtz/ der nicht von Chriſtus wercken / ſondern kürtzlich anzeiget / wie er durch ſein ſterben und aufferſtehen Sünde/ Tod und Helle überwunden habe / denen die an ihn glauben ; wie S. Petrus und Paulus. Quid ergo heic portenti, Gretſere? Annon ipſe Apoſtolus conceptis verbis profitetur Rom. 1, 1. ſe ſeparatum ad docendum (& voce & ſcriptis) EVANGELIUM Dei? annon dicit aliquoties Gal. 1, 8. ſeqq. ſe prædicaſſe Galatis EVANGELIUM? At vero non fuit ille unus ex quatuor Evangeliſtis, qui hiſtoriam Chriſti ex inſtituto in literas retulerunt. Ergo præter quatuor illos etiam alii ſcripſerunt Evangelia; & ſic non abſurdus fuit Lutherus, ſi vel maxime aſſeruit, non eſſe tantum quatuor evangelia.

*Quomodo Lutherus Evangelium Johannis cæteris præferat.*

V. Quod ad alterum locum attinet, quo ait Lutherus, Johannis Evangelium eſſe unicum principale Evangelium, ſive (ut tomo 1 Islebienſi f. m. 184, a. verba recitantur) das einige / zarte / rechte häubt Evangelium / und den andern dreien weit weit fürzuziehen; ſciendum, quando aſſeritur, unum librum Biblicum præferendnm eſſe alteri, dupliciter id intelligi poſſe; (1) ut ſenſus ſit, eſſe differentiam inter iſtos libros, quantum ad ipſam θεοπνευστίαν & autoritatem divinam attinet; (2) ut ſenſus ſit, differre eos inter ſeſe ratione capitum doctrinæ Chriſtianæ, quæ in iis pertractantur. Priori modo nullus Scripturæ ſacræ liber prærogativam quandam habet præ altero: ſed ſicut unus & idem eſt Spiritus ſanctus, qui ſcriptores ſacros interius excitavit, ut ad ſcribendam doctrinam cœleſtem animum appellerent, quiq; eorum intellectum illuminavit, & omnium, quæ in literas erant referenda, con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

conceptus ſupernaturaliter ipſis inſpiravit: ita quoq; omnes libri canonici, quantum ad θεοπνευστίαν, ejusdem ſunt valoris & æqualis autoritatis. Modo autem poſteriori negari nequaquam poteſt, admitti oportere differentiam quandam inter libros Biblicos. Quid enim? an ejusdem rationis eſſe dices Geneſin, v. c. & librum Ruth; Prophetiam Eſaiæ & Obadiæ; Epiſtolam Pauli ad Romanos & ad Philemonem; ſi materiam ſpectes & res de quibus in his libris agitur? Quando itaq; Lutherus Evangelium Johannis cæterorum trium Evangeliſtarum ſcriptis præferendum cenſet, poſteriori modo id accipiendum eſt: ut ſcilicet comparatio inſtituta intelligatur ratione rerum quæ in iſtis libris continentur. Quo pacto ipſe etiam Auguſtinus *Johannem Apoſtolum in Evangeliſtis quatuor* EMINENTISSIMUM eſſe ait, lib. II de conſenſu Evangeliſtarum cap. VI; quia videlicet *longe a tribus iſtis ſuperius fertur, ita ut hos videas quodammodo in terra cum* CHRISTO *homine converſari, illum autem tranſcendiſſe nebulam qua tegitur omnis terra, & perveniſſe ad liquidum cœlum, unde acie mentis acutiſſima atq; firmiſſima videret in principio verbum* DEUM *apud* DEUM, *per quod facta ſunt omnia; ---- & ſi qua alia ſunt, quæ* CHRISTI *divinitatem, in qua æqualis eſt Patri, recte intelligentibus intiment, pene* SOLUS *Johannes in Evangelio ſuo poſuit; tanquam de pectore ipſius Domini, ſuper quod diſcumbere in ejus convivio ſolitus erat, ſecretum divinitatis ejus uberius & quodammodo familiarius biberit*; uti loquitur lib. I de conſenſu Evang. cap. IV, cum quo confer caput VI; ubi idem Auguſtinus: *Johannes*, inquit, *ſuper nubila infirmitatis humanæ velut aquila volat, & lucem incommutabilis veritatis acutiſſimis atq; firmiſſimis oculis cordis intuetur.* Sic quoq;



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Ambroſius præfatione in Lucam: *Eſt vere ſapientia naturalis in libro Evangelii qui ſcribitur ſecundum Johannem: NEMO enim, audeo dicere, TANTA SUBLIMITATE SAPIENTIÆ majeſtatem DEI vidit, & nobis proprio ſermone reſervavit. Tranſcendit nubes, tranſcendit virtutes cælorum, tranſcendit angelos, & verbum in principio, & verbum apud DEUM vidit.* Ad huncergo modum, ceu dixi, etiam Lutherus Evangelium Johannis præfert cœterorum Evangeliſtarum ſcriptis. Quemadmodum, inquam, Auguſtinus & Ambroſius eo nomine Johannem cæteris Evangeliſtis præferunt, quod ſublimiora, quam illi, dogmata proponit: ſic Lutherus ideo eum præponendum cenſet, quod, (uti etiam Auguſtinus lib. II de conſenſu Evang. cap. XLV & XLIIX id obſervat) magis in ſermonibus & concionibus ab Salvatore habitis, quam in operibus ejusdem, (miraculoſe puta ab ipſo, ad oſtendendam majeſtatem divinam, perpetratis, qualia, v. c. reſuſcitatio mortuorum, ſanatio ægrotorum: fallit
*col. 83.* enim Gretſerus, dum de nativitate, paſſione & morte Salvatoris Lutherum heic loqui lectoribus vult perſvadere) recenſendis occupatur: quæ reliquorum Evangeliſtarum potiſſima cura eſt. Verba Lutheri ſunt: Weil Johannes gar wenig Werck von Chriſto / aber gar viel ſeiner predigt ſchreibt / wiederumb die andern drey Evangeliſten viel ſeiner Werck / wenig ſeiner Wort beſchreiben / iſt Johannis Evangelium das einige / zarte / rechte häubt-Evangelium / und den andern dreyen weit weit fürzuziehen / und höher zu heben.

VI. Quod vero inde, quod Lutherus ait, Evangelium Johannis eſſe UNICUM PRINCIPALE EVANGELIUM (das einige rechte Haupt-Evangelium) Bellarminus conficere vult, nullum ipſum agnoviſſe verum Evangelium præterid quod abs Johanne eſt ſcriptum; perinde eſt, ac ſiquis ex eo, quod, v. c. Pontificii ajunt, Pontificem Romanum eſſe unicum principalem ſeu primarium Epiſcopum, (der einige rechte Haupt-Biſchoff/) colligere velit, nullum ipſos agnoſcere verum Epiſcopum præter Epiſcopum Romanum. Quemadmodum enim in poſteriori hoc exemplo τὸ UNICUS non excludit alios Epiſcopos quoſcunque, ſed tantum alios Epiſcopos *primarios*: ita nec in priori per iſthanc particulam excluduntur alia Evangelia quæcunque, ſed tantum alia Evangelia *principalia* ſeu *præcipua*. Lutherus itaque de quatuor Evangeliſtis eorundemque ſcriptis ſat recte ſenſit, & longe ſane rectius quam Præfectus ille Gallicus, Pontificiæ religioni addictus; de quo Johannes Sleidanus, lib. XXV de ſtatu religionis, ad annũ CIƆ IƆ LIII, refert, quod dixerit, duos tantum eſſe Evangeliſtas, Matthæum & Johannem. Sleidani verba hæc ſunt: *Cum ex captivis* (qui ſcilicet Lugduni religionis cauſa ad ſupplicium debebant rapi) *Ludovicus Marſacus, homo militaris, è ſacris literis multa recitaret, qui aderant inquiſitores, rogabant, num ipſius eſſet, legere ſacros libros, & quî ſciret, hæc eſſe Evangeli-a? Præfectus etiam Regius duos eſſe tantum ajebat Evangeliſtas, Matthæum & Johannem: reliquos enim duos, & Paulum etiam, veluti centones quosdam conſuiſſe.*

*Quo ſenſu dicat Lutherus, Evangelium Johannis eſſe* unicum principale *Evangelium.*

## Caput VII.

*De libro Eſther hujusq; additamentis agitur.*

I.

MOnet Bellarminus, librum Eſther a tribus graviſſimis ſcriptoribus, Melitone ſcilicet Aſiano, Athanaſio, & Gregorio Nazianzeno, extra canonem poni. Nec defuiſſe etiam, qui librum quidem hunc inter ſacros libros numerandum cenſuerint, ſeptem vero poſtrema capita vera ejus membra eſſe negaverint, &, tanquam adulterina atq; aliena, a reliquo corpore ſecanda putaverint. In qua ſententia fuiſſe ait B. Hieronymum: quem ſecuti ſint, non modo ante Concilium Tridentinum Nicolaus Lyranus, Dionyſius Carthuſianus, Hugo & Thomas de Vio Cardinales; verum etiam poſt illud Concilium Sixtus Senenſis. Addit autem, non tantum librum Eſther, prout in codice Hebræo legitur, vere canonicum eſſe, ſed & ſeptem illa poſteriora capita, quæ in Hebræo non habentur, ad canonem pertinere.

*Melito, Athanaſius, Nazianzenus, cur librum Eſther in canone non ponant.*

II. Et quidem, quantum ad prius attinet, omnino cum Bellarmino cenſemus, librum Eſther, prout Hebraice extat, eſſe librum Scripturæ canonicum: quicquid etiam ſit de opinione Melitonis, Athanaſii, & Nazianzeni; quos ipſam illam appendicem, quæ in fonte non habetur, in fraudem induxiſſe, libro 1 ſuæ Bibliothecæ non inepte conjectat Sixtus Senenſis, ſcriptor Pontificius ſatis celebris: *Accidit*, inquiens, *ut propter has appendicum lacinias, hinc inde quorundam ſcriptorum temeritate inſertas, liber hic, quamvis Hebraicus, & Hebræis receptus,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*ceptus, ſero admodum apud Chriſtianos canonicam autoritatem receperit. Unde nec ipſum Melito Sardenſis Epiſcopus, nec Gregorius Nazianzenus, inter ſacros libros enumerarunt; & Athanaſius de catalogo canonicorum voluminum tanquam nothum nominatim abjecit.* Sane Athanaſius, quando in Synopſi de Eſtheræ libro agit, initium ejus hoc dicit eſſe: *Anno ſecundo, regnante Artaxerxe Magno, prima die menſis Niſan, ſomnium vidit Mardochæus filius Iairi, qui filius Semei, & hic Kiſæi, e tribu Benjamin.* Hæc autem verba ſunt, non Hebraici textus, ſed appendicis ejus, quæ Græce tantum ac Latine extat. Unde in verſione Latina vulgata autor translationis, proxime ante verba abs Athanaſio producta: *Hoc*, inquit, *principium erat in editione vulgata, quod nec in Hebræo, nec apud ullum fertur interpretem.* Paulo ſuperius, ubi nempe finita erant quæ in Hebræo textu leguntur, dixerat: *Quæ habentur in Hebræo, plena fide expreſſi. Hæc autem quæ ſequuntur, ſcripta reperi in editione vulgata; quæ Græcorum lingua & literis continentur: & interim poſt finem libri hoc capitulum ferebatur; quod juxta conſuetudinem noſtram obelo, id eſt, veru prænotavimus.* Monet autem Athanaſius citato loco, nonnullos ex veteribus dixiſſe, librum Eſther apud Hebræos pro canonico reputari, (κανονίζεσθαι παρ' ἑβραίοις) & ſicut hiſtoria Ruth a quibusdam ſub libro judicum comprehendatur: ita Eſther ad aliud quoddam volumen canonicum pertinere. Unde nec improbabilis conjectura eſt, abs Melitone & Gregorio Nazianzeno librum Eſther ideo diſerte non nominari, quod ſub alio aliquo ex iis, quos recenſent, eum comprehendant. Quanquam etiam affinitas nominum *Esdræ* & *Eſther* facere potuit, ut librarius, qui Melitonis catalogum deſcripſit, dum prius poſuiſſet, omiſerit poſterius;



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ſterius; ſive quod feſtinaret, ſive quod utrumq; pro eodem haberet, & alterutrum redundare exiſtimaret: qualia παρεργάματα nonnunquã in priſcos libros à primis aut proximis exſcriptoribus invecta poſteriorib⁹ multis impoſuiſſe negari nõ poteſt. Quod ſi autẽ Melitonis textus vitio deſcriptoris fuit corruptus, facile itẽ fieri potuit, ut etiam Nazianzenus, antiquum ejusmodi Melitonis exemplar præ oculis habens, Eſtheræ librum omitteret.

III. Sed quidquid tandem hujus ſit, hodie ſane de canonica Hebraici Eſtheræ libri autoritate nemo dubitat. Quod vero & appendicem ejus, ſeu poſteriora illa capita quæ in Hebraicis codicibus non habentur, ad canonem pertinere contendit Bellarminus, in eo quam maxime nos ſibi adverſantes habet. Equidem nititur ille quibusdam rationibus ſuæ opinioni fidem conciliare, ſed quæ tales ſunt, ut partim ipſe Cardinalis alibi eas profliget, partim alias nullo negotio concidant.

*Primum Bell. argumentum pro autoritate canonica adjectionum Eſther.*

IV. Primum argumentum his proponit verbis: *Negari non poteſt, quin vetera concilia, Laodicænum ca. 59. & Carthaginenſe* III. *can. 47. veteresque Patres Græci, Origenes in primum Pſalmum, Euſebius lib. 3. hiſt. cap. 25. Cyrillus Catech. 4. & Damaſcenus lib. 4. cap. 18. nec non Patres Latini, Hilarius in primum Pſalmum, Innocentius epi. 3. Ruffinus in Symbolo, & Auguſtinus lib. 2. doctr. Chriſtia. ca. 8. cum inter ſacros libros volumen Eſther numerant, de eo volumine eſſe locutos* (ſint locuti) *quo tum ipſi, tum Eccleſia univerſa eo tempore utebatur. Utebatur autem eo tempore univerſa Eccleſia libris ſacris juxta eam editionem, quam S. Hieron. præfatione in librum Eſther, & ſæpe alibi, vulgatam appellare ſolet; quæ, ut ipſe ait, Græcorum lingua & literis continetur. In qua*

*editione*

*editione ſeptem illa capita libri Eſther, de quibus nunc agimus, non defuiſſe, teſtes ſunt inprimis ipſi Græci textus, qui nomine ſeptuaginta duorum interpretum circumferuntur: teſtis quoque eſt S. Athanaſius in Synopſi, ubi ſummam & primas ſententias ſingulorum librorum adſcribit: teſtis denique eſt S. Hieronymus, qui in ſua translatione aliquot locis admonet, ſeptem iſta capita in Hebræis textibus non haberi, ſed ex vulgata editione à ſe eſſe deprompta. Quare ſi Concilia & Patres librum Eſther, qualem ipſi legere conſueverunt, in ſacrum canonem retulerunt, certè librum integrum, atque his ſeptem junctis capitibus, retulerunt.* Argumentum ſi in juſta forma proponatur, eſt tale:

Quæ Concilia, & qui Patres, cum librum Eſther in canone collocant, de eo loquuntur prout in veteri vulgata Græca editione olim extitit, illi etiam poſtrema hujus libri capita, quæ in Hebræis codicibus non habentur, in Græcis autem legebantur, canoni accenſent;

Jam autem vetera Concilia, Laodicenum & Carthaginenſe III, veteresque Patres, Origenes, Euſebius, Cyrillus, Damaſcenus, Hilarius, Innocentius, Ruffinus, Auguſtinus, cum librum Eſther in canone collocant, de eo loquuntur prout in veteri vulgata Græca editione olim extitit;

Ergo Concilia illa & Patres etiam poſtrema hujus libri capita, quæ in Hebræis codicibus non habentur, in Græcis autem legebantur, canoni accenſent.

V. Reſp. Ut manifeſtum fiat, quid de hoc Bellarmini argumento habendum ſit, nos contra proponimus hunc ſyllogiſmum:

Quæ Concilia & qui Patres in exponendo canone Te-

ſtamenti veteris aperte ſequuti ſunt Hebræos, non Græcos, ii, cum librum Eſther in canone collocant, non loquuntur de eo prout in veteri vulgata Græca editione olim extitit, ſed ut apud Hebræos habetur;

Atqui Concilium Laodicenum, veteresque Patres, Origenes, Euſebius, Cyrillus, Damaſcenus, Hilarius, Ruffinus, in exponendo canone Teſtamenti veteris aperte ſequuti ſunt Hebræos, non Græcos;

Ergo Concilium Laodicenum Patresque memorati, cum librum Eſther in canone collocant, non loquuntur de eo prout in veteri vulgata Græca editione olim extitit, ſed ut apud Hebræos habetur.

Majorem hujus argumenti ejusdem rationis eſſe cum Majori ante propoſiti argumenti Bellarminiani, videt quivis: ſed & amplius illa, ſicubi opus eſſet, firmari poſſet ex eodem Bellarmino. Scilicet, quando quæritur apud hunc, lib. 1 de Verbo Dei cap. xx, an, cum duo libri Eſdræ in Græcis codicibus ſint noſtri tres, veteres Patres & antiqua Concilia, quando duos libros Eſdræ in canonem referunt, per duos illos, noſtros tres intelligant? reſpondet Cardinalis, *etſi in Græcis codicibus duo libri Eſdræ ſint noſtri tres, tamen non propterea Concilia antiqua, & veteres Patres, qui in canone ponunt duos libros Eſdræ, intelligere nomine duorum noſtros tres. Nam multi veterum,* inquit, *ut Melito, Epiphanius, Hilarius, Hieronymus, Ruffinus, in canone exponendo Teſtamenti veteris apertè ſequuti ſunt Hebræos, non Græcos: Hebræi autem tertium Eſdræ non habent.* Ubi apparet, collectionem Bellarminianam huic inniti Majori: *Quicunque in canone exponendo T. V. aperte ſequuti ſunt Hebræos, non Græcos, illi, cum duos libros*

*Eſdræ*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Eſdræ in canone collocant, non loqvuntur de iis prout in Græca editione extant, ſed ut apud Hebræos habentur*; quæ ſane propoſitio Majori noſtri argumenti ex aſſe reſpondet. Porro & Minor, quantum ad Hilarium & Ruffinum, ex ipſo Bellarmino probatur; cujus nempe diſerta verba ſunt, uti jam vidimus: *Multi veterum, ut Melito, Epiphanius,* HILARIUS, *Hieronymus,* RUFFINUS, *in canone exponendo Teſtamenti veteris aperte ſeqvuti ſunt Hebræos, non Græcos.* Quod vero Synodus quoque Laodicena in recenſendo V. T. canone Hebræos ſecuta ſit, ipſa actorum inſpectio unumquemque docere poteſt. Vide infra cap. XII, §. Sic item Origenes, canonicorum librorum catalogum texens, apud Euſebium lib. VI Hiſtoriæ Eccleſ. cap. XXV, totidem enumerat, quot ſunt in codice Hebræo; niſi quod, librariorum culpa, in Euſebiano codice excidit liber XII Prophetarum, ſine quo ſibi non conſtat numerus XXII, quem tamen diſerte exprimit Origenes. Unde & Euſebii exſcriptor Nicephorus, librarios forte accuratiores nactus, *duodecim Prophetarum librum Thereaſar* exhibet, uti etiam verſio Ruffini. Ipſe Euſebius, cui, ceu dixi, ſervatum iſtud Origenis teſtimonium, quemadmodum & Melitonis, debemus, ſiquidem illa fragmenta ita recitat ut probet, merito quoque iis accenſetur, qui in exponendo canone V. T. Hebræos ſunt ſecuti. Cui rei roborandæ & illa conducunt, quæ alibi apud eundem Euſebium leguntur. Nempe in Chronico ſuo, num. MDXCIV: *Ad Eſdram,* ſcribit, *& Nehemiam usque hactenus canonicæ Hebraicæ Scripturæ.* Et ad annum I Seleuci: *Maccabæorum hiſtoria Græcorum hinc ſupputat regnum: verùm hi libri inter divinas Scripturas non computantur.* Idem libro IIX demonſtr. Evangelicæ,

*Concilium Laodicenum veteresque Patres in aſſignando canone ſecuti ſunt Hebræos.*

*lib. 5. c. 16*

*lib. 4. c. 26.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

cæ, ſtatim ſub initium, negat, ſe duces, qui poſt Zorobabelem populo præfuerint, exacte & diſtincte poſſe enumerare, *quod ab illo tempore usque ad tempora Salvatoris nullum extet ſacrum volumen.* Sed & Cyrillus ſub finem Catecheſeos IV priſcum Hebræorum canonem obſervandum docet. Eidem quoque inhæret Damaſcenus libro IV de fide orthodoxa cap. XIIX. De teſtimonio Concilii Carthaginenſis III, Innocentii, & Auguſtini, agetur ſuo loco, nempe capite X. Et hæc de primo Bellarmini argumento, quo probare volebat, poſteriora capita libri Eſther canonicæ Scripturæ partem eſſe: cum quibus tamen conferri poſſunt, quæ monemus infra cap. IX, §2.

*Secundum Bell. argumentum.*

VI. Secundam rationem inde deſumit Cardinalis, *quod Patres non modo librum ipſum* Eſtheræ *inter ſacros numerant, ſed etiam ex poſtremis ſeptem capitibus non raro teſtimonia petunt.* Quam in rem provocat ad Chryſoſtomi Homiliam III ad populum Antiochenum, & Auguſtini Epiſtolam CXCIX ad Ediciam. Argumentum hoc eſt:

Ex quo Patres teſtimonia petunt, id eſt pars Scripturæ canonicæ;

At vero ex poſtremis Eſtheræ capitibus Patres teſtimonia petunt;

Ergo poſtrema Eſtheræ capita ſunt pars Scripturæ canonicæ.

*Reſponſio.*

Reſp. Major ita crude propoſita plus quam inepta eſt. Liceret quippe ſtatim ſub ea ſubſumere: Patres petunt non raro teſtimonia ex libris Platonis & Ariſtotelis; ergo illi pars erunt Scripturæ canonicæ. Audiatur in hanc rem Adamus Tannerus, Jeſuita Ingolſtadienſis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

enſis, tomo III Theol. Scholaſticæ, diſp. I, quæſt. V, dub. I, num. XXVI. *Ergone*, ait ille, *qui allegantur, ſacri erunt? Erit igitur ſacer ſcriptor Epimenides Poëta, cujus illud allegat Paulus Tit. 1. verſ. 12.* κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι, &c. Cretenſes ſemper mendaces. *Sacer etiam erit Menander, cujus illum ſenarium citat 1. Cor. 15. verſ. 33.* φθείρουσιν ἤθη χρηστὰ ὁμιλίαι κακαὶ, Corrumpunt bonos mores colloquia prava. *Sacer denique erit Aratus, ex quo in teſtem vocato hemiſtichium illud profert idem Paulus Act. 17. verſ. 28.* τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμὲν, Ipſius enim & genus ſumus. *Sed forte non tam honorifice citantur Poëtæ iſti quam Prophetæ veteris Teſtamenti? Sane Paulus, cum Epimenidem adducit, vocat eum* proprium *Cretenſium* Prophetam, *ejusque teſtimonium tanquam verum aperte comprobat: quod vix ita de Moyſe dicit.* -- -- *Ergo* EX SOLA PER SE CITATIONE ALICUIUS LIBRI NON SUFFICIENTER COLLIGITUR, EUM LIBRUM ESSE SACRUM ET CANONICUM. Quod ſi ne quidem ex citatione a ſcriptoribus θεοπνεύστοις facta id licet colligere, qui liceret ex citatione Patrum? Abſque dubio ergo Cardinalis intelligi vult de citatione quæ fit tanquam ex *libro ſacro*, ſeu *libro Scripturæ*; ut ſenſus Majoris ſit: Ex quo Patres teſtimonia petunt *tanquam ex libro ſacro ſeu libro Scripturæ*, id eſt pars Scripturæ canonicæ. Verum ne ſic quidem informata propoſitio ſubſiſtere apta eſt, cum non ſtatim canonicum ſit cenſendum, quidquid etiam ſub *Scripturæ* titulo citatur a veteribus, aut ex quo teſtimonia illi proferunt tanquam ex libro quodam ſacro. Ita librum Hermæ, qui inſcribitur *Paſtor*, cum *Scripturæ* elogio adducit Irenæus libro IV, cap. XXXVII, (quem locum repetunt Euſebius lib. V Hiſtoriæ Eccl. cap. IIX, ac Athanaſius Epiſtola pro decretis Nicenæ Synodi apologeti-

*Ex nuda allegatione nõ conciliatur ſcripto alicui canonica autoritas.*

*Quod ſub elogio* Scripturæ *citatur, non ſtatim eſt canonicum.*

logetica;) & tamen ad canonem eum haud pertinere fatetur ac probat ipſe Bellarminus lib. *1* de Verbo Dei cap. XX. Idem quoque, libro de Scriptoribus Eccleſia-
p. 34. ſticis, diſerte ait: *Is liber quamvis à Sancto Hieronymo in lib. de Script. Eccleſiaſt. utilis eſſe dicatur, & nomine Scripturæ à Sancto Irenæo lib. 4. cap. 37. citetur, & ab aliis antiquiſſimis ſcriptoribus, ut Clemente Alexandrino & Origene, in teſtimonium adducatur, tamen nunquam fuit in canone ſanctorum & divinorum librorum.* Sic in Concilio Niceno Epiſcopi Catholici, diſputantes contra Philoſophum Arianum, βίβλον ἀναλήψεως Μωσέως, *librum aſſumptionis Moſis*, itemque βίβλον λόγων μυστικῶν Μωσέως, *librum ſermonum myſticorum Moſis*, nomine *Scripturæ* laudarunt. Vide Gelaſii Cyziceni Commentarium actorum hujus Synodi, parte II, cap. XIIX. Similiter Origenes, Homil. XXVII in Numeros, libros Tobiæ & Judith cum elogio *divinorum voluminum*, & lib. II περὶ ἀρχῶν cap. I, libros Maccabæorum ſub titulo *Scripturæ* allegat, neque tamen pro libris canonicis eos habet, quemadmodum patet ex catalogo ejus, quem nobis aſſervavit Euſebius lib. VI Hiſt. Eccl. cap. XXV; Athanaſius, libro de Virginitate ſeu meditatione, producturus verba Siracidæ, quæ leguntur apud ipſum ſub initium capitis XIII, *Scripturæ* nomine librum iſthunc citat, cũ tamẽ expreſſe inter ἀκανόνιστους illũ collocet in Synopſi, & in fragmento Epiſtolæ ἑορταστικῆς, quã ut Epiſcopus Alexandrinꝰ de feſto Paſchæ ad alias eccleſias ſcripſit, ubi libros Biblicos quos ut canonicos hodie etiamnum veneramur omnes, enumeraſſet, diſerte ſubdat, iſtos SOLOS eſſe, in quibus pietatis ſchola recte annuncietur, & de quibus Dominus, quum Sadducæos confunderet,
Matth. 22, 29. dixerit: *Erratis, neſcientes* SCRIPTURAS; Judæos autem exhorta-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

hortatus: *Scrutamini* SCRIPTURAS; GregoriusNazianzen⁹, *Joh. 5, 39.*
oratione II de Theologia, proferens aliquid ex libro
Sapientiæ cap. 1, 7. *ſacris* id *literis* proditum affirmat:
cum tamen librum iſtum pro canonico non agnoſcat
in carmine de genuinis Scripturæ libris; imo, poſtquam
canonem, eo modo quo hodie Proteſtantes, conſtitu-
iſſet, expreſſe ſubdat: *OMNES SACRÆ SCRIPTURÆ libros ha-*
*bes. Si quid extra hæc invenitur, inter adulterinos libros nu-*
*merandũ eſt.* Porro Epiphani⁹ in Ancorato allegans quædã
ex Sapientiæ libro cap. XIV, 12, & Eccleſiaſt. cap. III, 22. rur-
ſumq; hæreſi LXIV aliquid ex Sap. III, 4 ſeqq. nomine *Scri-*
*pturæ* & *divinæ Scripturæ* libros iſtos adducit. Is ipſe tamen
autor, licet ter V.T. canonem conſignaverit, ſemel hæ-
reſi VIII, & bis libro de ponderibus ac menſuris, nun-
quam tamen ſupra dictos libros canonicis ſcriptis an-
numerat. Quin poſteriori loco conceptis verbis ait,
librum Sapientiæ & Eccleſiaſticum utiles quidem eſſe
& commodos (χρησίμους καὶ ὠφελίμους) ſed in numerum
cæterorum librorum, qui ſcilicet in canone habentur,
non referri. Eosdem libros Hieronymus quoque *Scri-*
*pturæ*, imo *Scripturæ divinæ* titulo allegat; librum qui-
dem Sapientiæ ad caput XIIX Jeremiæ, ubi citat locum
qui habetur in iſtius libri capite 1, 4. Eccleſiaſticum au-
tem Epiſt. XXXIII, laudans verba ex capite ejus XXII, 6.
Sed & ad caput XXIII Eſaiæ libros Maccabæorum pari
modo allegat, reſpiciens ad initium libri primi. Cum
tamen iſtos libros manifeſto ex canone excludat & in-
ter apocrypha rejiciat in celebri illo prologo galeato,
ſeu præfatione in libros Regum, tum quoque præfatio-
ne in Proverbia. Denique & Ambroſius, libro de bo-
no mortis cap. X, proferens nonnulla ex libri IV Eſdræ

cap. v, 37. 42. 52. 53. vII, 32. 33. auguſto *Scripturæ* titulo illum librum ornat. Sed tantum abeſt ut propterea pro canonico is ſit habendus, ut potius ipſe Bellarminus infra cap. xx ſcribere non dubitet: *Quartus Eſdræ citatur quidem ab Ambroſio libro de bono mortis, & libro 2. in Lucam, ac in Epiſtola 21. ad Horatianum, tamen ſine dubio non eſt canonicus.* Hæc latius quodammodo deducere hac occaſione voluimus, quod argumentum iſtud ab allegatione petitum nusquam non inculcare ſoleat Bellarminus; quemadmodũ infra ſatis patebit. Vide inter alia cap. *IIX*, IX, item cap. *XI*, ſeqq. Tantum itaque ad Majorem argumenti ſupra propoſiti, ſi nimirum ea ſic informetur, prout nos ex Bellarmini mente informandam putamus.

*Gretſeri exceptio. col. 132.*

VII. Gretſerus ait, ſecundum Bellarmini argumentum, quo probare vult, appendicem Eſtheræ pertinere ad canonem, eſſe hoc: *Patres non modo librum ipſum inter ſacros numerant; ſed etiam ex poſtremis capitibus non raro teſtimonia petunt, nimirum tanquã ex ſacris, divinis ac canonicis.* Ita enim ejus argumentum intelligi debere. Juxta Gretſerum proinde Major ſyllogiſmi Bellarminiani ſic foret informanda: *Ex quo Patres teſtimonia petunt, tanquam ex ſcripto ſacro, divino, & canonico, id eſt pars ſcripturæ canonicæ.*

*Reſponſio.*

Quamquam vero non credam hæc dicta eſſe ad mentem Bellarmini, fac tamen, voluiſſe eum ita colligere, unde tunc probabitur Minor, quod nimirum Patres teſtimonia petant ex poſtremis Eſtheræ capitibus, tanquam ex ſcripto SACRO, DIVINO, & CANONICO? Sane quod attinet ad Chryſoſtomum & Auguſtinum, ad quorum teſtimonia provocat Cardinalis, tantum abeſt ut illi, locis ab ipſo citatis, appendicem libri Eſther tanquam ſcriptum *canonicum* allegent, ut ne quidem allegent

gent

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

gent tanquam *ſacrum* & *divinum*. Unde, ſi vel maxime etiam ita informetur Major argumenti Bellarmiani, uti nos informavimus ſupra, adhuc tamen nondum video, quo pacto Minor tunc probari poſſet ex laudatis Patrum locis. Nam Chryſoſtomus (cujus diſerta vox eſt Homilia IV in Geneſin: *Omnes divini libri veteris federis primitus Hebræa lingua ſcripti fuerunt; & hoc omnes nobiscum fatentur*) Homilia III ad populum Antiochenum, oſtenſurus, qua ratione imminentes calamitates averterint veteres, in exemplum producit Eſtheram, de qua recitat quæ leguntur cap. IV additamentorum Eſther, ſive cap. XIV ejus libri, prout is in verſione vulgata habetur. Sed audiamus ipſum Chryſoſtomum. Sic ille loquitur: *Terruit homo? curre ad ſupremum Dominum, & nil grave patieris. Sic antiqui calamitates avertebant, non tantum viri, ſed & mulieres. Fuit quædam mulier Hebræa; Eſther erat ipſi nomen. Hæc Eſther univerſum Judæorum populum internecione delendum ſic eripuit. Poſtquam Perſarum Rex omnes paſſim Judæos interimi juſſit, & nullus erat qui contra iram illius obſiſtere poſſet, ſplendidiorem veſtitum exuta mulier, & ſacco amicta, & cinere ſubſtrato, divinæ clementiæ ſupplicabat, ut ſecum ad Regem ingrederetur; & talia orans verba ad ipſum dabat: Grata, Domine, fac verba mea, & da ſermonem ornatum in os meum.* Eſth. 14, 13.
Ubi vides, nude recitari imitandamque proponi hiſtoriam, neque ullam libri *ſacri*, *divini*, vel *canonici*, unde deprompta ſit, mentionem fieri. Similiter & Auguſtinus Epiſtola CXCIX, docturus Ediciam, parendum eſſe marito, etiam ſi is juſſerit cultu uti ſplendidiori; & poſſe etiam latere ſub ornatiori veſtitu cor humile; provocat ad Eſtheræ exemplum, quod annotatum legitur eo ipſo appendicis loco quem profert Chryſoſtomus.

mus. Verba Auguſtini hæc ſunt: *Apud patres Heſter, illa Regina, DEum timens, DEum colens, Deo ſubdita, marito, Regi alienigenæ, non eundem ſecum colenti Deum, tamen ſubjecta ſerviebat: quæ cum extremo periculo, non ſuo tantum, ſed etiam gentis ſuæ, qui tunc erat populus DEI, Domino proſterneretur orando, in ipſa oratione ſua dixit, ita ſibi eſſe ornatum Regium, ſicut pannum menſtrualem: & ita orantem confeſtim exaudivit, qui, cordis inſpector, eam verum dicere ſcivit. Et utique maritum habebat multarum mulierum virum, & Deorum alienorum falſorumque cultorem.* En rurſum allegatam hiſtoriam ſine ulla mentione libri ſive *ſacri*, ſive *canonici*, unde ſit petita. Et tantum etiam de ſecundo Bellarmini argumento.

*Tertiũ Bell. argumentum.*

IIX. Tertium petit a teſtimonio Origenis, (autoris alias ipſi Bellarmino, libro de Scriptor. Eccl. ad ann. CCXXVI, & lib. II de purgatorio cap. IIX, hæretici, ac non minus quam Arius & Neſtorius apud inferos damnati) quem ait in Epiſtola ad Julium Africanum demonſtrare, hanc ipſam partem libri Eſther, quæ in Hebræorum voluminibus non habetur, ſacram & canonicam eſſe.

*Reſponſio.*

Sed nihil aliud verbis abs Cardinale productis dicit Origenes, quam non eſſe pro figmentis habenda, & ex eccleſia prorſus exterminanda, atque ex codice Biblico expungenda, quæ in iſthac appendice leguntur. Quo ipſo nondum aſſerit, appendicem illam eſſe partem Scripturæ canonicæ; cum non ſtatim canonicum ſit, quidquid fictum non eſt, aut recte in Eccleſia legitur & retinetur. Sane de Paſtore Hermæ, qui liber, ipſo Bellarmino judice, apocryphus eſt, adeo magnifice loquitur Origenes, ut *ſcripturam divinitus inſpiratam* appellare non dubitet, quando in Rom. XVI, 14. commentatur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

tur. Quis vero credat, ipſum propterea hunc librum habuiſſe pro canonico? Potius cenſendum, dicere illum ſcriptum hoc divinitus inſpiratum ea ratione, qua *omnis donatio bona & omne integrum donum eſt ſuperne, deſcendens a patre luminum*, Jacob. I, 17. Verum de Epiſtola Origenis ad Africanum plura habebis infra cap. IX, 4.

*Bell. reſponſiones ad argumenta Proteſtantium.*

IX. Poſtquam ſua, quibus pro canonica appendicis libri Eſther autoritate militat, argumenta protulit Bellarminus, ad examinanda illa, quibus eandem impugnare ſolent Proteſtantes, progreditur. Horum primum eſſe ſcribit, quod dicant, *cum liber Eſther Hebraico ſermone ſcriptus ſit, ſeptem iſta capita, quæ apud Hebræos non habentur, ſine dubio cenſeri debere ſuppoſititia.* Reſpondet autem, *probabile eſſe, aliquando iſta etiam capita in textu Hebraico fuiſſe, deinde caſu aliquo excidiſſe.*

*Ad primum.*

*Examen.*

X. Ubi primo obſerva, Cardinalem, dum ita diſputat, ſententiam noſtram non tam infirmare, quam confirmare. Quod ſi enim textus Græcus, ſub quo hodie extant poſtrema illa Eſtheræ capita, non eſt ipſe textus originalis, ſed verſio tantum & translatio, utique non poſſumus illa capita pro canonicæ Scripturæ parte habere, ni prius conſtiterit, verſionem iſthanc ab autore θεοπνεύστῳ eſſe adornatam. Quippe ad hoc, ut ſcriptū aliquod ſit canonicum, non ſufficit ab autore θεοπνεύστῳ id profectum eſſe quoad *formale*, ſeu quoad res ipſas, quæ eo continentur, ſed requiritur inſuper, ut etiam quoad *materiale*, hoc eſt, quoad idioma, a tali ſcriptore ſit profectum. Unde eſt, quod ipſe Bellarminus lib. II de Conciliis & Eccleſia cap. XII, *In Scriptura*, inquit, *non ſolum ſententiæ, ſed etiam verba omnia & ſingula ad fidem pertinent.* Enimvero ſi verba quoque omnia ac ſingula ad fidem perti-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

pertinent, & ipſa non minus quam res ac ſententias ex dictamine Spiritus ſancti profecta eſſe oportet. Confer II Sam. XXIII, 2. I. Cor. II, 13. Matth. X, 20. & junge quæ afferimus infra cap. XV, 6.

XI. Deinde, qui probabile ſit, poſtrema illa Estheræ capita, de quorum autoritate nunc controvertimus, aliquando in textu Hebraico fuiſſe, poſtea caſu aliquo excidiſſe, nullo modo aſſequor. Certe ipſe Bellarminus lib. II de Verbo Dei cap. II conceptis verbis fatetur, *incredibilem religionem Judæorum erga ſacros libros* ſemper fuiſſe & adhuc eſſe; idque mox probat teſtimonio Philonis, celeberrimi illius Hebræi, & Johannis Iſaac. *Scribit Philo,* inquit, *in libro de egreſſu filiorum Iſrael ab Ægypto, & citatur etiam ab Euſebio libro 8. cap. 2. præparat. Evangel. usque ad ſua tempora, per ſpatium amplius quam duorum millium annorum, ne verbum quidem fuiſſe unquam in lege Hebræorum immutatum, & quemlibet Judæum centies potius moriturum, quam ut pateretur legem in aliquo mutari. De ſuperſtitione autem recentiorum Judæorum, qui legem fere ut numen adorant, &, ſi aliquando in terram ceciderit, jejunium publicum indicunt, vide Joannem Iſaac in reſponſione ad libros Lindani de optimo genere interpretandi Scripturas.* Atque hinc falſitatis convincere ibidem ſatagit Cardinalis eorum opinionem, qui contendunt, Judæos in odium Chriſtianæ fidei ſtudioſe depravaſſe & corrupiſſe multa loca ſcripturarum. Quod ſi ergo tanta ſemper Judæorum fuit erga Hebræum codicem religio, ut ne verbum quidem in eo immutari paſſi ſint, quis credat, fuiſſe eos permiſſuros, ut integra inde exciderent capita, & quidem (uti paulo poſt Bellarminus ſe explicat) ita exciderint, ut quædam exciderint ex ipſo libri

bri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

briinitio, quædam ex fine? quo pacto nimis miſere mutilatum, diſcerptum, hiatibusq; deformatum fuiſſe oporteret textum ſacrum.

XII. Sed, inquit Bellarminus, *Joſephus lib. II. antiq. c. 6. dum hiſtoriam Eſther narrat, duas epiſtolas Aſſveri & orationem Mardochæi non prætermittit, cum tamen nihil horum nunc in Hebræorum codicibus habeatur.* Reſp. Quæ vero conſequentia: Joſephus adducit duas epiſtolas Aſſveri, & orationẽ Mardochæi; ergo deprompſit illa ex codice Hebræo? Num omnia, quæ in Joſephi Antiquitatibus Judaicis habentur, deprompta ſunt ex codice Hebræo? Imo vero admiſcuit ille hiſtoriis ſacris plurima, quæ ne quidem in Latinis Bibliorum editionibus extant aut extitere unquam. Qualia ſunt, v. c. quæ de duabus columnis ante diluvium erectis lib. I Antiqv. cap. III narrat; item quod de Abſolome refert lib. VII cap. IIX, cæſariem ejus & comam tantam fuiſſe, ut vix octo diebus potuerit tonderi: cũ ſane II Sam. XIV, 26. ubi de Abſolomi capillis agitur, nullum ſit veſtigium hujus commenti quod attexuit Joſephus, ſed tantummodo dicatur cæſaries ejus ſic excreviſſe, ut, quandoquidem ob inſigne pondus (quod ibidem etiam exprimitur) ipſum gravaret, ſemel quotannis eam tondere coactus fuerit. Perlegat quis inſuper caput V libri II, & diſpiciat, num in codice ſacro invenire poſſit quæ ibi de Moſe narrantur fabulas.

*Bell. argumentum ab autoritate Joſephi.*
*Reſponſio.*
*Joſephi figmenta.*

XIII. Excipit Gretſerus: *Ut ita ſit, hoc tamen Eſtheris fragmentum ex profanis, non ex ſacris Hebræorum libris Joſephum ſumpſiſſe rationis nihil ſuppetit cur credere debeamus: præſertim cum fragmentum hoc antiquiſſimis Bibliorum*

*Gretſeri exceptio. col. 137.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*liorum editionibus, iiſque vulgatis tam Græcis quam Latinis, ſemper inſertum fuerit, ut patet ex Origene & S. Hieronymo. Quocirca cum idem fragmentum, vel portio aliqua ejus, exſtet in Joſepho, jure optimo credimus, & ad Joſephum & ad Chriſtianam Eccleſiam aliunde non perveniſſe quam ex ſacris & Hebraicis Hebræorum codicibus.*

*Reſponſio.* XIV. Reſp. Quæſtio eſt: an ſupplementum Eſther Hebraice aliquando extitiſſe credendum ſit, quod in Joſephi hiſtoria ejus quædam portio habeatur? Nos dicimus, ex Joſephi allegatione nihil probari, cum is multa ſuis libris inſeruerit quæ nunquam in Hebraico codice extitiſſe prorſus extra controverſiam eſt. Obvertit Gretſerus: Etſi de aliis forte hæc vera ſint, Eſtheræ tamen fragmentum non ex ſacris Hebræorum libris Joſephum ſumpſiſſe rationis nihil ſuppetere cur credere debeamus. Reſpondemus nos, utique rationem ſuppetere longe prægnantiſſimam, deſumptam ab incredibili Judæorum, quam ipſemet Bellarminus agnoſcit, erga libros ſacros religione; quæ, uti jam ſupra monuimus, non paſſa fuiſſet partem illam interire, ſi quando Hebraice extitiſſet. Pergit Gretſerus: Cum fragmentum Eſther antiquiſſimis Bibliorum editionibus, iiſque vulgatis tam Græcis quam Latinis, ſemper inſertum fuerit, & vero idem fragmentum, vel portio aliqua ejus, extet in Joſepho, jure optimo credi, & ad Joſephum & ad Chriſtianam eccleſiam aliunde non perveniſſe quam ex ſacris & Hebraicis Hebræorum codicibus. Sed nec illa quomodo cohæreant ſatis aſſequor. Quæ enim, obſecro, ſequela: fragmentum Eſther antiquiſſimis editionibus vulgatis Græcis ac Latinis ſemper inſertum fuit, ejusdemque ali-

qua

qua portio etiam extat apud Joſephum; ergo olim fuit pars voluminis Hebræi? Longe profecto aliter heic judicat celebris ille Judæus converſus, Nicolaus Liranus, qui, finem impoſiturus ſuo in librum Eſther commentario: *Cætera*, ſcribit, *quæ ſequuntur* (de adjectionibus loquitur ſive poſtremis Eſtheræ capitibus) *non intendo exponere, quia non in Hebræo ſunt, nec de Scriptura canonica; ſed magis videntur a Joſepho & aliis ſcriptoribus conficta, & poſtea editioni vulgatæ inſerta.* Equidem Bellarminus ait, non eſſe credibile a Joſepho hæc eſſe conficta, cum ipſe idem aperte dicat, ſe nihil in ſua hiſtoria narraturum quod non e libris deſumptum ſit Hebraicis. Sed proteſtationem iſthanc facto contrariam eſſe jam ſupra num. XII patuit. Quin ipſe Cardinalis alibi, nempe lib. IV de Rom. Pontif. cap. III, de Joſepho, quod hiſtoriæ ſuæ *multas fabulas immiſceat*, fatetur. Et quis negabit, in ipſa Eſtheræ hiſtoria, quam libro XI Antiqu. cap. VI Joſephus perſequitur, quædam referri, quæ nec in libro Eſtheræ Hebraico, nec in ſupplemento illo, quo de nunc agimus, habentur? Tale quid, v. c. omnino eſt, cum ſcribit Joſephus, quando *Eſth. 6, 1.* Ahaſverus ex Annalibus aliquid ſibi prælegi curaſſet, intellexiſſe eum, *quendam ob rem egregie geſtam donatum amplis poſſeſſionibus in regione cujus nomen erat adſcriptum*; *alium ob fidem munera accepiſſe pretii maximi*: item, quod mox ſubjicitur, Regem, ubi cognoviſſet quæ de Mardochæo in commentariis fuerant annotata, ſciſcitatum fuiſſe, quota noctis eſſet hora? & audito, quod jam eſſet diluculum, mandaſſe ut viſerent, quisnam amicorum eſſet præ palatii foribus. Ejusmodi quoque eſt, quod ſcribit, dum ad mandatum Regis Haman Mardochæ-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

dochæum juſſerit, ſacco depoſito, purpuram induere, Mardochæum, quod illudi ſibi putaret, dixiſſe: *ſceleſtisſime, adeone calamitati noſtræ inſultas?* item, unum ex Eſtheræ Eunuchis, qui, ut ad cœnam vocarent Hamanem, erant ablegati, viſa cruce difixa in ipſius ædibus, quæ parata erat Mardochæo, ſciſcitatum eſſe e quodam famulo, in quem uſum parata ſit. Hæc omnia, inquam, in ſua hiſtoria narrat Joſephus. Sed unde ea deſumpſit? Non ex codice Hebræo: non ex verſione aliqua ſive Græca ſive Latina. Finxit ergo talia ſine dubio ipſe; ut ſolent nonnunquam autores aliqui deſcribere res, non ut geſtæ fuerunt præciſe, ſed ut geri potuerunt. Quod ſi vero in his aliisque id fecit Joſephus, quî adeo incredibile ſit, confinxiſſe illum epiſtolas quoque Ahaſveri & orationem Mardochæi, quas in Eſtheræ appendice hodie legimus? Digna ſunt quæ heic notentur verba Hieronymi, doctiſſimi illius Scripturarum interpretis, quando de libro Eſther, præfatione quam in eum ſcripſit: Hunc, inquit, *librum editio vulgata laciniofis hinc inde verborum ſinubus* (*funibus*, legunt alii, alii *finibus*) *trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterant & audiri; ſicut ſolitum eſt ſcholaribus diſciplinis ſumpto themate excogitare, quibus verbis uti potuit qui injuriam paſſus eſt, vel qui injuriam fecit.* Et tantum de priori reſponſione Bellarmini ad argumentum primum, quod contra canonicam ſupplementi Eſther autoritatem ſolet urgeri.

*Aliud Bellarmini effugium.*

XV. Ei mox jungit aliam: *Poteſt etiam reſponderi*, inquiens, *primum libri hujus auctorem, qui Hebraicè hiſtoriam Eſther ſcribendam ſuſcepit, ſummam tantum hiſtoriæ conſcripſiſſe: deinde alio tempore ſcriptam fuiſſe hiſtoriam eandem*

*dem ab aliquo alio copioſius, & tranſlatam in linguam Græcam à Lyſimacho, regnante in Ægypto Ptolemæo Epiphane & Cleopatra, ut indicatur in hocipſo libro cap.* 11. *Porro prioris auctoris librum ipſum Hebraicum, poſterioris autem non ipſum librum, ſed ſolum tranſlationem ad nos perveniſſe.* Ubi Gretſerus in Hunnium invehitur, quod tribuat Bellarmino, ac ſi duos comminiſcatur Eſtheræ libros, cum nihil aliud innuat, quam duos eſſe autores libri Eſther, ſive, librũ hunc a duobus eſſe conſcriptum, ad eum modum quo, v. c. Pſalmorum liber uno plures agnoſcit autores. Verum enim vero clariora ſunt Bellarmini verba & manifeſtiora quam ut in alienum ſe ſenſum torqueri ſinant. Nihil quippe aliud præ ſe ferunt aut ferre poſſunt, quam Eſtheræ hiſtoriam a diſtinctis autoribus in diſtinctos libros fuiſſe relatam, quorum unus ſummatim tantum hiſtoriam iſthanc proſecutus fuerit, alter copioſius, unus ſub textu originali Hebræo ad nos pervenerit, alter non niſi ſub translatione. Quid, quæſo, evidentius, quam Cardinalem, dum ait, *prioris auctoris* LIBRUM *ipſum Hebraicũ, poſterioris autem non ipſum* LIBRUM, *ſed ſolum tranſlationem ad nos perveniſſe*; hocipſo aſſerere, a gemino autore geminum conſcriptum fuiſſe librum? Fruſtra proinde Gretſerus heic carpit Hunnium: Hunnius vero recte abſurditatis poſtulat Bellarminum, quod opinione plane nova, contra omnium Patrum ſententiam, & unanimem conſenſum Eccleſiæ omnium temporum, quin & contra decretum Tridentinæ ſynodi, non jam unum librum Eſther conſtituat ſed duos pariter canonicos.

*Gretſerꝰ inique carpit Hunnium. col. 138.*

XVI. Et quisnam, obſecro, erit ille liber, quem poſteriori tempore de Eſtheræ rebus geſtis copioſius con-

*Figmentũ de gemino libro Eſther exploditur.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

conſcriptum eſſe, & ſub verſione tantum ad nos perveniſſe Bellarminus aſſirmat? Utique enim de poſtremis illis capitibus loquitur, quæ in vulgata verſione hodie habentur, non autem in codice Hebraico. At quo jure iſta capita dicentur *liber*, qui *copioſius* deſcribat hiſtoriam Eſtheræ, quam liber ille qui Hebræo idiomate de eadem materia extat? Sane ſi excipias, quæ de ſomnio Mardochæi, inſidiis Regi Artaxerxi ſtructis, deque Eſtheræ ad eundem ingreſſu, in iſthac appendice leguntur, nihil ibi de ipſa hiſtoria habetur, ſed producuntur tantum aliquot Artaxerxis epiſtolæ, & Mardochæi Eſtheræque orationes. Cum tamen, ſi juſta hiſtoria texi debuiſſet, & quidem copioſius quam ea hodie conſcripta extat in volumine Hebræo, nihil horum prætermittendum fuiſſet quæ in Hebraico textu narrantur, ſed univerſæ hiſtoriæ ſeries plenius debuiſſet contexi. Quid? quod ipſum ſæpius memoratæ appendicis initium ſatis indicat, juſtam in ea hiſtoriam non tradi, ſed cum alio libro ſupplementum iſtud connecti debere: ipſa etiam capitum cohærentia manifeſto arguat, mera heic fragmenta, continuum vero textum nullatenus proponi. At hæc evidentiora ſunt, quam ut iis deducendis diutius inhærere, opus ſit.

*Lyſimachus an hiſtoriam Eſther Græce verterit.*

XVII. Quod ait Bellarminus, hiſtoriam Eſter copioſius conſcriptam fuiſſe in linguam Græcam translatam a Lyſimacho, regnante in Ægypto Ptolemæo Epiphane & Cleopatra, illud unde probabit? Dicit id indicari in ipſo Eſtheræ libro capite XI. Verum ibi non dicitur Lyſimachus librum aliquem Hebraicum in linguam Græcam transtuliſſe, ſed epiſtolam Phurim interpretatus eſſe. *At nec negatur*, inquit Gretſerus, *Lyſima-*

*Gretſeri exceptio.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*ſimachum plura ex Hebræo in Græcum tranſtuliſſe quam Epi-* col. 123. *ſtolam illam Phurim ſeu ſortium. Non igitur hac objectiuncula conjecturam Bellarmini enervas. Cur enim ſolam illam Epiſtolam in Græcum vertiſſet?* Reſp. Ego vero non video Reſponſio. quæ hæc ſit collectio: Lyſimachus interpreratus eſt epiſtolam quam attulerunt Doſitheus & Ptolomæus, ergo etiam hiſtoriam iſtam, quæ id narrat, & in qua epiſtolæ illius habetur mentio, ex Hebræo in Græcum ſermonem transfudit. Sane quando Lyſimachus interpretatus eſt epiſtolam Phurim, & cum Doſitheus ac Ptolemæus eandem attulerunt, nondum conſcripta fuit, nec conſcripta eſſe potuit, hiſtoria in qua id annotatum extat, quod ſcilicet Doſitheus & Ptolemæus attulerint epiſtolam Phurim, eandemque dixerint interpretatum eſſe Lyſimachum, ſiquidem rem geſtam neceſſe eſt contigiſſe antea quam hiſtoria narrari poſſit & in libro annotari tanquam quæ ſit geſta. Ergo tunc, quando epiſtolam Phurim interpretatus eſt Lyſimachus, non potuit illa eſſe pars ejus libri in quem poſtmodum relata eſt, atque ita nec poteſt ab interpretatione iſtius epiſtolæ ad interpretationem libri in quo ea legitur, tanquam a parte ad totum, vel probabilis ſaltem argumentatio inſtitui.

XVIII. Vidit hanc difficultatem Gretſerus, ideo *Novū Gretſeri effugium.* ait, illam de Lyſimacho particulā non eſſe primi ſcriptoris libri Eſther, ſed ab alio quodam autore poſtmodū adjectā. Verū hoc eadem facilitate rejicitur qua aſſertur. *Reſponſio.* Nec ad rem faciunt, quæ de additionibus ad Deuteronomium & librum Jobi Gretſerus in exempla adducit, uti facile videt quivis. Et fac, inſeruiſſe hæc de interpretatione Epiſtolæ Phurim a Lyſimacho profecta hiſtoriæ



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ſtoriæ Eſther autorem quendam alium, certe id Bellarmini & Gretſeri cauſam non tam juvabit quam evertet. Cur enim, obſecro, præciſe ac determinate de epiſtola Phurim annotare voluerit autor iſte quod in Græcam linguam translata ſit a Lyſimacho, ſi totam ille hiſtoriam tranſtuliſſet? Sane ineptiſſima foret talis admonitio. Si quis enim, v. c. in verſione vulgata Latina libri Eſther, quam Hieronymi eſſe ſupponit Gretſerus, ad caput de repudiata Vaſthi annotare vellet, eſſe id in Latinum ſermonem tranſlatum ab Hieronymo, annon riſum eſſet meriturus? Nam quid attinebat peculiariter id monere de iſthoc capite, ſi totum librum verterit Hieronymus?

*Qvo ſenſu Lyſimachus dicatur epiſtolam Phurim interpretatus.*

XIX. Ego ſi quid judico, autor adjectionum, quando refert, Doſitheum & Ptolemæum, dum epiſtolam Phurim attulerint, dixiſſe, eam interpretatum eſſe Lyſimachum, hoc vult, quod, juxta virorum illorum narrationem, Lyſimachus epiſtolam iſthanc ex originali in aliam linguã transfuderit, ut, cum per omnes Aſſvero ſubjectas ditiones ſpargi deberet, etiam ab his, qui linguam, qua primitus concepta erat, haud callebant, legi ac intelligi poſſet. Nam ex Eſth. *I, 22.* III, *12.* IIX, *9.* novimus, quando edicta promulgari & literas ad ſubjectas ſibi provincias mitti curavit Aſſverus, diverſis eas linguis fuiſſe ſcriptas, ut videlicet abs cunctis poſſent intelligi. Hæc ſi ita ſunt, (parum autem curo, quomodo iſta appendicis relatio cum veritate hiſtorica concordet vel non, cum conſtet, & alias non ſemel eam impingere) quam nihil illa ad ipſius libri Eſther translationem ex Hebræo in Græcum faciant, in propatulo eſt. Sed tempus eſt, ut ad ea, quæ contra ſecundum

Pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Proteſtantium argumentum Bellarminus excipit, conſideranda pergamus.

XX. Id hoc modo proponit: *Secundo objiciunt, non cohærere poſtrema iſta capita cum ſuperioribus. Nam cap. 2. narrantur inſidiæ duorum Eunuchorum, & detectio earundem induſtria Mardochæi. Deinde rurſum eadem narrantur cap. 11. & 12. ſed priori loco dicuntur inſidiæ factæ fuiſſe anno ſeptimo Aſſueri: & c. 6. additur, nihil omnino mercedis accepiſſe Mardochæum, qui eas patefecerat: in loco autem poſteriore dicuntur factæ anno ſecundo Aſſueri, & additur: datis pro delatione muneribus.* Reſpondet autem, *ſeptem illa capita libri Eſther, quæ ſunt poſtrema in editione Latina vulgata, non eſſe revera poſtrema, ſed quædam eorum pertinere ad initium libri, ut c. 11. & 12. quædam ad medium, ut c. 13. 14. 15. 16. quædam ad finem, ut c. 10.* Quo præſuppoſito pergit: *Narratio igitur inſidiarum, quæ habetur c. 11. in Latinis Bibliis, ad initium libri pertinet, atque ibi narrantur inſidiæ per anticipationem, quæ rurſum narrantur poſtea ſuo loco cap. 2. Factæ ſunt autem anno ſeptimo, ut habetur cap. 2. non autem anno ſecundo, ut videtur colligi ex c. 11. ſiquidem illa verba c. 11. anno ſecundo, regnante Artaxerxe, &c. non debent extendi uſque ad narrationem inſidiarum, ſed ſolum ad ea, quæ dicuntur in ipſo cap. 11. id eſt, ad ſomnium, quod Mardochæus vidit antequam Eſther Aſſuero conjungeretur. Quod vero objiciebatur,* pergit amplius Cardinalis, *de mercede delationis, non habet difficultatem. Nam etſi non habuerat Mardochæus mercedem pro delatione, quando Rex juſſit relegi ſibi annales, ut dicitur cap. 6. tamen habuit poſtea ampliſſimam mercedem, quæ deſcribitur in eodem 6. c. & ea ſignificatur c. 12. per illa verba, datis pro delatione muneribus.* Ita Bellarminus.

*Bell. reſponſio ad 2. argumentum Proteſtantium.*

XXI. Verumenimvero quod attinet primo ad diſpoſitio- *Examen.*

 poſitio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

poſitionem fragmentorum Eſther, non quidem negamus, eam jam tum Hieronymi tempore in vulgata Græca editione ita factam eſſe, ut vult Cardinalis, interim res ipſa clamat, hiſtoriam genuinam, quam Hebræus nobis textus exhibet, iſtiusmodi particularum cum ipſius libri capitibus connexionem prorſus reſpuere. Quod ſi enim textus ita legatur ut habetur in volumine Hebraico, recte cohærent omnia, nec ullus apparet hiatus, unde ſuſpicari poſſis, amiſſum aliquid eſſe quod aliunde debeat ſuppleri. Si autem aſſuantur iſtæ laciniæ, protinus turbatur apta illa capitum junctura, & multa alia emergunt incommoda, quæ neminem prætererire queunt vel obiter hanc rem conſiderantem.

XXII. Deinde, quantum ad narrationem de inſidiis Regi ſtructis, ut nihil nunc dicam de dura illa, quam heic Bellarminus comminiſcitur, anticipatione, certe, an conciliatio, quam idem tentat inter caput II libri Eſther & ejusdem libri appendicem, ſive, juxta vulgatam Latinam, caput XI, ſubſiſtere poſſit, valde dubito. Quod enim ſcribit, illa verba: *anno ſecundo, regnante Artaxerxe*, non debere extendi usq; ad narrationem inſidiarum, ſed ſolum ad ea quæ dicuntur in ipſo capite XI, hoc eſt, ad ſomnium quod Mardochæus vidit antequam Eſther Aſſvero conjungeretur; id ipſe contextus omnino videtur refellere, ſiquidem cap. XII expreſſe aſſeritur, Mardochæum EO TEMPORE, (ita quippe habet verſio Latina, a qua Pontificiis ſecedere integrum non eſt) quando contigerint quæ ſecundo anno geſta dicuntur capite præcedenti, cum Bagatha & Thara, eunuchis Regis, in aula fuiſſe commoratum, & conſpirationem, quam adverſus dominum ſuum illi moliti ſint, dete-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

xiſſe. Adde, quod in textu Græco Mardochæus dicitur, cum ſurrexiſſet, multa ſecum animo de illo inſomnio volviſſe ἕως τῆς νυκτὸς, *usq; ad noctem*, & tum quieſcens in aula cum eunuchis, illorum conjurationem intellexiſſe. Unde apparet, juxta narrationem appendicis, inter ſomnium Mardochæi, quod anno ſecundo eidem obtigit, & inſidias evnuchorum, unius tantum diei, non vero quinq; annorum, fuiſſe intervallum. Nec eſt ut reponat Gretſerus, verba, ἕως τῆς νυκτὸς, *non indicare, illa nocte inſidias fuiſſe ſtructas, ſed, Mardochæum usq; ad noctem ſedulo & cum cura de objecti ſomnii intelligentia cogitaſſe; quod verum eſſe potuerit, & vero verum fuerit, licet poſt quinq; demum annos inſidiæ illæ ſtructæ, & a Mardochæo intellectæ & detectæ fuerint.* Neq; enim ſimpliciter & nude ex illis verbis argumentum petimus, ſed ex toto contextu. Scilicet cum prorſus non ſit veroſimile, Mardochæum unius tantum diei ſpatio cogitaſſe de ſomnio non intellecto, dicimus, τὸ ἕως νυκτὸς reſpicere ea quæ mox ſequuntur, quod nimirum, ubi usq; ad veſperam meditabundus fuiſſet Mardochæus, quieverit in aula, ac tum cognoverit eunuchorum inſidias. *col. 122.*

XXIII. Sic porro neq; illa, quæ de mercede hujus delationis Mardochæo oblata Bellarminus affert, cum contextu ſupplementi ſatis videntur congruere. Scilicet verba ita habent, cap. XII, 4. ſeqq. juxta vulgatam Latinam: *Rex quod geſtum erat ſcripſit in commentariis: ſed & Mardochæus rei memoriam literis tradidit. Præcepitq; ei Rex, ut in aula palatii moraretur, datis ei pro delatione muneribus. Aman vero, filius Amadathi-bugæus, erat glorioſſimus coram Rege, & voluit nocere Mardochæo & populo ejus, pro duobus eunuchis Regis qui fuerant interfecti.* Ubi vides, primo

 dici,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

dici, data eſſe Mardochæo munera pro delatione, & hinc demum ſubjungi, quod conſilia agitaverit Haman, quo pacto Mardochæo hujusq; gentilibus noceret. Jam vero ſi per mercedem delationis intelligi deberet ampliſſimus ille honor, quo juſſu Regis Mardochæus mactatus ſcribitur Eſth. VI, ceu contendit Bellarminus, utiq; tum demum mercedem accepit Mardochæus, poſtquam ſua adverſus ipſum totumq; populum Judaicum conſilia jam in rem contulerat Haman. Vide Eſth. III. Et tantum etiam de his, quibus ad ſecundum Proteſtantium argumentum reſpondere conatur Bellarminus.

*Bell. reſponſio ad 3. argumentum Proteſtantium.*

XXIV. Poſthac progreditur ad argumentum noſtrum tertium, inde deſumptum, quod poſtrema illa capita cum aliis capitibus libri Eſther pugnent; ſiquidem in Epiſtola Asſveri, quæ habetur capite XVI, Aman dicatur gente atq; animo Macedo fuiſſe, Perſarumq; imperium ad Macedones transferre voluiſſe: unde colligatur, hiſtoriam Eſther, juxta appendicem ſeu additiones, incidiſſe in ultima tempora Regum Perſarum; id quod minime conveniat cum hiſtoria ipſa, prout in volumine Hebraico illa deſcribitur; tum aliis de cauſis quas recenſet Cardinalis, tum quod, ſi ad finem regni Perſarum pertineret hiſtoria Eſther, Mardochæum fere ad trecentos annos ſupervixiſſe, & Eſtheram, cum ad nuptias Aſſveri pervenit, minimum ducentorum annorum anum fuiſſe oportuerit. Quæ omnia abſurda.

XXV. Hoc argumentum, ut ab ipſomet Bellarmino proponitur, duplicem inſinuat difficultatem; quarum una concernit proſapiam Hamani, altera tempus quo contigerint quæ in Eſtheræ libro narrantur. Priorem difficultatem prorſus diſſimulat Cardinalis. Eſt autem

tem hæc: Additamenta ajunt, Hamanum & animo & *gente* fuiſſe *Macedonem*; at ipſe liber cap. III, 1. & cap. VIII, 5. eundem *Agagæum* fuiſſe affirmat, id eſt, Amalechitam. Hunc nodum, uti dixi, non ſolvit Bellarminus. Alteri vero difficultati obviam iturus, operoſam inſtituit diſquiſitionem de tempore quo vixit Eſther; & examinatis rejectisque diverſis diverſorum ſententiis, tandem concludit, Aſſverum, Eſtheræ maritum, non alium eſſe poſſe quam Artaxerxem Longimanum. Quo ſuppoſito remanere ait, Mardochæum ſuperaſſe annum CLXV, quod non ſit incredibile.

*Examen.*

XXVI. Reſp. Si recte rationem inire vult autor, concedat neceſſum eſt, poſito etiam quod Aſſverus fuerit Artaxerxes Longimanus, adhuc Mardochæi ætatem ultra CLXXX annos produci oportere. Ecce enim. Juxta ipſiuſmet Bellarmini ſupputationem ab initio captivitatis Babylonicæ (quo tempore Mardochæus Jeroſolyma Babylonem translatus ſcribitur Eſth. II, 6.) usque ad Longimanum anni ſunt circiter CLXV. Jam vero ea, quæ de Mardochæo narrantur in libro Eſther, non contigere ſub ipſum ſtatim initium regni mariti Eſtheræ, ſed cœperunt evenire anno VII; quædam etiam geſta ſunt anno XII; tum quoque ex Eſth. X liquet, Mardochæum etiam poſt ſedatas illas turbas, quas Haman dederat, rebus in Perſico regno gerendis ſuffeciſſe. Adde igitur annis illis CLXV, quos inter initium captivitatis Babylonicæ & Longimanum intercedere ait Bellarminus, XII illos annos, ad quos Mardochæi res geſtas protendi diximus, & emergent anni CLXXVII. Ponamus nunc, Mardochæum, quando in captivitatem abductus eſt, fuiſſe non niſi IV annorum infantem, jam ultra CLXXX annos ætas ejus extendenda erit. Ut nihil dicamus de annis inſequentibus, quibus adhuc Mardochæum vixiſſe rebusq; peragendis idoneum fuiſſe hiſtoria innuit.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Novum Bell. reſponſum.* XXVII. Quia proinde tanta difficultate priorem iſthanc reſponſionem urgeri animadvertit Bellarminus, alia ratione objectum nodum ſolvere tentat. Ita nimirum porro diſſerit: *Quod Scriptura dicit, Mardochæum translatum fuiſſe in Babylonem cum Rege Joachim, recte intelligi poteſt, etiamſi nondum natus fuiſſet Mardochæus. Siquidem transferri potuit, non in ſe, ſed in parentibus aut majoribus ſuis, quemadmodum Zorobabel & Joſue dicuntur rediiſſe in Hieruſalem ex captivitate quam transtulerat Nabuchodonoſor, 2. Eſdr. 7. & tamen Zorobabel natus eſt in ipſa captivitate, Matth. 1. & idem veriſimile eſt de Joſue filio Joſedech. Et Geneſ. 46. ac Deuteron. 10 legimus, intraſſe in Ægyptum cum Jacob ſeptuaginta animas, in quo numero comprehenduntur duo filii Joſeph, qui nati erant in Ægypto: nec alia ratione dici poſſunt in Ægyptum eſſe ingreſſi, niſi quia Joſeph, in cujus lumbis ipſi erant, in Ægyptum intraverat.*

*Examen.* XXIIX. Verumenimvero hæc Bellarmini interpretatio talis eſt, ut ipſe ejus hyperaſpiſtes Gretſerus diſſimulare nequeat, illam ſibi haud arridere. Et ſane nimis manifeſta heic committitur verborum adeo diſertorum depravatio. Ad quam excuſandam fruſtra provocat Cardinalis ad Nehemiam, Geneſin, ac Deuteronomium. Nam quod ad primum locum attinet, verba

*Neh. 7, 6. 7.* juxta Hebraicam veritatem ita habent: *Hi ſunt filii ejus provinciæ, qui aſcenderunt ex captivitate deportationis, quam deportavit Nebucadnezar Rex Babel; & reverſi ſunt Jeruſulem & in Judæam, quisq; in civitatem ſuam; venientes cum Zerubabel, Jeſua,* &c. Ubi ſane nec Zerubabel nec Jeſua dicitur *rediiſſe* Jeroſolymam ex captivitate; ſed tantummodo aſſeritur, illos, qui aſcenderint e captivitate Jeroſolymamq; reverſi ſint, quorum ſcilicet catalogus poſtmodum



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

dum ſubjungitur, veniſſe cum Zerubabele & Jeſua. Potuerunt autem illi reverti Jeroſolymam, & illuc venire cum Zerubabele ac Jeſua, ut tamen hi non ſtatim illuc ſint *reverſi*. Et ſi vel maxime de toto cœtu ibi diceretur quod ex captivitate fuerit *reverſus*, ſynecdochica futura eſſet locutio, qua toti tribuitur quod de aliquibus tantum partibus verum eſt. Hoc autem quid juvaret Bellarminum?

*Gretſeri exceptio nauci. col. 143.*

XXIX. Quæ Gretſerus heic affert, vix ullam conſiderationem merentur. Ait: *annon* Scriptura *omnes illos, quos commemorat, revertiſſe affirmat? annon primus Zorobabel, ſecundus Joſue, tertius Nehemias? &c. annon de his aliisq́; affirmaverat?* reverſi ſunt in Hieruſalem, & in Judæam, unusquisque in civitatem ſuam. *Nam quod ſubditur:* Qui venerunt cum Zorobabel; *quid Bellarmino officit? Venerunt* revertendo: *nam qui* revertitur, *is etiam venit. Et ſi Zorobabel non dicitur revertiſſe, ſed veniſſe ex captivitate, tunc nullus eorum, qui in longiſſimo illo catalogo commemorantur, reverſus eſt; quia de omnibus dicitur;* Qui venerant (*ſeu venerunt*) cũ Zorobabel. *Ergo de nullis in toto illo catalogo enumeratis verè affirmabitur, eos revertiſſe; & tamen ſacra ſcriptura hac phraſi utitur:* Et reverſi ſunt in Hieruſalem. Ita Gretſerus, non uno modo heic impingens. Falſum eſt, quod Scriptura *omnes* illos, quorum nomina Nehem. VII, 7. ſeqq. commemorantur, *revertiſſe* affirmet. *Reſponſio.* Non affirmat *revertiſſe* Zerubabelem, non Jeſuam. Qui *revertitur*, is etiam *venit*, fateor; ſed non contra, qui *venit*, is ſtatim *revertitur*. Zerubabel & Jeſua *venerunt* Jeroſolymam, ſed, proprie loquendo, illuc non ſunt *reverſi*; alii, qui in captivitatem olim erant abducti, inde *& venerunt* & *reverſi ſunt*. Res manifeſta, quæ ulteriori deductio-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

deductione non indiget. Revertimur ad Bellarminum.

*Gen. 46, 27.* XXX. Secundus locus, quem ille pro ſua opinione adducit, in fonte ita habet: כל הנפש לבית יעקב הבאה מצרימה שבעים *Omnes animæ familiæ Jacob, quæ ingreſſa eſt Ægyptum, ſeptuaginta.* Ubi palam eſt, non dici LXX animas Ægyptum ingreſſas, ſed ingreſſam eſſe familiam, ad quam tunc temporis, quando in Ægyptum veniebat Jacob, pertinuerint animæ LXX.

*Deut. 10, 22.* XXXI. Tertius denique locus habet ita: *Ad ſeptuaginta animas deſcenderunt patres tui in Ægyptum; nunc autem diſpoſuit te Ihova Deus tuus, ut ſis ſicut ſtellæ cœli multitudine.* Ubi iterum clarum eſt, nihil innui aliud, quam eo tempore, cum deſcenderent patres illi in Ægyptum, familiam Jacobi non niſi LXX fuiſſe animarum, quæ tamen in tantam poſtmodum excreverit multitudinem, ut ſtellas Cœli videretur poſſe exæquare. Quod autem deſcenſus in Ægyptum heic toti illi familiæ tribuitur, quæ tamen etiam duos Joſephi filios complectebatur qui in Ægypto erant nati, id rurſum ſynecdochice fit, & ita ut a potiori fiat denominatio. Quia enim reliqui omnes Jacobitæ in Ægyptum deſcenderant, & vero Moſes, dum numerum perſonarum, quæ ad iſthanc familiam tunc temporis pertinuerint, expreſſurus erat, Joſephi filios in Ægypto genitos nolebat prætermittere, hinc cæteris eos connumerat, & ſic de toto cœtu affirmat, quod in Ægyptum deſcenderit. Quod ſi jam ad Mardochæum hæc applicare quis velit, videat quo id ſucceſſu ſit facturus.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

## Caput IIX.

*De libro* BARUCH *agitur.*

I.

PRincipio miror, adeo liberaliter concedere confidenterq; ſcribere Bellarminum, *nec Concilia antiqva, neqve Pontifices, neqve Patres, qvi catalogum librorum ſacrorum texunt, hujus Prophetæ* (Baruch) *diſertis verbis meminiſſe*; ac paulo poſt, *Concilia antiqva & Patres non poſuiſſe Baruch nominatim in canone.* Qvid enim? annon Concilium Laodicenum, dum libros V.T. recenſet canone ultimo, (qui eſt in Codice canonum eccleſiæ univerſæ CLXIII,) diſertis verbis meminit Baruch? annon Athanaſius, canonicorum librorum catalogum texens in fragmento Epiſtolæ ἑορταστικῆς, cujus jam ſupra cap. VII, 6. mentio facta, itidem expreſſe nominat Baruch? annon idem quoque facit, ſub finem Catecheſeos IV τῶν φωτιζομένων, Cyrillus Jeroſolymitanus? Interim quidquid hujus ſit, iſtis non obſtantibus librum Baruch ad canonem haud pertinere, alibi ſatis demonſtratur. Nec, quæ pro canonica ipſi autoritate concilianda affert Bellarminus, ejus ſunt roboris, ut contrarium perſvadere valeant veritatis amanti. *An nulla Concilia antiqua, Patresq; nulli, dum canonem texunt, mentionem injiciant libri Baruch.*

II. Scilicet primo loco Cardinalis urget definitionem Concilii Tridentini, Prophetam Baruch inter ſacros libros numerantis. Sed hujus Synodi autoritate nos quidem teneri nolle ſatis conſtat. Quin ipſe Marcus Antonius de Dominis, doctiſſimus ille Spalatenſium Archiepiſcopus, idemq; Dalmatiæ & Croatiæ Primas, Bellarminum ridet, quando Synodi Tridentinæ decretum *Concilii Tridentini autoritas apud Proteſtâtes nulla. De eo judicium M. A. de Dominis.*

cretum in hac materia urget. Sic nimirum ſcribit lib. VII de Republ. eccleſ. cap. I, 28. *Proteſtantes cœperant apertioribus oculis ſacra eloqvia perluſtrare, & vere canonicas Scripturas à non canonicis ſeparare. Quid Patres Tridentini? Suas non poterant nænias ex ſacra Scriptura vere canonica probare, ideoq; noluerunt permittere, ut ſibi aliæ Scripturæ etiam non canonicæ eriperentur, qvo ſuas qvalescunqve haberent pharetras, unde ſpicula deſumerent: ac præterea, ne viderentur re in aliqva Proteſtantibus cedere aut conſentire, maluerunt etiam falſa tueri & definire. Erravit igitur graviſſime Concilium, dum apocryphas, & ex parte fabuloſas, pro ſacroſanctis nobis obtrudit Scripturis. Jam vero qvi Concilium tueri volunt, neceſſe eſt ut manifeſtos errores tueantur.* Et interjectis nonnullis: *Mens ipſorum* (Tridentinorum Patrum) *fuit, non veritatem inqvirere, ſed errores Romanæ curiæ ſtabilire, ac Proteſtantibus in omnibus refragari, etiam ubi illi apertiſſimam docerent veritatem.*

*Bell quo fine ad Concilii Tridentini definitiones provocet.*

III. Nec exiſtimo ſane, adeo ineptum fuiſſe Bellarminum, ut Concilii Tridentini autoritatem ad Proteſtantes convincendos heic urgere voluerit. Quin ipſa ejus verba aliud inſinuant, dum videlicet ait: *NOBIS* (Pontificiis) *perſvadet Eccleſiæ Catholicæ autoritas*, (librum Baruch eſſe canonicum,) *quæ in Concilio Tridentino, ſeſſ. 4. Prophetam Baruch inter ſacros libros numerat.* Tum quoque alibi non ſemel Cardinalis innuit, quando decreta Tridentinæ Synodi inculcat, ſe id non facere Proteſtantium cauſa, ſed propter ſuæ fidei aſſeclas. Sic capite VII, ubi pro additamentorum libri Eſther autoritate diſputaverat; *accedit poſtremo*, ſubjungit, *decretum Tridentini Concilii. Cujus Concilii autoritas quamvis apud hæreticos* (ita ab hæreticis Papiſtis Proteſtantes nuncupari conſtat) *nulla*

*nulla ſit, apud Sixtum tamen* (qui ſcilicet adjectiones illas canonicæ Scripturæ partem eſſe negat) *cæterosq; Catholicos, maxima atque antiquiſſima eſt.* Eodem modo capite IX, agens de appendicibus Danielis: *Certum eſt*, ait, *has omnes partes Danielis verè eſſe canonicas. Quod probatur ex Concilio Tridentino & uſu Eccleſiæ*, Papiſticæ ſcilicet. *Quod argumentum apud Driedonem* (qui nempe additamenta iſthæc rejicit) *ceterosq; Catholicos magnam vim habere debet.*

IV. Atque hæc monere volui propter Vitum Erbermannum; qui, ubi animadvertit, rationes, quas pro librorum nos inter ac Pontificios controverſorum canonica autoritate ſtabilienda affert Bellarminus, non eſſe ejus roboris, ut per illas propoſitum ſatis poſſit obtineri, prætendit, Cardinalem aliud principale fundamentum heic non urgere præter publicum totius eccleſiæ judicium, hoc eſt, ut ipſe ſe explicat, Tridentini Concilii decretum. Verba ejus hæc ſunt: *Doctrina Bellarmini in hac controverſia eſt perſpicuè tradita in decreto Synodi Tridentinæ omnibus noto: nec ille aliud principale fundamentum, præter publicum totius Eccleſiæ judicium, urget. Unde ſi quid Ameſius hìc enervare voluiſſet, unicè authoritatem Eccleſiæ, infallibilem in definitionibus, labefactare debuiſſet. Nam argumenta, quæ Eccleſiam ad ſtatuendum divinorum librorum canonem (uti & alia quævis dogmata controverſa) impulerunt, non eſt neceſſe ut ſingula per ſe ſint apodictica & irrefragabilia, cùm alioqui non opus foret Eccleſiæ ſententiâ definitivâ.* Sed non vidit Erbermannus, ſe, dum hoc pacto excuſare vult Bellarminum, & ſuum ipſius & ſui Bellarmini judicium ac eruditionem in manifeſtum diſcrimen adducere. Profecto enim ſtolidiſſimus mortalium fuiſſet Bellarminus, ſi, canonicam librorum controverſorum autori-

*Erbermanni paradoxa.*

*c. 2. p. 33.*

*Reſponſio.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

autoritatem evicturus adverſus Proteſtantes, aliud ſuæ diſputationi ac probationi fundamentum noluiſſet ſubſternere, quam decretum Concilii Tridentini. Quia enim illud abs nobis pro abſurdiſſimo haberi noverat, annon decumanam admiſſurus fuiſſet craſſiſſimamq; petitionem ejus quod in principio, ſi adverſum nos id urgere voluiſſet? Nec minus ineptum diſputatorem egiſſet Ameſius, ſi (quod ipſi incubuiſſe ait Erbermannus, ſi quid heic enervare voluiſſet) in præſenti de libris apocryphis contra Bellarminum inſtituta diſputatione *unice authoritatem Eccleſiæ* Pontificiæ, *infallibilem in definitionibus, labefactare* voluiſſet: cum id non hujus loci eſſe, ſed ad peculiarem de Eccleſia controverſiam pertinere, quivis ſanæ mentis intelligat. Certe ſi ab Erbermanno præſcriptæ diſputandi methodo inſiſtendum, ima miſcenda forent ſummis, & ſumma imis. At revertamur in viam.

*Argumentum Bell. a citatione Patrum.*

v. Provocat porro Bellarminus ad quoſdam antiquos Patres, qui librum Baruch citent, etiam cum elogio *divinæ Scripturæ*. Verum quid ad hanc rationem veniat reſpondendum, ex præcedenti capite VII, 6. abunde liquet; quo proinde benignum lectorem remittimus, ne actum agere videamur.

*Gretſeri exceptio. col. 151.*

*Reſponſio.*

VI. Sed excipit Gretſerus, Patres diſerte citare librum iſtum tanquam Scripturam *a Spiritu ſancto ſuggeſtam ac dictatam*. Verum nec hæc objectio multum in receſſu habet. Nam & Athanaſius, v. c. allegans aliqua ex Sirac. XV, 9. *a Spiritu ſancto* ea *dicta* eſſe affirmat, Epiſtola encyclica ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ, ſive diſp. I contra Arianos; & nihilominus in Synopſi ſua expreſſe Siracidem inter libros ἀκανονίστους collocat. Ac Epiphanius

nius, hær. xxvi, citans quædam ex Sap. iii, 13. itidem a Spiritu ſancto illa dicta eſſe ſubdit. Sic quoque de Origene jam ſupra cap. vii, 8. monuimus, quod Paſtorem Hermæ *Scripturam divinitus inſpiratam* appellet; quem tamen librum apocryphum eſſe ipſimet Pontificii profitentur. Et de vii Synodo obſervat Bellarminus lib. ii de Conciliis cap. xii, quod Act. iii decreta Conciliorum *divinitus inſpiratas conſtitutiones* vocet; quæ tamen nec ipſe, nec Synodus illa, Scripturæ canonicæ partem eſſe credit.

*Aliud Bell. argumentum.*

vii. Amplius urget Cardinalis, quod veteres paſſim allegent librum Baruch ſub nomine Jeremiæ. Sed ne ſic quidem aliquid efficit. Etenim & Hilarius, v. g. Enarrat. Pſ. cxxvii, producens quædam ex Sap. viii, 2. 9. bis Salomonis nomine illum librum citat; & Enarr. Pſ. cxiix, ex ejusdem libri capite xvii, 1. aliquid allegat ſub titulo Prophetæ: cum tamen, prologo in explanationem Pſalmorum, librum extra canonem ponat. Sic quoque Epiphanius in Ancorato citans nonnulla ex Sap. iix, 2. & hær. lxiv quædam ex ejusdem capite i, 4. 13. rurſumq; ex capite iii, 1. 4. ſeqq. hær. lxvii aliqua ex capite iv, 8. ſeqq. hær. li ex capite vii, 2. Salomoni ea tribuit: cum tamen, quando canonicorum librorum catalogum proponit, nullam omnino libri Sapientiæ faciat mentionem. Et quid? ipſe Hieronymus, qui toties & tam aperte, tum hunc ipſum librum Sapientiæ, tum Eccleſiaſticum, a canone reſecat, nihilominus utrumque Salomonis titulo allegat; illum quidem Epiſt. xiii ad Paulinum, cap. iii, proferens aliquid ex ejus capite iv, 9. hunc vero, ad Eccleſiaſtæ caput x, citans verba quæ leguntur cap. xxvii, 29. item ad caput xxxiii Ezechielis,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Quare liber Sapientiæ & Eccleſiaſticus interdum ab antiquis citentur Salomonis nomine.*

chielis, ubi aliqua adducit ex cap. xx, 32. Quemadmodum ergo Hilarius & Hieronymus jamjam memoratos libros nomine Salomonis citant, tantum quia illis temporibus *conſuetudo obtinuerat, ut propter eloquii nonnullam ſimilitudinem Salomonis dicerentur, licet non eſſe ipſius non dubitarent doctiores;* ceu docet Auguſtinus lib. XVII de Civ. DEI cap. XX, item in Speculo, & lib. II de doctrina Chriſtiana cap. IIX, de cura pro mortuis cap. XV; quique eum heic imitatus eſt & exſcripſit, Iſidorus lib. VI Originum cap. II, proœmio de libris Veteris & Novi Teſtamenti, lib. I de officiis eccleſiaſticis cap. XII: ita quoque Patres, ad quos provocat Bellarminus, librum Baruch nomine Jeremiæ allegant, non quod ideo eum, ut Prophetiam Jeremiæ, canonicum ſtatuant, ſed quoniam abs Jeremiæ diſcipulo & Notario liber ille ſcriptus credebatur. Confer infra cap. XIII, 9. XIV, 1.

*Bellarmini oſcitantia.*

IIX. Atque ſic apparet, nihil efficere illas rationes, quas pro ſtabilienda libri Baruch autoritate canonica affert & urget Bellarminus. Quo magis mirandum, quod nihilominus ille præſens caput ita concludat: *Ut nulla fuit unquam apud veteres controverſia de libro Hieremiæ, ita quoque cenſendum eſt de libro Baruch nullam apud eos controverſiam extitiſſe.* Quî vero nulla fuerit unquam de libro Baruch apud veteres controverſia? annon ipſe Bellarminus ſtatim ſub initium capitis ait: *de libro Baruch controverſia* FUIT *& eſt?* Quo ipſo haud dubie nihil aliud vult, nec poteſt velle, quam non hodie tantum de hoc libro controverti, ſed & apud veteres jam tum fuiſſe controverſum. Et dic, obſecro, cum Hebræi nunquam in ſuo canone habuerint librum Baruch, ſed illum conſtanter rejecerint, & vero Bellarminus infra capite XX

con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

conceptis verbis profiteatur, multos veterum in canone V. T. exponendo aperte ſequutos fuiſſe Hebræos, quo pacto aſſerere poteſt, NULLAM fuiſſe UNQUAM apud veteres de libro Baruch controverſiam? Sane ſi vel maxime omnes illi, qui ſæpius memoratum iſthunc librum ſub Jeremiæ nomine citant, pro Scripturæ canonicæ parte ipſum habuiſſent, nondum tamen dicere liceret, nullam fuiſſe unquam apud veteres de eo controverſiam: minimum enim contradixiſſent ex veteribus Melito, Epiphanius, Hilarius, Hieronymus, Ruffinus, quos in canone exponendo Teſtamenti veteris aperte ſeqvuutos eſſe Hebræos, totidem verbis, uti dixi, Bellarminus fatetur. Eqvidem Gretſerus heic: *Bellarminus*, inqvit, *non intelligit quoscunque veteres, quando ait, cenſendum eſſe, apud veteres nullam de libro Baruch fuiſſe controverſiam; ſed illos veteres, qui opinati ſunt librum Baruch eſſe partem Hieremiæ; nam apud hos, ut de Hieremia, ſic & de Baruch nulla potuit eſſe controverſia.* Verum quod abſolute loquatur Bellarminus, & hæc Gretſeriana interpretatio non ſit niſi violenta verborum ejus detorſio, videt, opinor, qui non prorſus nihil videt. Verius dixiſſet, ex incogitantia Cardinalem ſic ſcripſiſſe, vel ſaltem incommodius fuiſſe locutum quam reapſe ſenſerit.

*Gretſeri exceptio. col. 156.*

*Reſponſio.*

## CAP. IX.

### *De additamentis libri Danielis.*

I.

ADditamenta Danielis veras canonicæ Scripturæ partes eſſe, Bellarminus oſtendere conatur primũ inde, quod non ſolum hoc tempore palam in eccleſia Romana legantur, ſed etiam, Ruffino teſte, lecta fuerint

*Primum Bell. argumentum.*

rint in eccleſia ante annos cIↄ cc. Quam rationem & alias non ſemel in ſimili materia urget. Sed revera hoc argumenrum nullius eſt ponderis. Lecta enim olim in eccleſia fuiſſe ſcripta, ipſorummet Pontificiorum confeſſione non canonica, conſtat exemplo Epiſtolæ Clementis Romani ad Corinthios perſcriptæ, quam ſua ætate publice in eccleſia fuiſſe recitatam teſtantur Euſebius & Dionyſius; ille lib. III Hiſt. eccl. cap. XVI; hic apud eundem Euſebium lib. IV, cap. XXIII. Sic item inter libros non-canonicos, quos in eccleſia prælegi ſcribit Athanaſius in fragmento XXXIX Epiſtolæ ἑορταστικῆς, numerantur διδαχὴ καλουμένη τῶν Ἀποστόλων, *doctrina quæ vocatur Apoſtolorum*, (num forte innuuntur Canones Apoſtolici?) & ὁ Ποιμὴν, *Paſtor*; celebris videlicet ille apud antiquos liber Hermæ, cujus jam ſupra meminimus capite VII, 6. Sic quoque Patres Concilii Carthaginenſis III, cap. XLVII: *Liceat*, ajunt, *legi in eccleſia paſſiones martyrum, cum anniverſarii dies eorum celebrantur.* Quod etiam in praxi ita fuiſſe obſervatum, nemo, niſi qui plane hoſpes in antiquitate ſacra, ignorat. Et qvid? annon ipſe Benedictus Pererius, Jeſuita nominatiſſimus, fatetur, hodie etiamnum in eccleſia Romana legi, ac publice uſurpari, quæ nequaquam ſunt in canone Scripturarum? Loquens enim de libro IV Eſdræ, ipſorummet Pontificiorum judicio apocrypho, Comment. in Danielem lib. XV: *Quid ego*, inquit, *ejus libri Ambroſium, Cyprianum, alioſve Patres, probatores & laudatores memorem; quum ejus libri ſententias aliquot etiam Catholica eccleſia in ſacroſanctæ Miſſæ myſterio, & in publicis ſuis precationibus, uſurpet? ſiquidem per ſingulos annos in feria tertia Pentecoſtes Miſſam orditur ab ea ſententia, quæ in II capite libri quarti Eſdræ legitur: Accipite jucunditatem*

*Lecta olim in eccleſia ſcripta etiam non-canonica.*

*Pererii teſtimonium.*

*gloriæ*

*gloriæ veſtræ, gratias agentes* DEO, *qui vos ad cœleſtia regna vocavit.* *Et ex eodem capite in ſolennitatibus martyrum decantat illud:* *Modo coronantur & accipiunt palmam.* Confer infra cap. XII, 13.

*Secundum Bell. argumentum.*

II. Deinde pro canonica autoritate illarum adjectionum Cardinalis adducit, quod multi veteres illas citent, etiam *Scripturæ divinæ* titulo interdum iis tributo. Sed quid de hoc argumento habendum ſit, ſupra capite VII, 6. & cap. IIX, 6. expoſuimus. Quod vero amplius urget, Auguſtinum, etiam dum in dogmatibus probandis occupatur, ex iſtis adjectionibus teſtimonium producere, id nec ipſum alicujus eſt momenti. Nam & Athanaſius, v. g. Oratione III contra Arianos, in graviſſima diſputatione de æternitate Verbi, probationem petit ex libro III Esdræ, & quidem ex capite ejus IV, 36. (confer quoque heic Auguſtinum lib. XIIX de Civ. DEI, cap. XXXXVI,) & tamen, ipſomet Bellarmino teſte, liber iſte eſt apocryphus. Sicitem Ambroſius, agens de reſurrectione mortuorum, ſupremo judicio, animarumque habitaculo, libro de bono mortis cap. X, provocat ad librum IV Eſdræ, & qvidem ad illa quæ leguntur in ejus capite V, 37, 42, 52, 53, VII, 32, 33. num vero propterea liber ille erit canonicus? Obſervavit hæc quoqve, quem paulo ante citabamus, Jeſuita Pererius, dum, laudato loco, hunc in modum ſcribit: *Nec mirandum accidat lectori, me uſum eſſe ſententiis libri quarti Eſdræ, qui non modo non eſt canonicus, verum etiam ut apocryphus a Patribus rejectus eſt. Equidem ſeqvutus in hoc ſum B. Ambroſium, qvi in illo libro de bono mortis eum ipſum locum Eſdræ, quem nunc memoravi, ſub nomine Eſdræ, & cum magna laude ſententiæ, ad confirmandam fidei noſtræ doctrinam, quæ eſt de reſurrectione mortuorum, adhibuit.*

*Patres, etiam in probandis dogmatibus occupati, teſtimonia ex apocryphis petunt.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Quin idem in Epiſtola vigeſima prima, quam ſcripſit ad Horontianum, ſvadet, librum quartum Eſdræ legendum eſſe, quod in ipſo anima cœleſtis eſſe naturæ demonſtretur, & Philoſophorum nugæ de ipſius ſubſtantia confutentur.* Ipſe etiam Bellarminus infra capite xx diſerte, *Quartus*, inquit, *Eſdræ citatur quidem ab Ambroſio libro de bono mortis, & libro 2. in Lucam, ac in epiſtola 21. ad Horatianum: tamen ſine dubio non eſt canonicus.* Porro Euſebius lib. VI Hiſt. eccl. cap. XIII, agens de Clemente Alexandrino ejusdemq; στρωματέων libris: κέχρηται, inquit, ἐν αὐτοῖς καὶ ταῖς ἀπὸ τῶν ἀντιλεγομένων γραφῶν μαρτυρίαις, *Utitur in illis etiam earum ſcripturarum teſtimoniis, qvibus contradicitur*, ſeu, quæ non admittuntur in eccleſia tanquam canonicæ: producitq; mox inter alia apocrypha exemplorum loco ſcripta Barnabæ & Clementis. Confer & initium ſequentis XIV capitis, ubi inſuper de Apocalypſi Petri. Et quid dicemus de Paſtore Hermæ; quem librum haud eſſe canonicum, & agnoſcit Bellarminus, & cum eo agnoſcunt omnes? annon vetuſtisſimus ille Epiſcopus & ſanctiſſimus martyr Irenæus, quando de creatione hujus univerſi & uno omnium conditore Deo disputat, variisq; ſacrarum literarum dictis orthodoxam ſententiam firmat, lib. IV, cap. XXXVII; annon, inquam, tunc inter media illa ſacri codicis teſtimonia etiam ex jamjam memorato illo Paſtore, & qvidem ſub *Scripturæ* titulo citato, teſtimonium petit, his verbis: *Bene Scriptura dicit: Primo omnium crede, qvoniam unus eſt Deus, qvi omnia conſtituit & conſummavit, & fecit ex eo qvod non erat ut esſent omnia, omnium capax, & qui à nemine capiatur?* Refer deniq; huc, quod Epiſcopi Catholici, diſputantes in Nicena Synodo contra Philoſophum Arianum de æterna

filii

filii Dei eſſentia, cum dixiſſent, ſe probaturos eſſe τὰ ἐκ τῆς γραφῆς, *quæ in Scriptura habeantur*, mox teſtimonium afferant ex libro aſſumptionis & ſermonum myſticorum Moſis. Vide Gelaſii Cyziceni Commentarium actorum Concilii Niceni parte II, cap. XIIX. Scilicet in more poſitum eſt Patribus, omnis generis arma contra hæreticos & infideles adhibere; idq; exemplo Apoſtoli Pauli, qui, cum Athenienſibus agens, etiam Arati, Poetæ gentilis, teſtimonium, ac inſcriptionem aræ *ignoto Deo* ſacræ, arripit ad fidem veritati faciendam, Act. XVII, 20, 23. Bene in hanc rem Auguſtinus lib. XIII contra Fauſtum Manichæum cap. XV: *Sibyllæ*, inquit, *& Orpheus, & neſcio quis Hermes, & ſi qui alii Vates, vel Theologi, vel Sapientes, vel Philoſophi gentium, de filio Dei, aut de Patre Deo, vera prædixiſſe ſeu dixiſſe perhibentur, valet quidem aliquid ad paganorum vanitatem revincendam, NON TAMEN AD ISTORUM AUTORITATEM AMPLECTENDAM.* Confer eundem lib. XIIX de Civ. Dei cap. XLVII; & adde Irenæum lib. IV, cap. XIV, Euſebium lib. VI Hiſt. eccl. cap XIII, Theodoretum Dialogo III, nec non Nicolaum I Papam in Epiſtola ad Michaëlem Imperatorem, Thomam parte I, quæſt. I, art. IIX. Sed his pluribus immorari nihil attinet. Interim junge iis, quæ monemus etiam infra capite XIII, 2.

*Argumentum Bell. ab Origenis autoritate ſumptum.*

III. Porro ad Origenis autoritatem provocat Bellarminus: *Origenes*, inquiens, *ſtudioſe defendit has partes Danielis, & præcipuè Suſannæ hiſtoriam canonicam Scripturam eſſe contendit; tum hom. I. in Levit. tum in epiſtola ad Julium Africanum.* Sed quantum ad priorem locum attinet, quem nunc ſub Origenis, nunc ſub Cyrilli Alexandrini nomine circumferri

*Reſponſio ad priorem locum.*

deſumptus is eſt ex Homiliis in Leviticum, quem nunc ſub

 ferri

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ferri notum eſt; ut proinde de illarum genuino autore non ſatis conſtet. Ac dubitat ſane ipſe Bellarminus lib. IV de verbo Dei cap. XII, ſintne Origenis, num vero alterius ſcriptoris: addit qvoqve ibidem diſerte, *homilias illas non eſſe magnæ auctoritatis.* Qvod ſi ita eſt, parum refert, qvid in iis de additamentis Danielis habeatur. Qvanqvam interim falſum ſit, quod autor earum contendat, Suſannæ hiſtoriam CANONICAM Scripturam eſſe. Non ſane utitur voce *canonicæ* ſcripturæ, ſed *divinis voluminibus* hiſtoriam iſthanc annumerat: quo titulo etiam apocryphos libros non raro a veteribus ornari, patuit ſupra capite VII, 6. cap. IIX, 6.

*Reſponſio ad locum poſteriorem. Africanus nobis heic ὁμόψηφος.*

IV. Quod vero deinde Epiſtolam Origenis ad Africanum attinet, neſcio, dum ejus mentionem facit Bellarminus, annon cauſæ ſuæ plus obſit quam proſit. Africanum certe in eccleſia priſca non exiguæ fuiſſe autoritatis virum, ex Euſebii lib. I Hiſt. eccl. capite VI, & aliunde etiam, novimus; fuiſſe item Origene ſeniorem, inde colligere licet, quod, dum ad ipſum ſcribit, *filium* eum appellat. Hic itaque Africanus, in ſua ad Origenem epiſtola, mirari ſe ait, provocaſſe ipſum in quadam diſputatione ad hiſtoriam Suſannæ, nec perſpectum habuiſſe, *hanc libri* Danielis *partem eſſe adulterinam.* Quanquam enim, inquit, *hæc pars eſt alioqui ſcriptum elegans & lepidum, novum* tamen *& confictum oſtenditur, & multis modis convincitur.* Cui aſſertioni ſuæ fidem facturus, inprimis urget, quod illa hiſtoria non habeatur in volumine Hebraico, quodq; elegans illa paronomaſia, ἀπὸ τοῦ σχίνου & σχίσει, πρίνου & πρίσει, petita, non Hebraice, ſed Græce eam fuiſſe ſcriptam arguat. Ita, inquam, de Suſannæ hiſtoria ſentit antiquiſſimus ille idemq; celeberrimus



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

rimus ſcriptor Africanus: quem proinde pro noſtra ſententia heic merito allegamus; imo cujus autoritatem jure poſſemus opponere autoritati Origenis, ſi quidem is nobis heic adverſaretur. Quod tamen quomodo fiat, nondum me ſatis videre fateor. Etenim nihil aliud in illa ſua epiſtola agit Origenes, quam ut evincat, hiſtoriam Suſannæ non ſtatim eſſe rejiciendam tanquam adulterinam & confictam, quod non inveniatur in codice Hebraico, cum alioqui pari ratione multa alia cogeremur repudiare, quæ tamen in eccleſia legantur, licet non niſi in Græcis compareant voluminibus. Unice ergo eo tendit Origenes, ut hiſtoriam de Suſanna veram eſſe & non confictam oſtendat. Id quod agnoſcit ipſe Bellarminus, libro de Scriptoribus eccl. ad ann. CCXXII, dum ait: *Extat hoc tempore ſolum* (ex ſcriptis Africani) *Epiſtola ad Origenem de hiſtoria Suſannæ, quam* FABULOSAM *eſſe contendit: cui reſpondit Origenes,* VERAM *illam eſſe demonſtrans.* Hæc autem contra nos, qui hiſtoriam de Suſanna cæteraq; additamenta canonicæ Scripturæ partem eſſe inficiamur, nihil pugnant: nec enim quod fabula non eſt aut figmentum, ſed vera hiſtoria, quodve e Scripturæ libro non eſt abolendum, ſed recte in eccleſia legitur & retinetur, id *canonicum* ſtatim eſt.

V. *Imo*, inqvit Gretſerus, *Origenes in libris canonicis antiqui teſtamenti agnoſcendis & acceptandis ejus fuit animi, ut non canonem Hebræorum, ſed editionem ſeptuaginta interpretum, normam ſtatuerit. Quod clarum ex his verbis Euſeb. Cæſar. lib. 6. hiſt. Eccleſ. cap. 23. Epiſtola fertur Africani, viri in ſcripturis Eccleſiaſticis nobilis, ad Origenem ſcripta, objicientis ei vel proponentis, quod hiſtoria Suſannæ, quæ in Daniele ſcripta eſt, ficta videatur, & aliena à ſcriptura Prophetica.*

Gretſeri ratio. col. 169.

 Cui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Cui Origenes magnificentisſimè reſcribens asſerit, nequaquam Judæorum commentis & fraudibus auſcultandum, ſed hoc ſolùm pro vero habendum in ſcripturis divinis, quod ſeptuaginta interpretes transtulisſent: nam id eſſe ſolum quod autoritate Apoſtolica confirmatum ſit.*

*Reſponſio.* VI. Reſp. fac, ſcripſiſſe hæc talia Euſebium, eaq; noſtræ ſententiæ repugnare, num potius ei fides foret habenda qvam ipſi Origenis epiſtolæ, in qva non ita legitur? At minus ſincere heic agit Gretſerus. Verba enim, qvæ producit, non ſunt Euſebii, ſed Ruffini: quem haud ignorare poterat tanta licentia Evſebii hiſtoriam convertiſſe, ut ſæpe nonnullis additis, nonnullis detractis, opus non leviter immutarit. Euſebii textus ſic habet: ἐπιστολὴ τούτου ὠριγένει γραφεῖσα φέρεται, ἀποροῦντος ὡς ἂν νόθου καὶ πεπλασμένης οὔσης τῆς ἐν τῷ Δανιὴλ κατὰ Σωσάνναν ἱστορίας. πρὸς ἣν ὠριγένης ἀντιγράφει πληρέστατα, *Epiſtola hujus* (Africani) *ad Origenem ſcripta extat, dubitantis, annon notha & ficta ſit illa apud Danielem Suſannæ hiſtoria. Ad quem Origenes reſcripſit plenisſime.* Ubi heic dicitur, asſeruisſe Origenem, *hoc ſolum pro vero habendum in ſcripturis divinis, qvod* LXX. *interpretes transtuliſſent: nam id eſſe ſolum qvod autoritate Apoſtolica confirmatum ſit?*

VII. Deinde, ſi vel maxime ad eum modum ſcripſisſet Origenes, annon Pontificiorum cauſæ obfuturum id esſet potius quam profuturum, conſiderandum propono. Quod ſi enim hoc ſolum pro vero habendum in Scripturis divinis, quod LXX transtulerunt, utiq; adjectiones Danielis pro veris agnoſci nequeunt: eas ſiquidem non habet translatio τῶν LXX, imo, quia ex Hebræo textu, in qvo additamenta illa haud reperiuntur, expresſa eſt, ne qvidem habere poteſt; ſed deſumptæ

*Additamenta Danielis non translata ſunt a 70 Interpretibus.*

ptæ ſunt ex editione Theodotionis; ceu teſtatur autor verſionis Latinæ vulgatæ, dum in fine capitis XII, (quod in codice Hebraico eſt ultimum) Prophetæ Danielis: *Hucusq;*, inqvit, *Danielem in Hebræo volumine legimus. Qvæ ſeqvuntur usq; ad finem libri* (ſeqvuntur autem additamenta illa, de qvibus nunc controvertimus,) *de Theodotionis editione translata ſunt.* Qvæ ipſa verba etiam habentur ſub finem Commentarii in Danielem Hieronymi, cui vulgata iſthæc verſio tribui ſolet. Confer qvoq; ejusdem Hieronymi Comment. in Jerem. I, II. ubi citans qvippiam ex hiſtoria Suſannæ ſanctus Doctor, *in Daniele JUXTA THEODOTIONEM ſcriptum* id eſſe ait. Unde & Sixtus Senenſis, autor apud Pontificios ſatis celebris, libro I Bibliothecæ ſanctæ: *Supplementum libri Danielis, quod in Hebræo non habetur, ex Græca Theodotionis editione ab Hieronymo transſcriptum eſt.* Niſi me omnia fallunt, etiam huc reſpicit Hieronymus, qvando, de additamentis iſtis agens, in præfatione Commentarii in Danielem, tam ſolicite lectorem admonet, *Danielem non juxta* LXX *interpretes, ſed juxta Theodotionem, eccleſias legere.* Vult, inqvam, innuere, adjectiones illas non haberi qvidem apud LXX, extare tamen apud Theodotionem, & proinde etiam legi in Eccleſia, qvippe qvæ non utatur translatione Danielis quæ LXX habet autores, ſed quæ Theodotionem. Inprimis vero huc facit, quod idem Hieronymus, excuſaturus ſe, quod ſæpius memorata additamenta ipſi Danielis textui adjunxerit, provocet (non ad translationem LXXviralem, ſed) ad editiones Aqvilæ, Theodotionis ac Symmachi, in qvibus additamenta iſta legantur. *Ignoſcant invidi labori meo*, ait, *qvi volui habere noſtros, qvod Græci in Aqvilæ & Theo-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*& Theodotionis ac Symmachi editionibus lectitant.* Sane ſi etiam apud LXX extitiſſent illæ additiones, ad eos quoque haud dubie provocaſſet Hieronymus. Sed ad Origenem redeamus.

*Origenem non habuiſſe additamenta Dan. pro Scripturæ canonicæ parte, ex Hieronymo oſtenditur.*

IIX. Ille qvod additamenta Danielis pro canonicæ Scripturæ parte non habuerit, id vero nimis perſpicue docet Hieronymus præfatione Commentarii in Danielem, qvando ita ſcribit: *Noſſe debemus inter cætera, Porphyrium de Danielis libro nobis objicere, idcirco illum apparere confictum, nec haberi apud Hebræos, ſed Græci ſermonis eſſe commentum, qvia in Suſannæ fabula contineatur (dicente Daniele ad presbyteros)* ἀπὸ τοῦ σχίνου, σχίσαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πρίνου, πρίσαι, *qvam etymologiam magis Græco ſermoni convenire qvam Hebræo. Cui & Euſebius & Apollinaris pari ſententia reſponderunt, Suſannæ Belisq; ac draconis fabulas non contineri in Hebraico. Unde & nos ante annos plurimos cum verteremus Danielem, has verſiones obelo prænotavimus; ſignificantes, eas in Hebraico non haberi. Et miror, qvosdam* μεμψιμοίρους *indignari mihi, qvaſi ego decurtaverim librum, cum & ORIGENES, & Euſebius, & Apollinaris, aliiq; eccleſiaſtici viri & doctores Græciæ, has, ut dixi, viſiones non haberi apud Hebræos fateantur: nec ſe debere reſpondere Porphyrio pro his, qvæ nullam Scripturæ ſanctæ autoritatem præbeant.*

*Gretſeri exceptio.*

IX. Qvibus verbis licet adeo aperte aſſerat Hieronymus, Origenem additamenta Danielis pro Scripturæ canonicæ parte haud habuiſſe, ut non potuerit apertius, nihilo tamen ſecius nodum in ſcirpo qværit Gretſerus. Cum enim ad locum iſtum provocaſſet Whitakerus, ille e veſtigio: *At Witackerus,* inqvit, *ad verba illa:* apud Hebræos; *animum advertere debebat: nam ut fatebantur* (Origenes, Euſebius, Apollinaris,) *hæc* apud

*col. 169.*

Hebræos

Hebræos *non haberi; ita fatebantur eadem nullam ſcripturæ auctoritatem habere, ſed* apud Hebræos. *Nam qvod hiſtoria Suſannæ & alia, de qvibus controverſamur, ſcripturæ auctoritem apud Chriſtianos obtinuerint, non neſcivit Origenes.* Conatur itaq; lectori perſvadere Gretſerus, Origenem, qvum fateretur, adjectiones Danielis apud Hebræos non haberi, nec pro iis ſibi Porphyrio reſpondendum eſſe qvæ nullam Scripturæ ſanctæ autoritatem præbeant, id tantum voluiſſe, APUD HEBRÆOS eas in canonem non recipi.

x. Verum enim vero, qvam vanum ſit hoc Gretſeri effugium, invicto hoc oſtendimus argumento: *Reſponſio.*

Qvæ ita nullam Scripturæ ſanctæ auctoritatem præbere dixit Origenes, ut pro eis ſe Porphyrio ethnico debere reſpondere negarit, illa, ipſius judicio, non tantum apud Hebræos, ſed etiam apud Chriſtianos, in canone non erant;

Atqui additamenta Danielis eo modo nullam Scripturæ ſanctæ auctoritatem præbere dixit Origenes;

Ergo, ipſius judicio, additamenta iſthæc non tantum apud Hebræos, ſed etiam apud Chriſtianos, in canone non erant.

Minor eſt apud Hieronymum. Majori nihil evidentius. Quod ſi enim apud Chriſtianos in canone fuiſſe illas additiones crediſiſſet Origenes, qui dicere potuiſſet, obſecro, ſe non debere pro iis reſpondere homini pagano? Certe quæ ad Scripturam canonicam pertinent, adverſus quosvis ἀντιλέγοντας defendere tenetur Chriſtianus, quidquid etiam de illis videatur Judæis. Sic ſi qvis cauſaretur, ſe non debere pro Epiſtolis Paulinis (qvas ut canonicas univerſus



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Chriſtianorum cœtus veneratur) reſpondere homini ethnico, quod illæ nullam Scripturæ ſanctæ autoritatem habeant apud Hebræos ſive Judæos, annon omnium ſe expoſiturus eſſet ludibrio? At vero, ſi Gretſero credimus, non aliter ſe geſſerunt Origenes, Euſebius & Apollinaris. Exiſtimarunt videlicet priſci illi doctores, non debere ſe pro additamentis Danielis, utut in Eccleſia canonicam illa autoritatem obtinerent, reſpondere Porphyrio, quia nullam Scripturæ ſanctæ autoritatem præbeant apud Hebræos. Quid abſurdius? Sed ad alia pergimus.

*Argumentum Bell. ab autoritate Athanaſii.*

XI. Quærit nimirum amplius cauſæ ſuæ præſidium Bellarminus in Synopſi Athanaſii. *Beatus*, inquit, *Athanaſius in ſynopſi, ubi ad Danielem pervenit, & argumentum totius libri breviter explicat, diſertis verbis meminit Suſannæ, hymni trium puerorum, & draconis interfecti: & apertè indicat, hæc omnia ad corpus divinæ ſcripturæ pertinere.* Ubi qvidem non negamus, Athanaſium, dum ſummam Danielis exponit, hymni trium puerorum & Beli ac deſtructi draconis meminiſſe; aſſerere item, qvod *Daniel cauſam Suſannæ judicaverit, & ſeniores tanqvam ſycophantas condemnaverit.* Interim tamen monemus, eundem Athanaſium ſub finem Synopſeos hiſtoriam Suſannæ aperte referre inter τὰ μὴ κανονιζόμενα (uti non ſemel in opuſculo illo vocat) & ἀντιλεγόμενα, ac libro Sapientiæ, Siracidæ, Judith, Tobiæ, quatuor item libris Maccabæorum, aliisque ejusdem commatis non canonicis annumerare. Verba ſic habent: *De his qvi ex veteri inſtrumento ſunt, qvibus contradicitur, jam antea diximus, ut ſunt Sapientia Salomonis, Sapientia Jeſu Sirach, Eſther, Judith & Tobias. Iſtis etiam connumerantur Machabæorum*

libri

*libri quatuor Ptolemaici, Pſalmi & Cantica Salomonis*, SUSANNÆ HISTORIA. *Hi ex veteri Teſtamento ſunt quibus contradicitur.*

XII. Tandem ſic ratiocinatur Bellarminus: *Credibile eſt, Concilia vetera, ut Laodicenum, & Carthaginenſe III. & priſcos Patres, qui Græca editione utebantur, cum Danielem in numerum ſanctarum ſcripturarum retulerunt, de eo libro eſſe loqvutos, qvi in Græcis vulgatis codicibus habebatur. In Græcis autem vulgatis codicibus iſtæ omnes partes ſine dubio habebantur.* Quod argumentum prorſus idem eſt cum eo quod ſupra capite VII pro aſtruenda appendicis libri Eſther autoritate afferebat Cardinalis. Unde nec nos de nova heic reſponſione ſumus ſoliciti, ſed ad ea, quæ ſupra cap. VII, 4. 5. in hanc rem dicta ſunt, benevolum lectorem amandamus. Unum tamẽ iis, quæ ibi allata ſunt, hoc loco addimus: nempe, quantumvis codex Græcus vulgatus, qui priſcorum Conciliorum ac Patrum tempore in uſu fuit, præter ea, quæ in textu Hebræo habentur, continuerit inſuper additamenta Eſtheræ & Danielis, ſatis tamen conſtare potuiſſe, ad canonem illa non pertinere, quod videlicet perpetuo aſteriſco, vel obelo etiam, a textu canonico diſtingverentur; uti nominatim de adjectionibus Danielis clare id docet Hieronymus, præfatione Commentarii in eundem Prophetam. *Et nos*, inqviens, *ante annos plurimos cum verteremus Danielem, has viſiones obelo prænotavimus, ſignificantes, eas in Hebraico non haberi. Sed & Origenes de Theodotionis opere in editione vulgata aſteriſcos poſuit, docens, defuiſſe qvæ addita ſunt; & rurſus quosdam verſus obelis prænotavit, ſuperflua quæque deſignans.* Sic Hieronymus: qui ſtatim ſubjicit, omnes Chriſti eccleſias, tam Græcorum quam Latinorum, Syrorumq; &

*Aliud Bell. argumentũ.*

Ægyptiorum, hanc ſub aſteriſcis & obelis editionem legere. Et tantum de argumentis, quibus probare voluit Bellarminus, additamenta Danielis eſſe partem Scripturæ canonicæ. Nunc ea, quæ ad rationes in contrarium afferri ſolitas ille reſpondere conatur, nobis erunt expendenda.

*Bell. reſponſio ad 1. Proteſtantium arg.*

XIII. Itaque primo objici ait Hieronymi ſententiam; *qvi cum in præfatione Danielis à ſe in Latinum converſi, tum in præfa. commen. in Danielem, ſatis indicat, iſta capita non eſſe alicujus auctoritatis.* Putat autem hoc argumentum ſolvi ab ipſo Hieronymo, ut qui Apologia II contra Ruffinum dicat, *ſe non, qvid ſentiret, explicuiſſe in prologis illis, ſed qvid Judæi dicerent, indicaſſe.*

*Examen.*

XIV. Verum enim vero, quid in præfatione Commentarii in Danielem de adjectionibus iſtis Hieronymus ſtatuat, & annon ab Eccleſiæ canone manifeſto eas ſemoveat, ex iis, quæ paulo ante, num VIII, inde nos produximus, obſcurum eſſe neqvit. Profitetur nimirum ibi ſanctus Pater, ſe de his additamentis idem ſentire, quod ſenſerint jam olim Origenes, Evſebius, & Apollinaris, aliique eccleſiaſtici viri & doctores Græciæ. Hos vero ita de illis ſenſiſſe ait, quod nullam Scripturæ ſanctæ auctoritatem præbeant, hoc eſt, qvod non tantum a Judæis, ſed etiam a Chriſtianis, extra canonem ponantur: id enim ſibi velle iſta verba, num. X adverſus Gretſerum evidenter demonſtravimus. Relinqvitur proin, & ipſum Hieronymum additiones Danielis, in iſta quidem, quam diximus, præfatione, habere pro non-canonicis.

XV. Porro in præfatione Danielis a ſe in Latinum translati ita ipſius habent verba: Daniel *apud Hebræos nec*

*nec Suſannæ habet hiſtoriam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis draconis fabulas; qvas nos, qvia in toto orbe diſperſæ ſunt, veru antepoſito easq; jugulante ſubjecimus, ne videremur apud imperitos magnam partem voluminis detruncaſſe.* Ubi adverte, primo, quod hiſtoriam Suſannæ, hymnum trium puerorum, & Belis draconis fabulas, veru ſe *jugulaſſe* ſcribat doctisſimus Scripturarum interpres. Qvo ipſo ſane nihil potuit innuere aliud, quam, capita iſta pro genuinis libri Danielis partibus ſe non agnoſcere. Quod ſi enim agnoviſſet, quanta fuiſſet audacia, imo qvanta impietas, veru, eoq; *jugulante*, in ea animadvertere? Nec eſt ut Gretſerus excipiat, veru col. 157. etiam eum fuiſſe uſum, ut lectori indicaret, quid in Hebræis codicibus inveniretur, quid non. Hæc enim eodem recidunt: qvandoqvidem illudipſum, in Hebræo non inveniri, apud Hieronymum, qvum de V. T. Scripturis agitur, nihil aliud eſt, qvam, etiam apud Chriſtianos apocryphum eſſe; ut ex omnibus ejus præfationibus conſtat. Deinde obſerva, qvod dicat Hieronymus, ſe, qvæ in Hebræo non leguntur, ſubjicere tamen voluiſſe libro Danielis, ne videretur apud imperitos magnam partem voluminis detruncaſſe. Certe ſi non niſi judicio *imperitorum* aliquam libri Danielis partem ſe detruncaturum fuiſſe cenſet Hieronymus, ſi hiſtoriam Suſannæ, hymnum trium puerorum, & hiſtoriam Belis omiſiſſet, ſeqvitur, non re ipſa eum aliquid de Daniele detruncare, qui illa omittat. Qvod ſi vero omitti poſſunt iſta capita, ut tamen nihil a libro Danielis reſecetur, nec ille mutiletur, evidens eſt, non eſſe ea partes hujus libri genuinas & canonica autoritate pollentes.

 XVI. Atque

XVI. Atque ex his, opinor, ſatis nunc manifeſtum eſt, Hieronymum omnino in prologis iſtis explicuiſſe, quid de additamentis Danielis ſenſerit ipſe, non vero indicaſſe tantum, quid Judæi dicerent. Cui ulterius firmando etiam id conducit, quod Hieronymus, Epiſt. LXXXIX ad Auguſtinum, ad ſuas illas præfationes ita lectorem remittit, ut ex iis rectam rationem Scripturas interpretandi petendam dicat. Quod utique non faceret, ſi ex aliena potius quam ſua mente eas conſcripſiſſet. Verba ejus, memorato loco, haud procul a fine, hæc ſunt: *Quod genus interpretationis in Scripturis ſanctis ſequendum ſit, liber, quem ſcripſi de optimo genere interpretandi, & omnes præfatiunculæ divinorum voluminum, quas editioni noſtræ præpoſuimus, explicant: ad illasque prudentem lectorem mittendum puto.*

*Locus Hieronymi ex 2. Apologia contra Ruffinum perpenditur.*

XVII. Sed tempus eſt, ut diſpiciamus, quomodo Hieronymus in II ſua adverſus Ruffinum Apologia fateatur, *ſe non, quid ſentiret ipſe, explicuiſſe in prologis illis, ſed, quid Judæi dicerent, indicaſſe.* Qua de re ut accuratum ferre poſſis judicium, diligenter heic nota, Hieronymum, poſtea quam, præfatione in Danielem abs ſe translatum, attuliſſet, quæ jamjam in conſiderationem vocabamus, immediate ſtatim ſubjungere, audiviſſe ſe quendam de Præceptoribus Judæorum, qui Suſannæ deriſerit Hiſtoriam, & ab aliquo Græco eam dixerit eſſe confictam, riſerit item hymnum trium puerorum, nec non hiſtoriam de dracone ac Bele; & omnia illa argumentis aliquot, quæ ibi recenſentur, impugnaverit; hisque ſic narratis tandem addere, ſe ſuper eare lectoris arbitrio judicium derelinquere. Hæc, inquam, diligenter notanda ſunt, ut quibus recte obſervatis tota res erit liquidiſſi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

diſſima. Cum ergo ea legiſſet Ruffinus, infenſiſſimus Hieronymi tunc temporis inimicus, ita accepit, veluti omnia ea, quæ ex ore Judæi Hieronymus protulerat, ipſe ſuo calculo comprobaret, atque ſic iſtas Danielis additiones, tanquam plane falſas & ineptas fabulas, prorſus ex Eccleſia vellet proſcriptas. Ad hanc proinde accuſationem reſpondet Hieronymus in II ſua contra Ruffinum Apologia, ſe illud, quod nimirum additamenta Danielis adeo inepta & ridicula ſint, ut ne quidem in Eccleſia legi ac proponi debeant, ex ſua ſententia haud propoſuiſſe, ſed tantum indicaſſe, quid de illis adjectionibus Judæi ſentirent, & quid contra nos afferre ſolerent. Sic nimirum loquitur: *Quod refero, quid adverſum Suſannæ hiſtoriam, & hymnum trium puerorum, & Belis draconis fabulas, quæ in volumine Hebraico non habentur, Hebræi ſoleant dicere, qui me criminatur ſtultum, ſe ſycophantam probat. Non enim quid ipſe ſentirem, ſed quid illi contra nos dicere ſolent, explicavi. Quorum opinioni ſi non reſpondi in prologo, brevitati ſtudens, ne non præfationem, ſed librum viderer ſcribere, puto quod ſtatim ſubjecerim. Dixi enim: de quo non eſt hujus temporis diſſerere.* Hæc Hieronymus. Unde manifeſtiſſime patet, primo, non eſſe ei heic ſermonem (uti quidem Bellarminus exiſtimat) de utraque præfatione, tum illa quæ verſioni Danielis Latinæ, tum quæ Commentario in eundem Prophetam præmittitur; ſed ſolummodo de altera. Expreſſe enim in ſingulari loquitur, in PROLOGO, inquiens, non, in PROLOGIS. Patet amplius, de illa præfatione ipſum loqui, quam libro Danielis in Latinum a ſe converſo præfixit. In hac enim, non vero in altera illa, leguntur iſta in Apologia citata verba: *de quo non eſt hujus temporis diſſere-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*differere.* Patet denique, non eſſe Hieronymo ſermonem de hac præfatione tota, ſed de iis tantum, quæ ex cujusdam Magiſtri Hebraici adverſus Danielis adjectiones inſtituta diſputatione annotaverat. Ait quippe, ſe explicaſſe in prologo, non quid ipſe ſentiret, ſed quid Judæi CONTRA NOS dicere ſolerent; & inique eo ſe nomine culpari, quod ibi referat, quid ADVERSUM Suſannæ hiſtoriam, & hymnum trium puerorum, & Belis draconis fabulas, HEBRÆI SOLEANT DICERE. Quibus verbis quid aliud vult, quam nude ſe tantum in præfatione narraſſe, quomodo Judæus ille dixerit, hiſtoriam Suſannæ eſſe a Græco quodam confictam, idq; apparere ex etymologiis in hiſtoria illa occurrentibus; non credibile eſſe, tantum fuiſſe otii tribus pueris, ut in camino æſtuantis incendii metro luderent, & per ordinem ad laudem DEI omnia elementa provocarent; nec eſſe miraculum, divinæque aſpirationis indicium, vel draconem interfectum offa picis, vel Sacerdotum Belis machinas deprehenſas; & hujusmodi alia? Iſta itaq;, ceu dixi, tanquam quæ ab Hebræis contra additamenta Danielis urgentur, in prologo ſuo ſe retuliſſe ait Hieronymus. Præter illa vero ibidem etiam aſſeruerat, Danielem, ſive librum Danielis, apud Hebræos nec Suſannæ hiſtoriam habere, nec hymnum trium puerorum, nec Belis draconis fabulas: aſſeruerat, ſe tamen iſtas fabulas, quæ in toto orbe diſperſæ ſint, veru ante poſito, easque jugulante, libro Danielis ſubjeciſſe: aſſerit denique, ſe id feciſſe ideo, ne videretur apud imperitos magnam partem voluminis detruncaſſe. Atque hæc ipſa ſunt, quæ a nobis contra ſupplementi Danielis autoritatem canonicam urgentur. Vide ſupra num. XV. Num-

XV. Numquid autem de iis loquitur Hieronymus in Apologia contra Ruffinum, quando ait, ſe in prologo explicaſſe, non quid ipſe ſentiret, ſed quid Hebræi contra nos dicere ſolerent? Affirma, ſodes; & affirmandum tibi erit, quod Daniel apud Hebræos nec Suſannæ hiſtoriam habeat, nec hymnum trium puerorum, nec Belis draconis fabulas, id non ex ſua ipſius mente Hieronymum dicere in illa præfatione, ſed ex opinione Judæorum: affirmandum tibi erit, quod Hieronymus iſtas fabulas, veru antepoſito easq; jugulante, libro Danielis ſubjecerit, id non ex ſua mente ipſum dicere, ſed ex opinione Judæorum: affirmandum tibi erit, quod Hieronymus ideo illas fabulas libro Danielis ſubjecerit, ne videretur apud imperitos magnam partem voluminis detruncaſſe, id non ex ſua mente ipſum dicere, ſed ex opinione Judæorum. Et amplius: affirmandum tibi erit, Judæos, antea quam Danielem latinitate abs ſe donatū una cum prologo ederet Hieronymus, contra nos Chriſtianos dixiſſe, Hieronymum iſtas fabulas, quia in toto orbe diſperſæ ſunt, veru antepoſito Danielis libro ſubjeciſſe: affirmandum tibi erit, Judæos tunc, quando nondum vel verſionem Danielis vel prologum publico donaverat Hieronymus, contra nos Chriſtianos dixiſſe, Hieronymum ideo fabulas illas Danieli ſubjeciſſe, ne videretur apud imperitos magnam partem voluminis detruncaſſe: (nam diſerte ait Hieronymus in Apologia, ſe in prologo explicaſſe, *qvid* Hebræi *contra nos dicere ſolerent*;) quæ omnia ſi non ſunt abſurdiſſima, nihil erit abſurdum in toto univerſo.

XIIX. Atque ſic tandem relinquitur, nimium



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

quantum hallucinari Bellarminum, quando omnia, quæ de additamentis Danielis in prologo ſuo, imo in utroq; prologo, Hieronymus affert, ex Judæorum ſententia ipſum dicere exiſtimat, idq; ex ejus Apologia contra Ruffinum oſtendi poſſe credit. Nam, uti patuit, alterius præfationis ne quidem ulla habetur mentio in iſta Apologia; in altera vero fatetur quidem ibidem Hieronymus inveniri quæ non ipſe ſentiat ita ſe habere, ſed a Judæis ſic proferri ſoleant; interim ſatis indicat, quænam illa ſint: quod nimirum additiones Danielis ita ſint ineptæ, ridiculæ & abſurdæ, ut ne legi quidem in eccleſia debeant. Quæ autem præterea in illo prologo habentur, utpote quod ait Hieronymus, ſe jugulaſſe hiſtoriam Suſannæ, Belis, hymnumq; trium puerorum, & ideo tantum libro Danielis illa ſubjeciſſe, ne videretur apud imperitos magnam partem voluminis detruncaſſe, ea ex ſua ipſius mente profert eruditiſſimus ſcriptor. Sed tantum etiam de illo Hieronymi loco: quem eo diligentius expendere voluimus, qvo promptius ad illum provocare ſolent Pontificii. Qvorum ſane nonnulli eo progrediuntur audaciæ, ut ex iſto loco oſtendere conentur, Hieronymum, quoties libros, de quibus nos inter & ipſos controvertitur, in præfationibus ſuis a canone rejicit, ex Hebræorum tantum, non vero ex propria ſententia loqvi. Videatur inter alios Jacobus a Payva Andradius, libro III defenſionis fidei Tridentinæ.

*Hieronymus an Suſannæ Belisq; hiſtoriam fabulas vocet, & quo ſenſu.*

XIX. Amplius ſibi objicit Bellarminus, quod Hieronymus in ſæpe laudatis præfationibus in Danielem Suſannæ & Belis hiſtoriam *fabulas* vocet. Reſpondet autem, *eum, cum dicit fabulas, velle dicere hiſtorias, quas*

*Judæi*

*Judæi fabulas vocant.* Addit & aliam mox reſponſionem, nempe, *interdum veteres nomine fabularum non res fictas, ſed veras narrationes appellare.* Ad quæ Gretſerus: *Mihi,* inquit, *prima reſponſio maxime placet. Cum enim S. Hieronymus in ea Præfatione explicet judicium Judæorum de partibus illis Danielis, ut ipſe diſerte adverſus Ruffinum fatetur, utiq; non niſi ex Judæorum ſententia* fabulas *appellaſſe exiſtimandus eſt.* Et ſubjungit: *Cur hæc non refutavit Hunnius, ſi poterat?* *col. 159.*

*Hier. Suſannæ ac Belis hiſtoriam ex propria mẽte* fabulas *appellat.*

XX. Reſp. Si quidem hæc talia eſſe Gretſerus autumat, quæ refutari non poſſint, vehementer fallitur. Ait, Hieronymum in præfatione ſua, intellige, quam verſioni Danielis Latinæ præmiſit, explicare judicium Judæorum de partibus illis Danielis, idq; fateri ipſum diſerte adverſus Ruffinum. At vero nos paulo ante ὀφθαλμοφανερῶς demonſtravimus, Hieronymum in Apologia anti-Ruffiniana ſolummodo reſpicere ad ea, quæ ex ore cujusdam Rabbini in prologo annotaverat: præter hæc autem in prologo iſto contineri adhuc alia quædam de capitibus Danielis controverſis, quæ non ex Judæorum opinione, ſed ſua ipſius ſententia idem Pater proferat. Atque in his ipſis non minus, quam in alteris iſtis, hiſtoriam de Bele & dracone *fabulas* appellat. Verba ſic habent: *Hæc idcirco refero* (de ſtylo Prophetæ erat locutus,) *ut difficultatem vobis Danielis oſtenderem: qui apud Hebræos nec Suſannæ habet hiſtoriam, nec hymnum trium puerorum, nec Belis draconis* FABULAS. En diſerte appellat *fabulas,* dum ex propria ſententia loquitur. Et quid? annon manifeſtiſſima ſunt verba Hieronymi ſub finem Commentarii in Danielem? *Expoſitis,* inquit, *ut potuimus, quæ in Danielis libro juxta Hebraicum continentur*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*tinentur, ponam breviter, quid Origenes in decimo Stromatum ſuorum libro de Suſannæ & Belis* FABULIS *dixerit.* An heic ex Judæorum opinione *fabulas* vocat hiſtoriam Suſannæ ac Belis? Si dixerit Gretſerus, loqui heic Hieronymum ex hypotheſi & mente Origenis, nihil minus illis verbis premetur: cogetur quippe tunc concedere, hiſtorias iſtas dictas fuiſſe *fabulas* ab Origene, quem alias a ſuis partibus in præſenti Controverſia ſtare contendunt Pontificii. Vide ſupra num. IV. Denique & in prologo jamjam laudati commentarii huncin modum loquitur Hieronymus: *Porphyrio & Euſebius & Apollinaris pari ſententia reſponderunt, Suſannæ Belisque ac draconis* FABULAS *non contineri in Hebraico, ſed partem eſſe prophetiæ Habacuc, filii Jeſu, de tribu Levi: ſicut juxta* LXX *Interpretes in titulo ejusdem Belis* FABULÆ *ponitur.* Quæ verba ſive quis ita accipiat, ut hiſtoriæ Suſannæ, Belis, ac draconis, Hieronymo dicantur *fabulæ*, ſive, ut ſic ab Euſebio & Apollinari vocatæ ſint, parum intereſt: ſemper enim manet, fuiſſe ex antiquis eccleſiæ Patribus, qui *fabulas* appellarint, quæ in Danielis additamentis habentur, & quidem non ex Judæorum, ſed ex propria ſententia.

*Bell. reſponſio ad 2 Proteſtantium argumentũ.*

XXI. Objicit ſibi ulterius Bellarminus quasdam difficultates, ætatem Danielis, & tempus quo Suſannæ hiſtoria contigerit, concernentes; quod nimirum Daniel introducatur ut puer in illa hiſtoria, quæ tamen contigiſſe videatur tempore Cyri, quando Danielem oportuerit virum fuiſſe XC circiter annorum, ut qui *puer translatus ſit cum Rege Jechonia à Nabuchodonoſor ex Hieruſalem in Babylonem*, Dan. I. Ubi cætera, quæ vel pro hujus argumenti confirmatione, vel pro ejusdem ſolutione,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

tione, Cardinalis affert, ſuo loco relinquentes, id tantum monemus, memoria ipſum fuiſſe lapſum, quando ſcribit, Danielem translatum eſſe in Babylonem cum Rege JECHONIA, idque dici Dan. 1: cum ibi non legatur Daniel translatus cum JECHONIA, ſed cum hujus patre JOJAKIM.

*Bell. ſphalmate mnemonico Jechoniam ponit pro* Jojakim.

XXII. Equidem Bellarminum excuſare heic ſatagit ejus hyperaſpiſtes Gretſerus, dum ſcribit, *probabile videri, nomen Jechoniæ non tantum tributum Joachino, nepoti Regis Joſiæ, ſed & filiis Joſiæ. Nam Joachaz,* ait, *qui primus poſt patrem Joſiam regnavit, appellatur Jechonias lib. 3. Eſdræ cap. 1. Et ipſe Joacim dicitur Jechonias illis S. Matthæi verbis:* Joſias autem genuit Jechoniam & fratres ejus, &c. *quæ S. Epiphanii, S. Hieronymi, & Pererii lib. 1. in Danielem, aliorumque non ignobilium auctorum interpretatio eſt.* Sed quid opus erat in re adeo manifeſta tricari? cur non potius Gretſerus ingenue heic in Cardinali ſuo agnoſcit σφάλμα μνημονικόν? Num forte ab eo ſolo putat fuiſſe aliena, quæ in maximis quibusq; viris ſubinde notare licet? Quis ſibi perſvadeat, obſecro, Bellarminum, ſi vel maxime crediderit, Jojakimum alicubi in ſacris literis dici Jechoniam, maluiſſe, ubi incidenter tantum ejus mentionem facit, nomine ipſum deſignare, de quo maxime adhuc controvertitur, an unquam ei in Scriptura tributum ſit, quam uſitato, & quo citra controverſiam Spiritus ſanctus in ſacro codice ordinarie illum appellat? Interim nec iſta, quæ pro nomine Jechoniæ, Joachaz etiam & Jojakimo, Joſiæ filiis, in Scriptura tributo, Gretſerus affert, magni admodum momenti ſunt.

*Gretſeri exceptio. col. 177*

Reſponſio.

XXIII. Nam quantum ad teſtimonium, quod pro Joachaz

*Teſtimonia ab Gretſero*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*laudata expenduntur.* Joachaz adducitur, petitum id eſt ex libro, quem ipſimet Pontificii pro apocrypho habent, quique manifeſte heic contradicit Scripturæ canonicæ, ſi quidem per Jechoniam ſuum Joachazum autor vult intellectum. Jechonias quippe apud hunc pſeudo-Eſdram capite 1, 34. Rex dicitur fuiſſe conſtitutus, *cum eſſet annorum triginta trium*; at de Joachaz legimus II Paral. XXXVI, 2. quod *viginti trium annorum* fuerit, *cum regnare cœpiſſet.*

*lib. 3. Eſd. 1, 34.*

*Matth. 1, 11.* Quod vero attinet ad Matth. I, 11. unde probari debet, Jojakimo etiam hæſiſſe nomen Jechoniæ, plus ſatis notum eſt, quam ſit ille locus controverſus, & quam multi, nixi autoritate, non tantum priſci illius archetypi Græci, cujus mentionem facit Stapulenſis, ſed & vetuſti ejus codicis, quo uſi Robertus & Henricus Stephani, heic legant: Ιωσίας δὲ ἐγέννησε τὸν Ιακιμ, Ιακιμ δὲ ἐγέννησε τὸν Ιεχονίαμ. Ut ita librarii, Hebraicarum literarum non ſatis gnari, & nominum vicinitate decepti, *Jojakim* & *Jechoniam* confuderiut, eque duobus unum fecerint, quod alterum redundare putarent. Et quanquam Hieronymus, quem pro ſe adducit Gretſerus, *Jechoniam*, cujus comm. 11 fit mentio, diverſum eſſe arbitratur ab eo cujus habetur mentio comm. 12. illum nempe patrem, hunc filium; addit tamen mox, nomina, alias diſtincta, *ſcriptorum vitio & longitudine temporum apud Græcos Latinosque confuſa eſſe.* Sed de his pluribus agere non eſt præſentis loci. Itaque ad inſtitutum revertimur.

*Bell. reſponſio ad 3. argumentum Proteſtantium.* XXIV. Profert aliam inſuper objectionem contra Suſannæ hiſtoriam Bellarminus, quod nimirum in illa hiſtoria Daniel dicatur fuiſſe in lacu leonum *diebus ſex*, cum tamen ex Dan. VI conſtet, non niſi unica eum no-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ſte ibidem fuiſſe. Reſpondet autem, *bis Danielem miſſum eſſe in lacum leonum, ſemel à Dario Medo, quoniam precatus erat Deum contra præceptum Regis; & tunc fuiſſe tantum una nocte: & hoc narrari cap. 6. iterum autem miſſum eſſe à Cyro propter interfectum Draconem, & tunc fuiſſe ſex diebus, ut dicitur cap.* 14. Sed qui probabile ſit, idololatras, cum ſemel vidiſſent, quam male ſibi ceſſerint quæ contra Danielem erant machinati, eadem iterata vice adverſus ipſum tentaturos? *Examen.*

XXV. Vidit hoc ſine dubio Bellarminus, idcirco ſuperioribus addit, *quod non ſit improbabile, non eundem eſſe Danielem iſtum, qui Suſannam liberavit, Bel deſtruxit, ac draconem interfecit, & in lacu leonum ſex diebus fuit, cum eo, de quo agitur in ſuperioribus capitibus.* Verum enim vero ſi hæc ita ſe haberent, cur hiſtoria Danielis, Suſannæ liberatoris Beliſque deſtructoris, immiſta eſſet prophetiæ alterius iſtius Danielis? *Nimirũ,* ait Gretſerus, *partes illæ rectè ponuntur in libro Danielis, etiãſi ab alio quodam Daniele compoſitæ eſſent; quia tum propter argumentũ, tum propter nominis ſimilitudinem, nusquam rectius collocantur quam in libro Danielis, qui convenientiſſima pro illis ſtatio; ſicut multi Pſalmi rectiſſime in Pſalterio locum tenent, licet non a Davide, ſed ab aliis conſcripti Deoque decantati fuerint.* Imo vero, inquam ego, ſola iſta nominis ſimilitudo merito debuiſſet impedire, ne, quæ abs Daniele Suſannæ ſervatore ſunt geſta, recenſerentur in libro Danielis Prophetæ; idque ob evitandam hiſtoriæ confuſionẽ. Unde enim conſtabit lectori, quando in eodem libro narratur, v. c. quod Daniel Nabuchodonoſor ſomnium interpretatus ſit, & quod Daniel Suſannam a morte liberaverit; quando, inquam, in eodem libro narratur, quod utrumque præſtiterit Daniel, & vero non additur ullo verbo, alium fuiſſe Danielem

*Alia Bell. reſponſio.* *Examen.* *Gretſeri exceptio. col. 172.* *Examen.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

nielem qui prius illud fecerit, alium qui poſterius, nec item ſuppetit alias certum aliquod indicium, ex quo colligere poſſis, quod perſonæ diſtinctæ ſint, quarum hiſtoria in libro iſthoc pertexitur; unde tunc conſtabit lectori, non eſſe unum eundemque Danielem, de quo utrumque iſtud narratur? Quod ad exemplum Pſalmorum quorundam Gretſerus provocat, qui in Pſalterio Davidico ponuntur, licet non abs Davide ſint conſcripti, ſed ab aliis, id nihil ad rem facere in propatulo eſt. Neque enim ulla heic metuenda venit confuſio Pſalmorum illorum cum his qui ab ipſomet Davide ſunt concinnati, ſiquidem titulus præfixus genuinos autores ſatis manifeſtat.

*Bell. reſponſio ad 4. Proteſtantium argumentum.*

XXVI. Ultimo ad illud argumentum examinandum accedit Bellarminus, quod jam ante multa ſecula adverſus Suſannæ hiſtoriam urſit Julius Africanus in ſua ad Origenem epiſtola; veluti liquet, tum ex ipſa illa epiſtola, quæ hodie extat, a Gentiano Herveto ex Græco translata & Origenis operibus annexa, tum ex Hieronymo lib. de Scriptor. eccl. cap. LXXIII; urſit item Porphyrius, teſte iterum Hieronymo præfatione Commentarii in Danielem, & Rabbi ille, cujus meminit idem Hieronymus præfatione in Danielem Latine abs ſe verſum. Eſt vero id deſumptum a jucunda illa alluſione ad nomina, quibus deſignabantur arbores, ſub quibus Suſannam cum adultero abs ſe repertam dixere Judices illi nequam, indeque nata eleganti paronomaſia. Scilicet cum ex delatorum uno interrogaret Daniel, ſub qua arbore Suſannam inveniſſet; & vero hic reſponderet: ὑπὸ σχῖνον, mox Daniel: ἄγγελος, inqvit, τοῦ Θεοῦ σχίσει σε μέσον. Cum idem quæreretur ex ſycophantarum altero

tero

tero, isq; reſponderet, ὑπὸ πρῖνον, ibi Daniel: ὁ ἄγγελος τοῦ Θεοῦ πρίσει σε μέσον. Ubi vides, alludi voce σχίσει ad arborem σχῖνον, & voce πρίσει ad arborem πρῖνον. Quæ alluſio ſatis evincit, ſcriptam eſſe hanc de Suſanna hiſtoriam lingua Græca, cum in nominibus verbisq; Hebraicis locum non habeat iſtiusmodi paronomaſia. Reſpondet autem Bellarminus ad hoc argumentum ex Origene, *Danielem non dixiſſe ilicem, neq; lentiſcum, ſed aliquid aliud nobis ignotum, cui tamen ſecundum proprietatem linguæ Hebraicæ vel Chaldaicæ, qua ipſe utebatur, aliquod verbum ſecandi reſponderet. Plurimas enim*, inquit, *voces Hebræi habent, quæ ſignificant ſcindere vel ſecare. Porro interpretem Græcum non vertiſſe ad verbum* ait, *ſed ad ſenſum, &, ut ſervaret alluſionem, accepiſſe alias arbores ſimiles, quibus in Græco reſponderet alluſio ad verbum ſcindendi.* Verum enim vero ſi hæc reſponſio ſibi conſtare deberet, admittendum foret, Græci textus autorem neqvaqvam cordatum fidelemq; interpretem egiſſe, dum ſcilicet non eas arbores nominaverit quæ nominantur in fonte, ſed prorſus alias: quod ſane non eſt ad ſenſum vertere, ſed ſenſum omnino pervertere, & pro vero narrare falſum. *Examen.*

XXVII. Equidem Gretſerus obvertit, expreſſionem ſenſus in hoc conſiſtere, *ut oſtendatur, ſenes illos ſciſcitanti Danieli diſſona & male cohærentia dicta reddidiſſe: &, ut vulgo dicitur, alium de alliis, alium de cepis, alium de fræno, alium de equo reſpondiſſe; cum tamen cauſa vel maxime exigeret, ut conſonum reſponſum darent; Danielem vero cum alluſione quadam ad male connexa reſponſa ſententiam adverſus nefarios illos tuliſſe.* Nam (ita pergit) *ſicuti proverbium hoc Germanicum:* der eine ſagt weiß / der ander ſchwartz / *rectè exprimeres* *Gretſeri exceptio. col. 169.*

R

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*meres per hoc Latinum* : alius de alliis, alius reſpondet de cepis; *licet, ſi verba ſpectes, ſibi mutuo non reſpondeant, ut notum eſt omnibus illis qui verba hæc intelligunt: ita & in propoſito noſtro uſu venit. Et quemadmodum alluſione ad* allia *&* cepas *poteſt quis exprimere, ſi ſenſum conſideremus, alluſionem quam cudere liceret ex verbo* weiß / *hoc eſt*, candidum *ſeu* album, *& ex verbo* ſchwartz / nigrum *ſeu* atrum; *licet verbum verbo nec in Latina, nec in Germanica, nec in aliis linguis reſpondeat; ita Græcus interpres per* πρίσαι *&* σχίσαι *explicavit paronomaſiam Danielis, licet alia verba Daniel uſurpaverit, & quibus Græca iſta non reſpondeant, ſi verbum verbo componas; etſi reſpondeant, ſi ſenſum intuearis.* Hæc, inquam, Gretſerus: ſed quæ nos parum movent.

*Reſponſio.* Sane ſi Daniel locutione aliqua proverbiali fuiſſet uſus, eam vero Græcus cum alio quopiam proverbio, non quidem quoad verba, tamen quoad ſenſum, Hebræo iſti reſpondente, commutaſſet, fateor, non magis hoc nomine ipſum reprehenſioni obnoxium futurum, quam is qui iſtud proverbium Germanicum: der eine ſagt weiß / der ander ſchwartz / exprimat per hoc Latinum: *alius de alliis, alius reſpondet de cepis.* Nam in proverbiis, quatenus ſunt talia, ſenſus, qui intenditur, non eſt is, quem verba, ut ſonant, præ ſe ferunt, ſed qui ſuppeditatur, ſi in ſimplicem dictionem convertatur oratio. Ita, v. c. hujus proverbii: *alius de alliis loquitur, alius de cepis*, ſenſus eſt, quod perſonæ, qui loqvuntur, non loqvantur de eadem re, ſed de rebus diverſis. Quia proinde & hujus proverbii Germanici: der eine ſaget weiß / der ander ſchwartz / idem plane ſenſus eſt, citra ullum incommodum in verſione id exprimi poteſt per alterum iſtud Latinum. Aſt vero in hiſtoria Suſannæ nulla plane occurrit proverbialis lo-

lis locutio, ſed ſimplici ſtylo narratur, quid Danieli inquirenti reſponderint duo iſti judices, & qvid ad ea ille regeſſerit. Nil ergo ad rhombum iſthæc Gretſeriana.

## Caput X.

*De libris Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, & Maccabæorum, in genere.*

### I.

Libros Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Maccabæorum, canonicos eſſe ac infallibilis veritatis, autoritate Concilii Carthaginenſis III, Innocentii item, Gelaſii, Auguſtini, Iſidori, Caſſiodori, Rabani, probare ſatagit Bellarminus. Cui ut in occurſum eamus, principio diſpicere libet, ecqva fuerit magni illius Eccleſiæ doctoris ſanctiq; Patris Auguſtini de controverſis iſtis libris ſentẽtia. Id vero diſcere poſſumus inter alia ex ipſius libro XVII de Civ. Dei cap. XX, ubi diſerte ait: *Adverſus contradictiones* (*contradictores*, legunt alii) *non tanta firmitate proferuntur, qvæ ſcripta non ſunt in canone Judæorum.* Etenim ſi ſcripta ſeu libri, qui extra Judæorum canonem ſunt, non tanta firmitate adverſus contradicentes proferuntur, qvanta videlicet illi, qvos Judæi pro canonicis agnoſcunt, utiq; non ſunt libri canonici, ſtricte loqvendo, & prout canonicus liber is dicitur, qui infallibilis eſt veritatis. Quidquid enim infallibilis veritatis eſt, id profecto tanta firmitate profertur contra ἀντιλέγοντας, ut majori non poſſit.

*Auguſtini de libris apocryphis ſententia.*

II. Porro libro II contra Epiſtolam Gaudentii cap. XXIII (cum quo heic confer Epiſt. LXI ad Dulcitium,) nominatim de Maccabæorum libris idem Auguſtinus: *Hanc quidem*, inquit, *ſcripturam, qvæ appellatur Maccabæorum, non habent Judæi ſicut legem, & Prophetas, & Pſalmos,*

*In ſpecie de libris Maccabæorum.*

*quibus Dominus teſtimonium perhibet tanquam teſtibus ſuis,*
Luc. 24:44. *dicens, oportebat impleri omnia quæ ſcripta ſunt in lege & Prophetis & Pſalmis de me: ſed recepta eſt ab Eccleſia non inutiliter, ſi ſobrie legatur vel audiatur.* Ubi iterum clarum, non agnoviſſe libros Maccabæorum pro canonicis magnum doctorem. Quis enim, amabo, de libro, quẽ indubitato θεόπνευστον crederet ac veritatis infallibilis, ita loqueretur; *receptum eſſe ab Eccleſia* NON INUTILITER, *ſi* SOBRIE *legatur vel audiatur*? Quod enim conſtat infallibilis eſſe autoritatis, ſive, quod ideo Eccleſia recipit, quia novit ab iis autoribus profectum eſſe, qui errare in rebus fidei non potuerunt, id neceſſario recipit, non quod ad hoc vel illud utile eſt: idem etiam non recipit eatenus tantum, ut *ſobrie* legatur vel audiatur; cum hæc innuant, non omnia in libro aliquo æque probanda eſſe; quod de Scripturis proprie canonicis ac infallibilis autoritatis nemo dixerit. Nec eſt ut excipiat Gretſerus, omnes libros canonicos *ſobrie* legi debere & audiri. Quanquam enim veriſſimum omnino ſit, ſobrie legenda eſſe omnia, & ſemper fugiendam temeritatem, iſtam tamen ſobrietatem Auguſtinus ſi heic intellexiſſet, non eam Maccabæorum libros legentibus cautionem peculiariter præſcripſiſſet. Vult ergo, eſſe qvædam in his libris, qvæ, ſi ad rectam fidei regulam revocentur, defendi nequeant, ac proinde imitanda non ſint: ſobrie ergo legendos eſſe. Et quorſum porro moneret Auguſtinus, Dominum non perhibere teſtimonium libris Maccabæorum, ſicut perhibet teſtimonium legi, Prophetis, & Pſalmis, ſi omnes hos libros, Maccabæorum, inquam, & illos cæteros, æqualis autoritatis eſſe crederet? Neq; illud etiã

*Gretſeri exceptio. col. 187.*

præter-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

prætermittendum, quod & heic, & alibi, nempe libro XIIX de Civ. Dei cap. XXXVI, adeo ſolicite inculcat ſanctus Pater, ſæpe memoratos Maccabæorum libros non recipi a Judæis, ſed tantum ab Eccleſia. Qvo quid erat opus, ſi ab eccleſia Chriſtiana ita reciperentur, ut cum reliquis ejuſdem eſſent autoritatis? Sane quia Auguſtino res heic eſt cum iis, qui Judæorum judicium non curabant, quatenus diſcrepabat ab Eccleſiæ judicio, aut frivolam eſſe oportet illam admonitionem, aut ſenſus erit, etſi recepti ſint ab Eccleſia libri Maccabæorum, non tamen eorum auctoritatem eſſe tantam, quanta eorum eſt, quos abs Judæis conſtat admiſſos. Confer infra cap. XV, 2.

*Auguſtinus de Eccleſiaſtico.*

III. Sed nec Eccleſiaſticum pro libro indubitatò canonico abs Auguſtino fuiſſe habitum, ſatis perſvadent, quæ leguntur in libro ejus de cura pro mortuis capite XV. Ita videlicet ibi loquitur: *Liber Eccleſiaſticus, quem Jeſus, filius Sirach, ſcripſiſſe traditur, & propter eloquii nonnullam ſimilitudinem Salomonis pronunciatur, continet in laude Patrum, quod Samuel etiam mortuus Prophetaverit. Sed ſi huic libro ex Hebræorum, quia in eo non eſt, canone contradicitur, quid de Moyſe dicturi ſumus; qui certe & in Deuteronomio mortuus, & in Evangelio cum Helia, qui mortuus non eſt, legitur apparuiſſe viventibus?* Vides, cum ſibimetipſi objeciſſet Auguſtinus, contradici poſſe huic loco ex Siracide producto, quod liber iſte non ſit in canone Hebræorum, nihil eum opponere aut reſpondere, ſed aliud, cui contradici non poterat, proferre. Confer etiam, quæ de Eccleſiaſtico, uti & de libro Sapientiæ, habentur apud eundem Auguſtinum libro XVII de Civ. Dei cap. XX.

IV. His

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Expenditur locus Auguſtini ex lib. 2. de Doctr. Chr. cap. 8.*

IV. His ad eum modum præmiſſis, nullo nunc negotio patet, quomodo, ne tantus doctor ſibi ipſi contradicat, accipiendum ſit, quod is libro II de Doctrina Chriſtiana cap. IIX controverſos iſtos libros, de quibus in præſenti agimus, canonicis ſcriptis annumerat. Scilicet dupliciter liber aliquis dicitur canonicus, (1) ſtricte: atque ſic non niſi illi libri canonicorum nomine veniunt, qui ex immediata inſpiratione Spiritus ſancti profecti, & ſic infallibilis veritatis ſunt. Quo ſenſu vocem accipit Auguſtinus, tum alibi ſæpe, tum nominatim Epiſtola XIX ad Hieronymum, quando ait: *Ego ſolis eis Scripturarum libris, qui jam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremque deferre, ut nullum eorum autorem ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſime credam*; (2) latius: atque ſic illi etiam libri, qui, licet ad fidei dogmata probanda non ſint ex ſe idonei, ob præclara tamen exempla & præcepta populo Chriſtiano antiquitus in eccleſia prælegi conſueverunt, indeque *Eccleſiaſticorum* titulum (teſte in Expoſitione Symboli Ruffino) nacti ſunt, in canonicorum librorum cenſum veniunt. Hæc diſtinctio vocis *canonici* non in Proteſtantium cerebro primum nata eſt, ceu Pontificii criminantur; ſed eam jam ante quadringentos annos inculcavit doctiſſimus ille celeberrimusque ſuo tempore Cardinalis Hugo de S. Caro, ut qui diſerte, præfatione in librum Baruch: *Stricte*, inquit, *vocantur canones XXII libri V. T.-large dicuntur & hagiographa*, id eſt, *apocrypha*. Urſit quoque eandem ſub initium reformationis Cardinalis Cajetanus; cujus verba habes infra num. XIX.

*Dupliciter liber aliqvis dicitur canonicus.*

*τὸ apocryphum qvot*

V. Nempe negari non poteſt, apud vetuſtos illos ſcriptores τὸ *apocryphum* interdum ita capi, ut notet libros

bros propter varia falſa & erronea immixta periculoſos *modis ſumatur.*
aut noxios, quæque ab hæreticis ſub Prophetarum vel
Apoſtolorum nomine conficti plerumque ſint, atq;
ideo improbari ac rejici digni: qualium non exiguus nu-
merus recenſetur c. *Sancta Romana*; diſt. xv; aliquan-
do autem ſic adhiberi, ut indicet libros, quos legit qui-
dem & uſurpat Eccleſia, non tamen ad confirmationem
dogmatum, ſed morum tantummodo ædificationem.
Priori ſenſu utitur voce iſta Hieronymus Comment: in
Eſ. LXIV, 4. ubi ait: *Apocryphorum deliramenta conticeant.*
*De quibus vere dici poteſt, quod ſedeat Diabolus in inſidiis cum* Pſal.10, 8. 9.
*divitibus in apocryphis, ut interficiat innocentem.* *Et iterum:* juxta 70.
*Inſidiatur in apocrypho quaſi leo in ſpelunca ſua; inſidiatur ut*
*rapiat pauperem.* Idem Epiſtola VII, qua Lætam docet,
quomodo inſtituere debeat filiam: *Caveat omnia apocry-*
*pha*, inquit, *& ſi quando ea, non ad dogmatum veritatem, ſed*
*ad ſignorum reverentiam, legere voluerit, ſciat, non eorum eſſe*
*quorũ titulis prænotantur, multaque his admixta vitioſa; & gran-*
*dis eſſe prudentiæ, aurum in luto quærere.* Ad eundẽ modũ Au-
guſtinus libro XV de Civ. Dei cap. XXIII: *Multa ſub nomi-*
*nibus & aliorum Prophetarum, & recentiora ſub nominibus*
*Apoſtolorum, ab hæreticis proferuntur, quæ omnia ſub nomine*
*Apocryphorum autoritate canonica diligenti examinatione re-*
*mota ſunt.* Item lib. XXII contra Fauſtum Manichæum
cap. LXXIX: *Legunt Scripturas apocryphas Manichæi, a neſcio qui-*
*bus ſutoribus fabularum ſub Apoſtolorum nomine ſcriptas.*
Confer & lib. XI contra eundem Fauſtum cap. II, item
Quæſt. XLII ſuper Numeros. Senſu poſteriori *apocryphi*
vocem uſurpat Hieronymus in Prologo galeato, quan-
do videlicet librum Sapientiæ, Judith, Tobiæ, & Sira-
cidem, inter apocrypha ponendos eſſe docet.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Abulenſis teſtimoniū lib. de ſcrip. eccl. ann. 1440.*

VI. Non poſſum, quin hæc confirmem verbis Alphonſi Toſtati, Epiſcopi Abulenſis, *Viri*, ipſomet Bellarmino judice, *ſanctitate & doctrina celeberrimi*, ac de quo merito ſcriptum ſit:

*Hic ſtupor eſt mundi, qui ſcibile diſcutit omne.*

Sic vero ille, præfatione in Matthæum, quæſt. III: *Libri dicuntur apocryphi dupliciter: uno modo, quia non conſtat de eorum ſcriptoribus, an Spiritu ſancto dictante ſcripſerint, & etiam non conſtat de omnibus, quæ in eis habentur, an vera ſint: non eſt tamē in eis aliquid quod manifeſte falſum ſit, vel quod valde ſuſpectū ſit de falſitate. Alio modo dicuntur libri apocryphi, de quorū auctoribus non conſtat, an a Deo ſint inſpirati, & inſuper multa, quæ habentur in ipſis libris, vel ſunt manifeſte falſa, vel de errore valde ſuſpecta. Accipiendo primo modo libros apocryphos, ſcriptura non ponit illos in canone librorum ſuorum, ita ut debeat illis fides ex neceſſitate adhiberi; permittit tamen volentibus legere, quod legant, quia non videtur inde ſequi aliquod inconveniens: ipſa quoque Eccleſia illos legit. Accipiendo ſecundo modo apocryphos libros, non ſolum Eccleſia non ponit illos in canone, imo nec aliquo modo ponit eos cum libris ſuis, nec legit, nec legentibus favet; licet non omnino prohibeat. Annunciat tamen, illos libros eſſe ſuſpectos valde de falſo, ut caveant quando legerint, & videant quibus fidem adhibeant. Primo modo ſunt apocryphi libri quidam, qui ponuntur extra canonem veteris Teſtamenti, computantur tamen inter libros ſacræ Scripturæ: ſcilicet liber Sapientiæ, & Eccleſiaſticus, & Judith, & Tobias, & libri Machabæorum.* Confer etiam de diverſa τῆς *apocryphi* acceptione ipſum Bellarminum infra capite XX.

VII. Hæc ergo cum ita ſe habeant, cum, inquam, τὸ *apocryphum* nunc pro plane fabuloſo aut noxio, nunc tantum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

tantum pro inidoneo ad dogmata ſtabilienda capiatur, etiam, quod ei oppoſitum eſt, *canonicum*, nunc tantum pro non fabuloſo & noxio, nunc pro illo, quod ad roboranda dogmata idoneum eſt, accipiatur oportet; idque juxta notiſſimum illum canonem, qui ex libro I Topic. cap. XIII deſumptus eſt: *Quot modis dicitur unum oppoſitorum, tot dicitur & alterum.* Ut igitur ad propoſitum redeamus, dicimus, Auguſtinum ſupra citato libro II de Doctr. Chriſt. capite IIX vocabulum *canonici* in laxiori ſignificatu ſumere, & ita catalogum librorum canonicorum texere, qui non tantum libros indubitato θεοπνεύστους comprehendat, ſed & eos, quos *Eccleſiaſticos* ab antiquis appellatos fuiſſe ſupra monebamus. Atq; hoc ipſum etiam eopſe loco aperte indicat ſanctus doctor. Nam primo libros non canonicos ibi deſcribit, quod ſint, *qui periculoſis mendaciis atque phantaſmatibus eludentes præjudicant contra ſanam intelligentiam.* Unde patet, vi oppoſitionis, libros canonicos ipſi eſſe, quotquot non ita periculoſis mendaciis atque phantaſmatibus eludunt & contra ſanam intelligentiam præjudicant; atq; ſic vocem *canonici* late eum uſurpare: ut proinde mirum non ſit, libros, qui ad ædificationem populi in Eccleſia publice olim prælegebantur, canonicis ab eodem accenſeri. Deinde manifeſtum quoq; id eſt ex iis, quæ mox ibidem ſeqvuntur: *Tenebit divinarum Scripturarum indagator hunc modum in Scripturis canonicis, ut eas, quæ ab omnibus accipiuntur Eccleſiis catholicis, præponat eis, qvas qvædam non accipiunt. In eis vero, quæ non accipiuntur ab omnibus, præponat eas, quas plures gravioresq; accipiunt, eis, qvas pauciores minorisq; autoritatis Eccleſiæ tenent.* '*Si autem alias invenerit*

*Auguſtinus qvomodo vocem canonici accipiat 2. de D.C.c. 8.*

*Num.* 4.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*rit a pluribus, alias a gravioribus haberi, qvamqvam hoc facile inveniri non poſſit, æqualis tamen auctoritatis eas habendas puto.* Qvod ſi enim omnes illos libros, qui mox ibi enumerantur, pro canonicis ſtricte ſic dictis haberet Auguſtinus, non potuiſſet ſane monere, unum eorum alteri præponendum eſſe. Quamvis enim, qvod dignitatem aut neceſſitatem doctrinæ, quæ proponitur, attinet, diſcrimen eſſe poſſit inter libros vere canonicos, nullum tamen poteſt eſſe ratione autoritatis, infallibilitatis, & certitudinis; veluti jam ſupra capite VI, 5. notavimus. Argumentamur proinde:

Qui librorum Scripturæ unum alteri ratione autoritatis præponendum eſſe dicit, is non putat, omnes pro indubitato θεοπνεύστοις habendos;

Atqui Auguſtinus librorum Scripturæ unum alteri ratione autoritatis præponendum eſſe dicit;

Ergo omnes pro indubitato θεοπνεύστοις habendos eſſe non putat.

*Bell. infirmaturus noſtram rationem, eandē confirmat.*

IIX. Ad ultimam hanc rationem, quam in Examine Concilii Tridentini urget noſter Chemnitius, reſponſurus Bellarminus, cum negare non auſit, omnes ab Auguſtino enumeratos libros vere canonicos eſſe, & tamen unum eorum alteri præponi, ſeu, unum altero majorem autoritatem habere, illa vero unà conſiſtere haud poſſe, cum, inquam, id negare non auſit, talia profert, quæ tantum abeſt ut Chemnitii noſtramq; ſententiam infringant, ut evidenter potius eandem confirment. Ait nempe, *Auguſtinum fuisſe certisſimum, omnes libros canonicos eſſe infallibilis veritatis; ſed non fuiſſe æqve certum de omnibus libris, quos enumeraverat, an esſent canonici; – quia videlicet de prioribus major tunc fuerit*

*certi-*

*certitudo quam de poſterioribus, quod eſſent canonici.* Quod cum dicit, profecto in Chemnitii ſententiam planiſſime concedit. Quid enim ille aliud vult, quam ipſiſſimum iſtud, Auguſtinum non fuiſſe æque certum de omnibus libris, quos enumerat, an eſſent canonici? Conſidera, quæſo, ejus verba, & res erit in aprico. *Quæro*, inquit, *num Auguſtinus affirmet, illorum librorum omnium, quos uno vocabulo canonicos nominat, EANDEM eſſe CERTITUDINEM, & parem authoritatem? hic enim eſt ſtatus diſputationis. Et invenio, Auguſtinum expreſſis verbis tradere & exponere hanc diſtinctionem: quosdam ſcilicet ex illis libris ab omnibus accipi Eccleſiis Catholicis, quosdam vero non ab omnibus accipi, ſed a quibusdam tantum. Et addit, illas Scripturas, quæ ab omnibus Eccleſiis accipiuntur, præponendas eſſe eis, quas quædam non accipiunt. Et in his rurſus, quæ a pluribus & gravioribus accipiuntur, præponendas eſſe iis, quæ pauciores minorisque autoritatis Eccleſiæ tenent. Sicut igitur tota antiquitas, ita etiam Auguſtinus diſtinguit libros Biblicos, & quoad authoritatem & CERTITUDINEM dicit alias aliis præponendas, hoc eſt, non parem eſſe omnium authoritatem & CERTITUDINEM, eo quod quædam ab omnibus Eccleſiis accipiantur, quædam non ab omnibus. Et illud eſt, quod cum tota antiquitate nos etiam dicimus.*

IX. Gretſerus ait, Auguſtinum iſto loco alios libros Biblicos non præponere aliis reſpectu *canonicæ autoritatis*, ſed ratione *acceptationis; ita ut, qui ab omnibus orthodoxis acceptati fuerunt, præferantur illis, qui non ſemper ab omnibus orthodoxis acceptati & approbati fuerunt; inque his ipſis, illi, qui a pluribus & gravioribus recepti fuerunt, anteponantur illis, qui à paucioribus & minore exiſtimatione præditis.* Sed quid attinebat, rei adeo manifeſtæ & perſpicuæ nebulas offundere? Argumentamur:

*Gretſeri effugium. col. 181.*

*Reſponſio.*

Quicunque alios libros canonicos præponit aliis ratione *acceptationis*, hoc eſt, ut, qui ab omnibus accipiuntur Eccleſiis Catholicis, præponat eis, quos quædam non accipiunt; &, quos plures graviores que accipiunt, eis, quos pauciores minorisque autoritatis Eccleſiæ tenent, is alios libros canonicos præponit aliis reſpectu *canonicæ auctoritatis*;

At vero Auguſtinus alios libros canonicos præponit aliis ratione *acceptationis*,

Ergo alios quòque aliis præponit reſpectu *canonicæ auctoritatis*.

Minor ex textu Auguſtini clara eſt, & abs Gretſero admittitur. Sed & Major ſatis liquet. Quæro nimirum ex Gretſero, unde, ſaltim illo tempore, quando ſuos de Doctrina Chriſtiana libros Auguſtinus edidit, Scripturæ libri ſuam habuerint auctoritatem canonicam *in ordine ad nos*, (de eo enim heic unice ſumus ſoliciti) ſive, unde tunc temporis de canonica autoritate librorum Biblicorum homini Chriſtiano conſtiterit? Non poterit reſpondere aliter, quam, conſtitiſſe de ea ex teſtimonio Eccleſiarum, quæ libros illos tanquam canonicos receperint; vel (quod eodem recidit) habuiſſe libros Biblicos canonicam autoritatem ſuam, quoad nos, ab Eccleſiis, quæ illos acceperint ut canonicos. Nam ad deciſionem generalis alicujus Concilii heic confugere ipſi non eſt integrum; ſiquidem, ut Bellarminus fatetur, nondum eo tempore de canone aliquid ab ejusmodi Concilio fuit definitum. Quod ſi vero autoritatem ſuam tunc habuerunt libri canonici a teſtimonio & receptione Eccleſiarum, utique neceſſario infertur, eos,

qui

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

qui ab omnibus Eccleſiis recepti ſunt & canonicæ autoritatis teſtimonium habuerunt, majoris fuiſſe ac certioris autoritatis, quam qui non recepti ſunt ab omnibus: & iterum, qui a pluribus gravioribusque recepti ſunt, autoritate prævaluiſſe his, qui a paucioribus minorisque autoritatis Eccleſiis fuere recepti. Semper nimirum ita ſe res habet, ut, quo major eſt autoritas illius, a quo teſtimonium aliquod proficiſcitur, eo majoris ponderis, certitudinis, & autoritatis ſit ipſum illud teſtimonium; & porro, quo plus ponderis, certitudinis & autoritatis habet aliquod teſtimonium, eo major ſit ac certior autoritas illa, quæ iſti teſtimonio innititur. Quia proinde major eſt autoritas omnium Eccleſiarum ſimul, quam quarundam tantum, & rurſum major eſt autoritas Eccleſiarum plurium graviorumque, quam paucarum, & quæ minoris momenti ſunt, etiam autoritas teſtimonii, quod omnes Eccleſiæ ſimul libro alicui canonico perhibent, major eſt autoritate teſtimonii, quod canonico cuidam libro perhibent Eccleſiæ tantum aliquæ, ac ita porro. Et per conſequens, autoritas libri, quæ, quoad nos, dependet a teſtimonio ac receptione omnium Eccleſiarum, longe certior eſt & firmior autoritate, quæ quarundam tantummodo Eccleſiarum teſtimonio innititur. Sed quid opus huic rei diutius inhærere? annon penitus Gretſeri exceptionem profligat, &, quod ratione ipſius canonicæ autoritatis alios libros aliis præponat, apertiſſimum indicium facit Auguſtinus ipſemet, quando monet, ſi divinarum Scripturarum indagator *alias* Scripturas canonicas *invenerit a pluribus, alias a gravioribus* Eccleſiis *haberi*, *æqualis AUCTORITATIS eas habendas* eſſe? Dum enim in tali caſu *æqualis auctoritatis*

 libros

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

libros canonicos habendos judicat, evidenter certe docet, quod in caſibus, quales immediate ante memoraverat, *inæqualis auctoritatis* habendi ſint; atque ſic (quam venerabilis illius Antiſtitis mentem eſſe, adeo confidenter negat Gretſerus) ratione ipſius *canonicæ auctoritatis* alii aliis præponi debeant.

*Bellarminus præter rem carpit Chĕnitium.*

x. Atque ex hactenus diſcuſſis facile nunc judicari poteſt, quid de ſequentibus Bellarmini verbis habendum ſit; quando nempe in Chemnitium noſtrum ita invehitur: *Certe vaniſſima eſt diſtinctio* Kemnitii, *qui libros quosdam canonicos dicit eſſe infallibilis veritatis, & quosdam non eſſe. Nam, ut ipſemet rectè deducit ex B. Auguſtino lib. II. contra Fauſtum cap. 5. & lib. 2. contra Creſconium cap. 32. dicuntur libri canonici, quia ſunt quaſi norma & regula, qua imperitiæ noſtræ regatur irfirmitas, & qua de omnibus aliis libris judicetur. Quomodo ergo erunt norma & regula libri illi, qui non ſunt infallibilis veritatis?* Scilicet primo obſervetur, non aliter hæc a Bellarmino proponi, ac ſi Chemnitius ex ſua ipſius mente iſtiusmodi librorum canonicorum diſtinctionem adhibuiſſet, ut videlicet dixerit, ex illis libris, quos ipſe pro canonicis habeat & agnoſcat, nonnullos eſſe infallibilis veritatis, aliquos vero non item: cum tamen ille aliud nihil aſſerat, quam, illorum librorum omnium, quos (non ipſe, ſed) AUGUSTINUS uno vocabulo canonicos nominet, ipſomet Auguſtino judice non eſſe eandem certitudinem paremque autoritatem, ſed alios aliis eſſe præponendos. Videſis ejus verba, quæ dedimus ſupra num. IIX. Hæc ergo cum ita ſint, porro ſponte ſua evaneſcit illa contradictio, cujus Chemnitium inſimulat Cardinalis; quod nimirum dicat, libros canonicos eſſe *quaſi normam &*

*regulam*, *ex qva de omnibus aliis libris judicetur*, & tamen eorum aliquos neget *infallibilis* eſſe *veritatis*. Nam quando Chemnitius libros canonicos ait eſſe *normam* & *regulam*, imo *certam* & *infallibilem regulam fidei*, (nam & hæc ipſius ſunt verba) τὸ *canonicum* accipit proprie & ſtricte: quemadmodum etiam Auguſtinus non ſemel ita uſurpat. Dum autem quoſdam libros canonicos immotæ certitudinis eſſe negat, reſpicit, uti jam dixi, ad laxiorem illum catalogum, quem libro II de Doctrina Chriſtiana cap. IIX inſtituit Auguſtinus.

*Novum Bell. argumentũ pro voce* canonici *ſtricte ab Auguſtino l. c. ſumpta.*

XI. Cæterum Bellarminus omnem pergit movere lapidem, ne admittere cogatur, Auguſtinum ſtatuiſſe, libros, quos ſæpe citato libro II de Doctr. Chriſt. capite IIX enumerat, inæqualis fuiſſe autoritatis ac certitudinis. *Quod B. Auguſtinus revera ſenſerit*, inquit, *omnes eos libros, quos ibi vocat canonicos, eſſe infallibilis veritatis, patet tum ex Concilio Carthaginenſi III. cui ipſe ſubſcripſit; tum etiam, quia non poteſt proferri unus locus ex Auguſtino, ubi librum aliquem vocet canonicum, & tamen de ejus veritate dubitari poſſe dicat, contra vero poſſunt infinita loca proferri, ubi dicit, omnes libros, qui canonici vocantur, eſſe infallibilis veritatis.*

*Reſponſio ad rationem à Concilio Carth. petitam.*

XII. Verumenimvero, quantum ad primum attinet, reſpondemus, tantum abeſſe, ut ex eo, quod Auguſtinus Synodo Carthaginenſi ſubſcripſit, ſequatur, illam omnes libros Biblicos, quos in opere de Doctrina Chriſtiana enumerat, pro ſtricte ſic dictis canonicis habere, ut potius inde concludi poſſit, Synodum iſthanc voculam *canonici* in lata ſignificatione uſurpare; prout nimirum canonici libri non tantum illi dicuntur, qui ex immediata Spiritus ſancti inſpiratione



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ſcripti ſunt, & e quibus dogmata fidei hauriuntur, ſed etiam alii, abs fidelibus & piis profecti, antiqui & utiles, populoq; in Eccleſia prælegi digni, quod ad mores monitis & exemplis formandos multum faciant. Nam quod Auguſtinus ſæpius allegato loco τὸ *canonicum* late accipiat, adeo ſupra fecimus liquidum, ut nulla de eo ſupereſſe amplius poſſit juſta dubitatio. Fac autem, aliam ipſi ſententiam poſtmodum hæſiſſe, quando ſcilicet ſubſcripſit Concilio Carthaginenſi, (nam huic quando interfuit Epiſcopus, libri de Doctrina Chriſtiana, utpote quos ſcripſit adhuc Preſbyter, jam erant editi) annon ſic retractaturus fuiſſet illa priora? At vero licet circa alia, quæ eodem libro & capite ſcripſerat, aliquid moneat libro II Retract. cap. IV, tamen illa, quæ de libris canonicis ibi dixerat, plane relinquit immutata. Quia ergo Auguſtinus omnes illos libros, qui in canone XLVII Synodi Carthaginenſis recenſentur, pro genuine & ſtricte canonicis non agnoſcit, & vero nihilominus eidem Synodo ſubſcripſit, ſequitur ſane, nec ipſum illum canonem in aliam ſententiam capiendum eſſe, quam quod loquatur de libris canonicis latius ſumptis, quos nimirum in Eccleſiis ad ædificationem plebis fas ſit prælegere.

*Canon 47. Concilii Carth. expenditur.*

XIII. Et certe ipſa quoque canonis verba, quod ad eum modum vox *canonici* heic intelligi debeat, dilucide teſtantur. Sic enim habent: *Placuit, ut præter Scripturas canonicas nihil IN ECCLESIA LEGATUR.* Et mox, ubi libri Scripturæ eſſent enumerati: *Hoc etiam fratri & Conſacerdoti noſtro Bonifacio, vel (&) aliis earum partium Epiſcopis, pro confirmando iſto canone, innoteſcat, quia a Patribus iſta accepimus IN ECCLESIA LEGENDA.* Nec quidquam heic obſtat, quod

quod Concilium Carthaginenſe libros, quos recenſet, vocet non ſolum *canonicos*, ſed etiam *divinos*; librum autem eſſe divinum, nihil aliud ſit, quam divinam autoritatem habere, & eſſe canonicum ſit eſſe infallibilis veritatis; quomodo argumentatur Bellarminus. Nam quod libri *divini* etiam veteribus dicantur, qui non ſunt in canone, jam ſupra oſtenſum eſt cap. VII, 6, 8. Quod vero & libri *canonici* interdum ab iis vocentur, qui non ſtatim infallibilis veritatis ſunt, hoc ipſo capite in ſuperioribus patuit. Nec ſane erat, cur voces *divini* & *canonici* adeo heic urgeret Bellarminus, cum ipſe alibi, puta libro II de Conciliis cap. XII, aſſerat, etiam canones Pontificum & Conciliorum, licet Scripturæ poſtponantur, poſſe dici ſcripta *canonica* & *divinitus inſpirata*; provocans inter alia ad teſtimonium VII Synodi, Act. III.

*Ipſe Bell. fatetur, τὸ* divinum *&* canonicum *aliquando late capi.*

XIV. Fac autem, fuiſſe in Concilio Carthaginenſi definitum, quod libri iſti controverſi in verum ac germanum ſacrorum librorum canonem adſcribi debebent, illamq; Synodum a tota poſtmodum eccleſia fuiſſe approbatam & receptam, ceu contendit Gretſerus; quid cauſæ, obſecro, quod, qui poſt hujus tempora vixere, tot Doctores & Scriptores, illos libros e V. T. canone excludunt? Videatur Gregorius M. lib. XIX Moralium cap. XIII, Autor mirabilium Scripturæ, qui vulgo, tametſi male, Auguſtinus credi ſolet, ſub finem libri II, Autor Commentarii in Apocalypſin, qui perperam Victorino Pictavienſi tribuitur, Joh. Damaſcenus lib. IV de fide orthodoxa cap. XIIX, Nicephorus Conſtantinopolitanus in fine Chronographiæ, Agobardus, Lugdunenſis Archiepiſcopus, libro de privile-

*col. 89.*

*Doctores, qui libros controverſos a canone ſequeſtrant.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

gio & jure Sacerdotii, Præfatio Gloſſæ ordinariæ, quæ a nonnullis Britoni, ab aliis Alcuino, a Trithemio Strabo Fuldenſi adſcribitur, Ambroſius Ansbertus lib. III in Apocalypſin, Radulphus Flaviacenſis ſub initium libri XIV Comment. in Leviticum, Rupertus Tuitienſis lib. III in Geneſin cap. XXXI, & lib. de divinis officiis capite ultimo, Honorius Auguſtodunenſis prooemio Expoſitionis Pſalterii, Petrus Cluniacenſis, Epiſtola, aut verius libro, adverſus errores Petri de Bruis, Hugo de S. Victore libro de Scripturis & Scriptoribus ſacris cap. VI, item Eruditionis didaſcalicæ lib. IV, cap. II & IIX, Speculo de myſteriis Eccleſiæ cap. II, prologo in librum de Sacramentis fidei cap. VII, Richardus de S. Victore lib. II Exceptionum cap. IX; (quanquam hi IV libri Exceptionum, qui Richardo tribuuntur, non ſunt diverſi a IV prioribus libris Excerptionum Hugonis) Petrus Comeſtor præf. in Tobiam & Judith, Hugo de S. Charo prooemio in Joſuam, Tobiam, & in Expoſitione prologi galeati, Nicolaus Liranus præfatione in librum Tobiæ, Brito Expoſitione prologi galeati, nec non ad prologos Hieronymi in Joſuam, Tobiam, Judith, Maccabæorum, Johannes Semeca, Teutonicus, gloſſa in c. *canones*, diſt. XVI, ad verbum *Apocrypha*. Gvilhelmus Occam Dialogi parte III, tract. I, lib. III, cap. XVI, Hervæus Natalis Brito Comment. ad Rom. III, I. Antonius Florentinus parte III Summæ tit. XIIX, cap. VI, Alfonſus Toſtatus præfat. in Matthæum, quæſt. II ac III, & parte II Defenſorii cap. XXIII, Dionyſius Carthuſianus Enarr. in Geneſin, artic. IV, & præfat. Eccleſiaſtici, Tobiæ, ac libri I Maccabæorum, Autor præfationis in Biblia, cum Poſtilla

Lira-

Lirani junctisq; gloſſis ordinaria & interlineari Baſileæ anno cIↄ Iↄ VI edita, Franciſcus Ximenius præfatione in Biblia Complutenſia, itemq; in Apocryphos, Thomas Cajetanus præf. in Joſuam, Comment. in Eccleſiaſten, ſub finem, & in Eſther, itidem ſub finem, Jodocus Clichtoveus ad Damaſceni lib. IV, cap. XIIX, Johannes Driedo lib. I de Eccleſiaſticis Scripturis & dogmatibꝰ cap. IV. En tibi ſcriptores inde a Gregorii M. temporibus usq; ad ſuperius ſeculum, qui de apocryphis V. T. libris non aliter ſenſerunt atq; hodie Proteſtantes. Quibus adde inſuper, per multa itidem ſecula poſt habitum Concilium Carthaginenſe unanimi quodam Latinæ Eccleſiæ conſenſu Latinis Bibliis, tum manu exaratis, tum typo, etiam Romæ, editis, præfixum eſſe prologum galeatum Hieronymi, (qui utiq; libros Eccleſiaſticos extra canonem diſerte ponit) tanquam qui certus index eſſe debeat & diſcriminator librorum ſacrorum volumine Biblico comprehenſorum. De quo prologo, ut & cæteris Hieronymi præfationibus, F. Leander de S. Martino, præfatione in Biblia cum gloſſis & Lirano Antverpiæ edita: *Non ſine graviſſimis*, inqvit, *cauſis conſenſus temporum, imò & ipſius jam Eccleſiæ judicium (quod in editione Vaticana innuitur) voluit, ut hi prologi Hieronymiani cum ſacro textu conjungerentur.* Ipſa editio Vaticana monet, prologum galeatum *in principio poni, quod librorum ſacrorum ordinem contineat.* Hæc ergo cum ita ſe habeant, quî vero conſentaneum ſit, quæſo, Concilium Carthaginenſe controverſos iſtos libros in genuinum Scripturæ canonem recepiſſe, idq; poſtmodum a tota Eccleſia fuiſſe approbatum? Confer infra num. XIX, & applica inſuper heic, quæ ex Baronio & Lindano obſervamus capite XII, I.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Gretſeri exceptio. col. 91.* XV. Sane Melchiorem Canum, Epiſcopum Canarienſem, hoc argumentum eo adegit, ut libro II de Locis Theologicis cap. XI ſcribat, Damaſceni tempore nondum fuiſſe aliquid de canone definitum. Quo ſuppoſito, non poteſt utiq; Concilio Carthaginenſi, quippe quod integris aliquot ſeculis ante Damaſceni ætatem eſt habitum, iſtiusmodi determinatio tribui. Gretſerus vero aliter iſti difficultati occurrendum cenſet. Ait nimirum, Doctores illos, qui poſt Carthaginenſem Synodum vixerunt, qua conſtitutionem canonis Biblici ab eadem disſenſiſſe, *quia hujusmodi decretum ſemper vel aliquandiu ignorarint; vel, ſi non neſcierint, aliter, quam oportebat, intellexerint.* Sed hæc non ſine magna abſurditate dicuntur. Quis enim perſvaderi ſibi patiatur, obſecro, tot tantosq; doctores (quos inter Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi) per tot ſecula aut ignoraſſe, aut perperam intellexiſſe, quæ de re tanti momenti decreta fuerint in Synodo, in qua celeberrimos & maximi nominis Epiſcopos fuiſſe, quamq; a tota Eccleſia fuiſſe approbatam ac receptam, ipſemet Gretſerus affirmat? Quod aliter intellexerint, quam hodie intellectum volunt Pontificii, id vero concedimus libenter & adſtruimus ipſi. Nempe animadverterunt, laxiorem librorum Biblicorum catalogum proponere Patres Carthaginenſes, quiq; etiam apocryphos comprehendat, etſi canonicorum titulo inſignitos. Quod ipſum etiam ſenſiſſe Patres Trullanos (a quibus in VI Synodo generali Concilium Carthaginenſe approbatum eſſe Caranza aliiq; Pontificii ſcribunt) facile patet. Neq; enim alia ratione canones, tum Laodicenos, qui ſtrictiorem, tum Carthaginenſes, qui laxiorem catalo-

*Reſponſio.*

gum

gum contexunt, admittere & probare potueruut, quam hac ipſa.

xvi. Et tantum de argumento priori, quo oſtendere conabatur Bellarminus, Auguſtinum in opere de Doctrina Chriſtiana enumeraſſe libros, quos crediderit vere ſtricteq; canonicos eſſe. Altera, quam pro eodem illo obtinendo urget, ratio ipſius eſt, quod *non poſſit proferri unus locus ex Auguſtino, ubi librum aliquem vocet canonicum, & tamen de ejus veritate dubitari poſſe dicat; contra vero poſſint infinita loca proferri, ubi dicat, omnes libros, qui canonici vocantur, eſſe infallibilis veritatis.* Verum nec hæc ratio alicujus eſt roboris. Eſto enim, non exſtet apud Auguſtinum, præter illum, qui libro II de Doctr. Chr. cap. IIX habetur, ullus locus alius, in quo liber aliquis vocetur canonicus, & tamen non habeatur pro tali, qui ſit indubitatæ veritatis, nihilo tamen minus certum manet, in laudato de Doctrina Chriſtiana opere *τὸ canonicum* ſic accipi, ut omnino etiam libris, de quorum veritate dubitatur, tribuatur. Sicut enim in iis locis, ad quæ provocat Bellarminus, contextus nos docet, quod vocabulum *canonici* ſumatur ibi in propria & ſtricta ſignificatione, prout ſcilicet competit libris indubiæ veritatis immotæq; certitudinis: ita non minus libro II de Doctr. Chr. cap. IIX contextus evincit irrefragabiliter, eandem vocem latiori ſenſus ambitu ibi capi.

*Alterum Bell. argumentum pro voce canonici ſtricte ab Auguſtino d. l. ſumpta.*

*Reſponſio.*

xvii. Et ſane infrequens non eſt, idem vocabulum, ab eodem autore aliquoties uſurpatum, uno in loco ſignificatum obtinere, quem non ſuſtinet in ullo reliquorum. Poſſet id vel mille oſtendi exemplis. Hoc loco non niſi unum alterumve, quod quidem memoria

*Eadem vox diverſiſſimo ſæpe ſenſu ab eodem autore uſurpatur.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718

ria nunc ſuggerit, producimus. Crebro ſatis in Eccle-
ſiaſtico occurrunt voces, προφητεύω, προφητεία, προφήτης.

*Quid προφητεύειν notet Sir. 48, 14.*

Vide cap. XXXVI, 17, 18. XLIV, 4. XLVI, 1, 16, 18, 23. XLVII, 1.
XLIIX, 1, 8, 14, 25. XLIX, 9. 12. Capite XLIIX, 14. de Eliſæo
ita legitur: ἐν κοιμήσει προεφήτευσε τὸ σῶμα αὐτοῦ. Dic, ſo-
des, quid heic notat vox προφητεύειν? id liquet ex com-
mate immediate ſeqventi, ubi de eodem Eliſæo dici-
tur: ἐν τῇ τελευτῇ αὐτοῦ θαυμάσια τὰ ἔργα αὐτοῦ. Nempe re-
ſpicitur ad hiſtoriam de homine mortuo, ex oſſium Eli-
ſæi contactu vitæ reſtituto, quæ II Reg. XIII, 21. deſcri-
pta extat. Ergo τὸ προφητεύειν heic eſt, *miracula edere*.
At vero in tali ſignificatu alias nuſpiam ea vox apud
hunc autorem, qui tamen, ceu vidimus, ſatis frequen-
ter illa utitur, occurrit. Sic dudum obſervarunt eru-

*τὸ νῖκος quid ſignificet 1 Cor. 15, 54.*

diti, in illis Apoſtoli verbis: κατεπόθη ὁ θάνατος εἰς νῖκος,
I. Cor. XV, 54. vocabulum νῖκος notare *æternitatem* vel
*perpetuitatem*; ut ſenſus ſit: *abſorpta eſt mors in perpetuum*:
ad imitationem videlicet Hebraici נצח, quod non *victo-
riam* tantum ſignificat, ſed & *perpetuitatem*: & poſterius
hoc quidem illo ipſo loco, quem indubie heic expri-
mere voluit Apoſtolus. (Quidni enim reſpiceret ad
Eſ. XXV, 8. ubi diſerte hæc habentur verba: בלע המות לנצח
*abſorbebit mortem in ſempiternum*?) Et tamen alibi quan-
do voce νῖκος utitur Paulus, nusquam ea *perpetuitatem*
deſignat ſive *æternitatem*: ſed pro *victoria*, idq; elegan-
ti Antanaclaſi, bis illam uſurpat, eodem, quem citaba-

*σκεῦος quid 1 Theſſ. 4, 4.*

mus, loco, comm. 55 & 57. Similiter nomen σκεῦος quid
aliud ſignificat eidem Apoſtolo, quam *corpus*, (iterum
ad modum Hebrææ vocis כלי) dum unumquemq; fi-
delium jubet τὸ τοῦ ἑαυτοῦ σκεῦος κτᾶσθαι ἐν ἁγιασμῷ καὶ τιμῇ,
I Theſſ. IV, 4? neq; tamen alibi, ut Rom. IX, 21, 22, 23.
II Cor.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

II Cor. IV, 7. II Tim. II, 20, 21. tali ſenſu iſtud vocabulum uſurpatur.

XIIX. Atq; ita ſufficienter, credo, patet, ſi vel maxime præter illum locum, qui in ſcripto de Doctrina Christiana habetur, non extaret apud Auguſtinum ullus alius, ubi *τὸ canonicum* in laxiori ſignificatu adhiberetur, quam ut ſolis libris Scripturæ indubitato θεοπνεύστοις competere queat, ſed alias conſtanter vocabulum iſtud ſtrictiori ſenſu ab eodem uſurparetur, nondum tamen inde ſecuturum eſſe id quod vult Bellarminus, ſcilicet etiam in illo, quem diximus, loco, *τὸ canonicum* proprie & ſtricte ſumi debere. Interim nec hoc quidem vero ſatis conſentaneum eſſe arbitramur, quod non extet, præter illud unicum, teſtimonium Auguſtini aliud, qvo comprobari poſſit, cepiſſe ipſum latius aliquando terminum *canonici*. Qvam in rem conſiderandum proponimus locum, qui extat libro XIIX de Civ Dei cap. XXXVI. Is ita habet: *Supputatio temporum*, a reſtituto templo usq; ad Ariſtobulum Regem Judæorum, *non in Scripturis ſanctis, quæ canonicæ appellantur, ſed in aliis invenitur: in quibus ſunt & Machabæorum libri; quos non Judæi, ſed Eccleſia pro canonicis habet, propter quorundam martyrum paſſiones vehementes atq; mirabiles, qui, antequam Chriſtus veniſſet in carnem, usq; ad mortem pro Dei lege certaverunt, & mala graviſſima atq; horribilia pertulerunt.* Dicit, ecce, Maccabæorum libros non eſſe inter Scripturas ſanctas, quæ *canonicæ* appellantur, ſed inter alias; & tamen ſtatim ſubjungit, Eccleſiam habere eos pro *canonicis*. Ergone Eccleſia libros pro canonicis habet, qui inter Scripturas canonicas non ſunt? aut num forte in veſtigio ſemetipſum conficit, ac in uno

*Alius Auguſtini locus, quo vocem* canonici *latius accipit.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

uno eodemq; commate ſibi contradicit tantus do-
ctor ? Scilicet cum negat, libros Maccabæorum inter Scripturas canonicas eſſe, vocem *canonici* accipit ſtricte, prout notat id, quod a ſcriptore θεοπνεύστῳ ac falli neſcio profectum eſt; dum vero ait, eosdem libros ab Eccleſia pro canonicis haberi, vocabulum late ſumit, quatenus liber canonicus etiam ille dicitur, qui ob eximia, quæ proponit, pietatis, zeli, & conſtantiæ exempla, ad ædificationem plebis in Eccleſia legitur. Id quod manifeſto innuit, quando ſæpe memoratos Maccabæorum libros ab Eccleſia pro canonicis haberi aſſerit *propter quorundam martyrum pasſiones*. Idem diſertius adhuc proponit libro II contra Epiſtolam Gaudentii, cap. XXIII, qvum de eadem Maccabæorum ſcriptura : *Recepta eſt*, ait, *ab Eccleſia ---- maxime propter illos Maccabæos, qui pro Dei lege, ſicut veri martyres, a perſecutoribus tam indigna atq; horrenda perpeſſi ſunt: ut etiam hunc populus Chriſtianus adverteret, quoniam non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis.* Viden', aſſerere Auguſtinum, receptos eſſe illos libros ab Eccleſia, non propter θεοπνευστίαν (quæ ſane unica eſt & adæquata cauſa, ob quam in canonem proprie dictum liber aliquis Biblicus recipitur) ſed propter Maccabæorum martyrum hiſtoriam? quorum ſcilicet utile erat exemplum proponi, ut adderet ſtimulum ad martyrium credentibus in Chriſtum, cum audirent, tantam fuiſſe conſtantiam in legis cultoribus, puderetq; eos, niſi pro Evangelio & nomine CHRISTI idem alacriter ſubirent.

*Cajetani teſtimonium.* XIX. Et huc faciunt illa celeberrimi Cardinalis, Cajetani, quæ leguntur ſub finem Commentarii ejus

in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

in libros hiſtoricos V. T. *Ne turberis novitie*, ſcribit nimi-
rum, *ſi alicubi reperies libros iſtos* (Judith, Tobiæ, Macca-
bæorum,) *inter canonicos ſupputari, vel in ſacris Conciliis,*
*vel in ſacris Doctoribus. Nam ad Hieronymi limam reducen-*
*da ſunt tam verba Conciliorum, quam Doctorum. Et juxta*
*illius ſententiam ad Chromatium & Heliodorum Epiſcopos, li-*
*bri iſti (& ſi qui alii ſunt in canone Bibliæ ſimiles) non ſunt ca-*
*conici, id eſt, non ſunt regulares, ad firmandum ea, quæ ſunt*
*fidei; poſſunt tamen dici canonici, id eſt, regulares, ad ædifi-*
*cationem fidelium, utpote in canone Bibliæ ad hoc recepti &*
*authorati.* CUM HAC DISTINCTIONE DISCERNERE POTE-
RIS DICTA AUGUSTINI ET SCRIPTA IN PROVINCIALI CONCI-
LIO CARTHAGINENSI. Ita Thomas de Vio Cajetanus, *Cajetani laudes.*
*vir ſummi ingenii, nec minoris pietatis* Bellarmino, lib. de
Script. ad ann. cIↄ Iↄ. *vir de myſteriis fidei bene ſentiens, &*
*de Theologia optime meritus* Pererio, in caput I Geneſeos;
*Theologus incomparabilis, & inter eruditiſſimos doctiſſimi ſui*
*ſeculi longe eruditiſſimus* Sixto Senenſi, lib. IV Bibliothe-
cæ, & Antonio Poſſevino in Apparatu; *vir tam inſigni-*
*ter doctus, ut nulli ex his, qui ſuo tempore floruerunt, ſecundus*
*fuerit*, Alphonſo de Caſtro, lib. II adverſus hæreſes, tit.
*Adam*, hær. VI; quique, ſi Oratori, qui eum laudavit,
Sixto item & Poſſevino, credimus, votis omnium Pon-
tificatui (quem tamen, morte præventus, obtinere
haud potuit) fuit deſtinatus.

XX. Antequam Auguſtini locum, in quo expli- *Novum argumentum, quod Auguſtinus & Synodus Carthaginenſis voce canoni-*
cando & vindicando hactenus laboravimus, & Conci-
lium Carthaginenſe; ad cujus canonem de Scripturæ
libris eadem quaſi opera conſiderandum hac occaſio-
ne fuimus delapſi, miſſum faciamus, de uno adhuc le-
ctorem monendum ducimus. Docet Bellarminus ſu-

*ci in laxiori ſignificatione utantur.* pra capite VII, Auguſtinum & Concilium Carthaginenſe, quando de libris Biblicis agunt locis hactenus abs nobis diſcuſſis, de iis loqui juxta editionem illam Græcam, quam Hieronymus vulgatam appellare ſolet. Aſſerit idem infra capite XX, librum, qui in vulgata Latina eſt tertius Eſdræ, eſſe in Græco primum, & rurſus, qui primus ſunt & ſecundus in editione Latina, eſſe ſecundum in Græca. Id quod ibidem etiam propugnat, & ex Synopſi Athanaſiana confirmat, Bellarmini hyperaſpiſtes Gretſerus. *col. 341.* Ex his igitur nunc ita inferimus: Si Auguſtinus & Concilium Carthaginenſe, dum libros canonicos recenſent, de iis loquuntur juxta editionem Græcam, atque ita, quando duos Eſdræ libros nominant, intelligunt illos tres, qui habentur in vulgata Latina, utique neceſſario ſequitur, aut tertium quoq; Eſdræ librum eſſe vere proprieq; dictum canonicum; idque non tantum ex mente Auguſtini & Concilii Carthaginenſis, ſed etiam ex mente totius Eccleſiæ, utpote a qua, *col. 89.* juxta Gretſeri hypotheſin, Synodus Carthaginenſis approbata fuit ac recepta: aut Auguſtinum & Concilium Carthaginenſe non loqui de genuinis ſtricteque dictis libris canonicis. Prius juxta ipſoſmet Pontificios falſum eſt. Vide Bellarminum infra capite ultimo. Ergo relinquitur poſterius.

*Bellarmini objectio ex Hieronymo.* XXI. Sed ſatis tandem de loco Auguſtini, quo vocem *canonici* in latiori is ſignificatione uſurpat. Monet amplius ipſe Bellarminus, pro laxa illa vocabuli hujus acceptione id porro poſſe urgeri, *quod B. Hieronymus in prologo Galeato dicat, libros canonicos dividi in legem, Prophetas, & hagiographa; & ipſe idem præfatione in Tobiam, & præfatione in Judith, dicat, hos libros inter hagiographa etiam*

*à Judæis*

*à Judæis numerari, & tamen non eſſe idoneos ad fidei dogmata confirmanda.* Reſpondet autem paulo poſt, *duo genera hagiographorum Judæos habuiſſe, quædam intra arcam, & quædam extra arcam, ut doceat Epiphanius lib. de menſuris & ponderibus. Quæ erant intra arcam*, inquit, *hagiographa dicebantur, ad diſtinctionem hiſtoricorum & Propheticorum voluminum. Et hæc canonica habebantur. Et de his loquitur Hieronymus in prologo Galeato. Quæ autem erant extra arcam, dicebantur hagiographa, ad diſtinctionem canonicorum & ſacrorum. Et de his loquitur Hieronymus in præfatione Tobiæ & Judith. Ex quo patet*, (ſic tandem concludit) *nunquam canonicos dici à Hieronymo eos libros, de quibus dubitari poſſit.* *Ejuſdem ad illam reſponſio.*

XXII. Verumenimvero, licet, quantum ad rem ipſam attinet, nos quidem illi argumento nihil omnino tribuamus, quippe quod, (veluti deinceps oſtendemus) falſæ ac depravatæ verborum Hieronymi lectioni innititur: ſi tamen teſtimonia, ex præfatione in Tobiam & Judith petita, ſic ſe haberent, uti ea producit Bellarminus, non ſane video, quomodo argumento inde formato ſatisfactura eſſet illa Cardinalis reſponſio. Nam quantum ad autoritatem Epiphanii, cui Bellarmini reſponſio unice ſuperſtructa eſt, ille, ubi recenſuiſſet libros V. T. citra controverſiam canonicos, interque eos etiam hagiographa, (quæ eſſe ait libros Joſuæ, Judicum, Ruth, Paralipomenon, Regum,) hæc tandem ſubjungit: ἐπληρώθησαν οὖν αἱ εἰκοσιδύο βίβλοι κατὰ τὸν ἀριθμὸν τῶν εἰκοσιδύο στοιχείων παρ' ἑβραίοις· αἱ γὰρ στιχήρεις δύο βίβλοι, ἥτε τοῦ Σολομῶντος, ἡ Πανάρετος λεγομένη, καὶ ἡ τοῦ Ἰησοῦ, τοῦ υἱοῦ Σιρὰχ, ἐκγόνου δὲ τοῦ Ἰησοῦ, τοῦ καὶ τὴν σοφίαν ἑβραϊστὶ γράψαντος, ἣν ὁ ἔκγονος αὐτοῦ Ἰησοῦς ἑρμηνεύσας ἑλληνιστὶ ἔγραψε, *Examen.*

καὶ αὐτοὶ χρήσιμοι μέν εἰσι καὶ ὠφέλιμοι, ἀλλ' εἰς ἀριθμὸν ῥητῶν οὐκ ἀναφέρονται. διὸ οὐδὲ ἐν τῷ ἀρῶν ἀνετέθεσαν, τουτέστι ἐν τῇ τῆς διαθήκης κιβωτῷ, (ſic enim heic legendum, recte monet col. 212. Gretſerus. Nec aliter fere in ſua editione legit Dionyſius Petavius. Et ſane mendum apud Epiphanium eſſe, clare patet ex Damaſceno, lib. IV, cap. XIIX, qui, Epiphanii verbis dubio procul inductus, dum de Παναρέτῳ ſeu Sapientia, & Siracide loquitur: ἐνάρετοι μὲν, inquit, καὶ καλαὶ, ἀλλ' οὐκ ἀριθμοῦνται, οὐδὲ ἔκειντο ἐν τῇ κιβωτῷ.) *Completi itaque ſunt viginti duo libri, juxta numerum viginti duorum apud Hebræos elementorum. Nam duo illi libri verſuſcripti, Salomonis Sapientia, πανάρετος appellata, & Sapientia Jeſu, filii Sirach, nepotis autem Jeſu, qui & Sapientiam illam Hebraice ſcripſit, quam nepos ipſius interpretatus Græce conſcripſit, utiles quidem ſunt & commodi, ſed in numerum dictorum non referuntur. Quare nec in Aron repoſiti ſunt, hoc eſt, in arca Teſtamenti.* Sic ergo habet ille Epiphanii locus, cui innititur ſuperius memorata Bellarmini Epiphanii error. reſponſio. Sed heic primo manifeſtum eſt, hallucinatum eſſe Epiphanium, quando codicem ſacrum in arca federis poſitum fuiſſe ſcribit. Neque enim in arca illa quidquam poſitum erat præter *duas illas tabulas lapideas, quas collocaverat ibi Moſes in Horebo*, Ex. XL, 20. I. Regg. IIX, 9. II Paral. V, 10. neque, exuſto templo priore, ſupererat in poſteriore arca federis. Unde etiam dubitat Jeſuita Petavius, an ultima iſthæc verba, ſive, ut vocat, nugæ iſtæ, ſint Epiphanii. Ita nimirum in ſuis Animadverſionibus ſcribit: *Perſuaſum habuit Epiphanius, ſacros codices in arca reconditos fuiſſe: ſi hæc ſunt Epiphanii, & non inepti cujuſpiam, qui HAS NUGAS ad oram adſcripſerat.* Idem male abs Bellar- Deinde nec dicit quidem heic Epiphanius, quod ipſum dicere affirmat Bellarminus; ſcilicet, *duo genera hagiogra-*

gra-

*graphorum Judæos habuiſſe, quædam intra arcam, & quædam extra arcam.* Profecto nec vola nec veſtigium appareret apud Epiphanium de duplici hagiographorum genere. Sed iſtis duntaxat libris Hebraicis, quos ſupra nos recenſebamus, hagiographorum titulum ille tribuit; de Sapientia vero & Siracide dicit quidem quod in arca non fuerint, ſed quod peculiare hagiographorum genus apud Judæos vel ſoli, vel una cum reliquis libris apocryphis ei conſtituerint, id vero nec verbulo innuit. *mino citatus.*

XXIII. Alias quod conciliationem prologi galeati cum præfationibus Hieronymi in Tobiam & Judith attinet, notanda ſunt verba Autoris, qui præfatus eſt in Biblia, una cum Gloſſis interlineari & ordinaria, Commentario, ſive Poſtilla, ut vocant, Lirani, & Additionibus Pauli Burgenſis, Replicisque Matthiæ Doringi, Baſileæ anno cIↃ IↃ VI edita. Ita vero ille: *Neminem moveat, quod in Judith & Tobiæ prologis dicitur, quod apud Hebræos inter Hagiographa leguntur: quia manifeſtus eſt error; & APOCRYPHA, non HAGIOGRAPHA, eſt legendum. Qui error in omnibus, quos viderim, codicibus invenitur: & inolevit, (ut puto) ex pietate & devotione exſcribentium, qui devotiſſimas hiſtorias horrebant annumerare inter apocrypha. Nam quod hic error multis retro annis codices occupaverit, oſtendit Magiſter in hiſtoria Judith, ubi dicit: Hic liber apud Chaldæos inter hiſtorias computatur; & apud Hebræos inter apocrypha: quod dicit Hieronymus in prologo, qui ſic incipit: Viginti & duas literas. Si ergo alicubi in prologo ſuper Judith legitur, inter Hagiographa, vitium ſcriptoris eſt. ------ Nam quum Hieronymus in prologo galeato poſt enumerationem canonicorum librorum dicat: Hic prologus Scripturarum, quaſi galeatum principium, omnibus libris, quos*

*An Hieronymus apocryphos libros vocaverit hagiographos.*

*de Hebræo vertimus in Latinum, convenire poteſt, ut ſcire valeamus, quicquid extra hos eſt, intra apocrpypha eſſe ponendum. Igitur Sapientia, quæ vulgo Salomonis inſcribitur, & Jeſu filii Sirach liber, & Judith, & Tobias, & Paſtor, non ſunt in canone. Quomodo credendum eſt, illum poſtea in illis prologis ſcripſiſſe:* INTER HAGIOGRAPHA; *& ſibi ipſi contradicere? Si quis præterea libratiori examine Hieronymi verba in dictis prologis perpenderit, animadvertet, illum ſcripſiſſe* APOCRYPHA, *non* HAGIOGRAPHA. *Dicit enim in prologo Tobiæ: Exigitis, ut librum Chaldæo ſermone conſcriptum ad Latinum ſtilum traham; librum utiq; Tobiæ, quem Hebræi de catalogo divinarum Scripturarum ſecantes, his, quæ Apocrypha memorant, manciparunt. In Judith autem ait: Apud Hebræos liber Judith inter Apocrypha legitur: cujus auctoritas ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea judicatur. Cum itaq; dicat, Hebræos ſecare Tobiam de catalogo divinarum Scripturarum, & Judith auctoritatem minus idoneam judicari; ſi inter Hagiographa numeraret, & non inter Apocrypha, contraria videretur in eodem loco ſcripſiſſe. Sed, ut dixi, ſcriptores hoc nomen* APOCRYPHA *horrentes, devotione ac pietate quadam, rejecto* APOCRYPHA, HAGIOGRAPHA *ſcripſerunt.* Ubi notetur, quod per *Magiſtrum*, ad quem provocat, autor innuat Petrum Comeſtorem, qui (verba ſunt Henrici Gandavenſis, libro de Scriptor. cap. XXXII,) *ſtudens utilitati in Theologia ſtudentium, omnes hiſtorias Veteris ac Novi Teſtamenti breviavit in unam hiſtoriam, quam vocavit Scholaſticam*, indeq; dictus *Magiſter hiſtoriæ Scholaſticæ*. Ejusdem Comeſtoris verba producit quoq; & laudat Brito (qui Expoſitiones prologis Biblicis Hieronymi addidit) ad prologum in Judith: qui idem etiam ſcriptor, exponens prologum in Tobiam, ad vocem HAGIOGRAPHA: *Alia*, inquit, *litera habet* APOCRYPHA; *quod*

*melius eſt: quia Hieronymus in prologo galeato, numeratis libris canonicis, inter quos iſte non eſt, infert: Quidquid extra hos eſt, inter apocrypha eſt computatum.* Confer quoq; Johannem Driedonem, Theologum Lovanienſem, libro I de Eccleſiaſticis Scripturis & dogmatibus cap. IV. Conſentit porro Leander de S. Martino, Benedictinus, qui in editiones ſupra dictorum Bibliorum Duacenſes & Antverpienſes præfatus eſt, & prologis Hieronymi novas expoſitiones adjecit. Scribit enim ad prologum galeatum: *Quod dicit* Hieronymus *aliquoties, hos libros ab Hebræis inter hagiographas Scripturas collocari, exiſtimo loca illa eſſe corrupta, & vocem* HAGIOGRAPHA *pro* APOCRYPHIS *poni.* Simili modo Petrus Garſias Galarſa, Epiſcopus Caurienſis, libro IV Evangel. Inſtitutionum cap. I fatetur, mendum eſſe in textu Hieronymi, & pro APOCRYPHIS in præfationibus ad Tobiam & Iudith legi HAGIOGRAPHA. Adde, qui idem conjectat, Card. Hugonem Explicatione prologi Hieronymiani in Judith.

XXIV. Sed tempus eſt, ut, poſtea quam cognovimus, quæ Auguſtini fuerit Synodiq; Carthaginenſis de libris canonicis ſententia, & quod nullatenus hodiernæ Pontificiorum opinioni illa patrocinetur, paucis nunc etiam, quid reliqua, ad quæ Bellarminus provocat, teſtimonia in receſſu habeant, diſpiciamus. Ubi primo loco occurrit teſtimonium Innocentii, Epiſcopi Romani: de quo alias affirmare ſolent Pontificii, quod primus fuerit, qui de canone legitime definiverit, & libros, de quibus nos inter ac ipſos hodie controvertitur, in illum retulerit. Vide inter alios Martinum Becanum in Manuali controverſiarum lib. I, cap. I, quæſt. I, num. VI; & in Theologia Scholaſtica parte II, tom. II, tract. I, cap. III, quæſt. I, num. VI; item

*Cætera, quæ pro librorũ controverſorum canonica autoritate Bell. urget, teſtimonia conſiderantur.*

*Innocentii teſtimonium examinatur.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

item in tractatu de analogia V. ac N. Teſtamenti cap. I, quæſt. I. Quæ opinio ſufficienter refellitur ex iis, quæ jam ſupra num. XIV abs nobis diſputata ſunt, & heic omnino repeti debent; tum quoque ex ipſiusmet Innocentii verbis. Conſultus nimirum ille de libris ſacris aliisque nonnullis ab Exuperio, Epiſcopo Toloſano, reſpondet in hunc modum: *Conſulenti tibi, frater chariſſime, quid de propoſita ſpecie* (quæſtione) *unaquaq; ſentirem; PRO CAPTU INTELLIGENTIÆ MEÆ, quæ ſunt viſa, reſpondi, quid ſequendum VEL DOCILIS RATIO PERSVADERET, VEL AUTORITAS LECTIONIS OSTENDERET, VEL CUSTODITA SERIES TEMPORUM DEMONSTRARET.* Et paulo poſt ait: *Mihi quoque ipſi de collatione docilitas accedit, dum perſcrutatis rationibus ad propoſitum reſpondere compellor: eoq; fit, ut SEMPER ALIQUID ADDISCAT, QUI POSTULATUR VT DOCEAT.* Quæ ſane non ſunt verba Pontificis definientis ex cathedra, & tanquam infallibiliter verum aliquid proponentis, quodque in univerſum omnes, qui ab Eccleſia catholica extorres audire nolint, amplecti & ſequi oporteat: ſed ex proprio ingenio, quid ſibi potiſſimum videatur, expromentis. Vide, quæ de hujus generis Pontificum reſponſis monet ipſe Bellarminus lib. IV de Rom. Pontifice cap. XIV, dum de Cæleſtino ac Innocentio agit. Et ſane ſi Innocentius definivit tanquam Pontifex, libros Eccleſiaſticos, quos e canone nos excludimus, pro genuinis canonicis eſſe habendos, utique hæreticos oportet fuiſſe Gregorium ceterosque a nobis num. XIV enumeratos doctores omnes, quod iſti Pontificiæ determinationi non inhæſerunt. Nam juxta Pontificiorum doctrinam, quod a Papa certo ac legitimo definitum eſt, ei ſcienter contravenire, ſine controverſia hæreticum eſt.

XXV. Quan-

XXV. Quanquam vero Bellarminus non videatur aliis Pontificiis aſſentiri in eo, quod, quæ de canone Biblico habet Innocentius, ex cathedra ab eodem determinata ſint, attamen nec illud quidem admittimus, quod ipſe vult, loqui ſcilicet Innocentium in ſua Epiſtola de libris canonicis proprie & ſtricte acceptis. Repetimus quippe heic argumentum ſupra num. XX propoſitum; quod contra Bellarminum eſt plane invictum. Deinde ex textu quoque Innocentii manifeſtum eſt, quod libros canonicos iis opponat, qui prorſus ex Eccleſia eliminandi ſunt & damnandi. Ubi enim recitaſſet, qui ſint in canone Scripturarum, ſubjungit: *Cætera autem, quæ vel ſub nomine Matthiæ, ſive Jacobi Minoris, vel ſub nomine Petri & Joannis, quæ a quodam Leveio ſcripta ſunt, vel ſub nomine Andreæ, quæ a Nexochariđe & Leonide Philoſophis, vel ſub nomine Thomæ, & ſi quæ ſunt alia, non ſolum repudianda, verum etiam noveris eſſe damnanda.* Atqui hæc eſt illa vocis *canonici* ſignificatio laxior, de qva ſupra num. IV, ſeqq. actum eſt.

XXVI. Quæ amplius producit teſtimonia Cardinalis, minoris ſunt momenti. Gelaſius ſacros, quos recenſet, libros haud vocat *canonicos*; ſed duntaxat *libros Veteris Teſtamenti.* Sic enim habet epigraphe, quam ſuæ enumerationi præmittit: *Ordo librorum Veteris Teſtamenti, qvem ſancta Catholica Romana ſuſcipit & veneratur Eccleſia, digeſta a Gelaſio Papa, cum ſeptuaginta Epiſcopis.* Poſſunt autem libri etiam, de quibus contendimus, Veteris Teſtamenti libri nuncupari, quod nempe ſub veteri fœdere ſint ſcripti. Poteſt item de ipſis affirmari, quod ſuſcipiat eos & veneretur Eccleſia; quia videlicet ad inſtructionem populi morumq;

*Gelaſii teſtimonium perpenditur.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ædificationem publice in eccleſia leguntur. Neque tamen inde ſequitur, quod ſtricte ſint & in rigore canonici. Adde, ne quidem ſatis conſentire catalogum, quem pertexit Gelaſius, cum Innocentii, Auguſtini, cæterorumq; Carthaginenſium Patrum enumeratione, ſiquidem non niſi unum Maccabæorum librum ponit, cum illi duos numerent.

*Ad Iſidori, Rabani, Caßiodori teſtimonia reſpondetur.*

XXVII. Deniq; Iſidorus, ut Auguſtinum ſequitur, hujusq; verba fere uſurpat: ita eodem qvoque modo ut Auguſtinus erit exponendus; quemadmodum item, qui Iſidorum exſcribit, Rabanus. Sed & Caſſiodorus haud dubie Eccleſiaſticos libros cæteris alia de cauſa non annumerat, quam quod conſcripti ſunt *propter virtutes excellentiſſimas morum: ut patientiam, ut ſpem, ut caritatem, ut etiam in fœminis fortitudinem, ut pro DEO contemptam præſentis ſeculi vitam, vel cætera, quæ illic virtutum genera Domino præſtante floruerunt, noſtris animis competenter infunderent:* hæc enim ejus verba ſunt Inſtitutione ſive Introductione in lectionem divinarum Scripturarum capite VI.

*Bell. reſponſio ad argumentum, quod contra autoritatem canonicam librorum eccleſiaſticorum urgent Proteſtantes.*

XXIIX. Diſcuſſis ita, quæ pro ſua ſententia ſtabilienda, & Proteſtantium adverſus ea exceptiones refellendas, affert Bellarminus, reſtat ut illa, quæ ad noſtrum, quod contra librorum eccleſiaſticorum canonicam autoritatem urgemus, argumentum reſpondere conatur, diluamus. Dicit, Proteſtantes urgere hanc rationem: *Eccleſia, quæ fuit eo tempore, quo libri iſti editi ſunt, dubia fuit de eorum auctoritate, neceſſariò igitur etiam Eccleſia poſterior de eisdem libris dubia eſſe debet.* Quod argumentum ex noſtra mente rectiſſime ibidem confirmat Cardinalis. Reſpondet autem, *Eccle-*

*ſiam*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*ſiam veterem dubitaſſe de his libris, duobus modis intelligi poſſe: uno modo, quod ita fuerit dubia, ut nulli homines ejus temporis eſſent, qui teſtari poſſent, eos libros à Prophetis vel Apoſtolis editos.* Et hoc modo, inquit, *argumentum ſuas habet vires: ideo enim librum Henoch non recipit Eccleſia, quia nulla habuit teſtimonia ejus temporis, quo liber ſcriptus erat, nec etiam temporum proximorum, ut Beatus Auguſtinus docet lib. 18. de Civit. Dei, cap. 38. Sed negamus hoc modo dubiam fuiſſe priſcam Eccleſiam: Conſtat enim, ſemper fuiſſe aliquos fide dignos, qui hos libros canonicos putarent. Altero modo* (ita pergit,) *poteſt intelligi, Eccleſiam dubitaſſe, quia aliqui dubitabant, nec tamen ipſa Eccleſia tunc rem iſtam definire voluit. Et hoc veriſſimum eſt, ut rectè probant teſtimonia adducta: ſed non poteſt inde colligi, poſteriorem Eccleſiam dubiam eſſe debere. Idq́ hoc modo probamus. De libro Judith fuit initiò dubitatum, tamen Nicæna Synodus eum librum in canonem recepit, teſte Hieronymo præfatione in Judith, quam Synodum unà cum tribus aliis hæretici recipiunt & magni faciunt. Non igitur cogimur ſemper dubitare, etiamſi aliquando dubitatum eſt.*

*Examen. Bell. mirè involvit ac pervertit ſtatum controverſiæ.*

XXIX. Sed iſthæc Bellarmini reſponſio non una ratione impingit. Et primo quidem ſtatum controverſiæ miris modis pervertit Cardinalis. Dum enim quæritur: an Eccleſia, *quæ fuit eo tempore, quo*, ſaltim ex Pontificiorum hypotheſi, *libri iſti* (Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, & Maccabæorum) *editi ſunt*, dubia fuerit de eorundem autoritate; hoc eſt, an Synagoga Judaica de iis dubitaverit; reſponſurus ad argumentum noſtrum Bellarminus, & diſtincturus antecedens, ita procedit, ac ſi in quæſtione eſſet; num de controverſis iſtis libris dubitaverit *Eccleſia vetus* Christiana.

Nam hanc ipſam *Eccleſiæ veteris* nomine Cardinalem innuere, inde manifeſto patet, quod paulo poſt antecedens noſtrum falſitatis convincere vult ex eo, quod *ſemper fuerint aliqui fide digni, qui hos libros canonicos* putarent: (ubi non de Judæis ipſum loqui, utpote quorum nullus unquam libros iſtos controverſos putavit canonicos, ſed de Chriſtianis, in aprico eſt, & oſtendunt inſuper teſtimonia Patrum, ad quæ mox provocat) imo quod deinde conceptis verbis fatetur, non haberi de illis libris teſtimonia a *Synagoga Judæorum*, ſed ab *Eccleſia Apoſtolica*. Atque hoc eſt unum, quod heic notari velim: nempe Bellarminum, cum ipſe argumenti noſtri antecedens ad hunc modum propoſuiſſet: *Eccleſia, quæ fuit eo tempore, quo libri iſti editi ſunt*, (tempore puta Teſtamenti veteris) *dubia fuit de eorum auctoritate*; & inſuper in confirmatione argumenti, quam ex noſtra mente ſubjungit, diſerte poſuiſſet, *dubitaſſe de his libris* SYNAGOGAM JUDÆORUM; e veſtigio quæſtionis ſtatum ita immutare, ac ſi antecedens noſtrum eſſet hoc: *Eccleſia primæva* CHRISTIANA *dubia fuit de librorum iſtorum* controverſorum *auctoritate*: quod ſane nullatenus decebat virum, qui cordatus haberi vult diſputator.

*Id amplius oſtenditur.* XXX. Porro adhuc alia in Bellarmini reſponſione occurrunt, quæ & ipſa ſtatum controverſiæ non leviter immutant, aut certe eum involvunt, dubiumq; & obſcurum reddunt. Quid enim illud eſt, amabo, quod ait, argumentum noſtrum ſuas habere vires, ſi antecedens velit, *quod* Eccleſia de libris controverſis *ita fuerit dubia, ut nulli homines ejus temporis eſſent, qui teſtari poſſent, eos libros a Prophetis* VEL APOSTOLIS *editos?*

Quorſum

Quorſum heic mentio *Apoſtolorum?* annon tota controverſia, quam hoc capite tractat Cardinalis, eſt de libris Tobiæ, Judith, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, & Maccabæorum? Sane id oſtendit capitis epigraphe, ac res ipſa inſuper abunde docet. Quid ergo attinet quærere, an de libris, de quibus in præſenti contendimus, veteres teſtentur, vel non teſtentur, quod, ſive omnes, ſive aliqui eorum, editi fuerint ab APOSTOLIS? Enimvero ſi ab autoribus θεοπνεύστοις profecti ſunt illi libri controverſi, a Prophetis ſcriptos eſſe oportuit, & non ab Apoſtolis; cum librorum ſacrorum (non Novi, ſed) Veteris Teſtamenti affectent titulum.

XXXI. Sed nondum eorum finis, quibus rei præſenti caliginem offundere ſatagit Bellarminus. Oſtenſurus videlicet, quod argumentum noſtrum, ſi ſic informetur ut ille informat, ſuas habeat vires, in exemplum proferens librum Henoch, *ideo enim*, inquit, *librum Henoch non recipit Eccleſia, quia nulla habuit teſtimonia ejus temporis, quo liber ſcriptus erat, nec etiam temporum proximorum, ut Beatus Auguſtinus docet lib. 18. de Civit. Dei, cap. 38.* Ubi tranſeat, quod ſcribit Cardinalis, Auguſtinum citato loco docere, Eccleſiam ideo librum Henoch non recipere, quia nulla habuerit teſtimonia ejus temporis, quo liber erat ſcriptus, nec etiam temporum proximorum; cum tamen de illa ratione ne γρῦ quidem ibi legatur, ſed Auguſtinus potius dicat, quo minus in autoritate eſſet prophetia Henoch, nimiam feciſſe antiquitatem; *propter quam*, ait, *videbantur habenda eſſe ſuſpecta, ne proferrentur falſa pro veris.* Tranſeant, inquam, hæc. Id vero obſervet lector, rurſum, controverſiæ ſtatus ut pervertatur, reſponſioni

*Idem demonſtratur porro.*





Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ſioni ſuæ Bellarminum inſerere illa verba: *NEC ETIAM TEMPORUM PROXIMORUM.* Minus profecto candide. Neque enim argumenti noſtri antecedens, cujus ſenſum heic indagat Cardinalis, ſic habet: *Eccleſia, quæ fuit eo tempore, quo libri iſti* controverſi *editi ſunt, AUT ETIAM TEMPORIBUS PROXIMIS; dubia fuit de eorum auctoritate;* ſed ipſe Bellarminus ita id proponit: *Eccleſia, quæ fuit eo tempore, quo libri iſti editi ſunt, dubia fuit de eorum auctoritate.* Scilicet Auguſtinum heic ſequimur, qui, quoties agit de quæſtione: unde certi ſimus, hunc vel illum librum hujus eſſe vel illius autoris; ad eorum teſtimonium recurrit, qui illo ipſo tempore, quo ſcriptus eſt liber, in vivis fuere. Ita libro XXIIX contra Fauſtum Manichæum cap. II: *Sicut ego credo*, inquit, *illum librum eſſe Manichæi, quoniam ex ipſo tempore, quo Manichæus vivebat in carne, per diſcipulos ejus certa ſucceſſione Præpoſitorum veſtrorum ad veſtra usque tempora cuſtoditus atque perductus eſt: ſic & iſtum librum crede eſſe Matthæi, quem ex illo tempore, quo Matthæus in carne vixit, non interrupta ſerie temporum, Eccleſia certa connexionis ſucceſſione usque ad tempora iſta perduxit.* Item libro XXXIII contra eundem cap. VI, ubi adverſus Manichæos, ſcriptorum vere Apoſtolicorum fidem in dubium vocantes, & recipientes contra, qui ſub Apoſtolorum nominibus circumferebantur, libros ſuppoſititios, diſputat; *Quaſi vero*, ait, *& in literis ſecularibus non fuerint certiſſimi autores, ſub quorum nominibus poſtea multa prolata ſunt, & ideo repudiata, quia vel his, quæ ipſorum eſſe conſtaret, minime congruerunt, vel EO TEMPORE, QUO ILLI SCRIPSERINT, nequaquam innoteſcere, & per ipſos, vel familiariſſimos eorum, in poſteros prodi commendarique meruerunt.* Et mox, Hippocratis libros

*Proteſtantes in quæſtione de libris Scripturæ genuinus methodo inſiſtunt Auguſtini.*

libros reverâ eſſe, inde conſtare ait, quod *eos* AB IPSO
HIPPOCRATIS TEMPORE *usque ad hoc tempus, & deinceps, ſuc-*
*ceſſionis ſeries commendavit.* Pergit deinde: *Platonis, A-*
*riſtotelis, Ciceronis, Varronis, aliorumq; ejusmodi autorum*
*libros, unde noverunt homines quod ipſorum ſint, niſi eadem*
*temporum ſibimet ſuccedentium conteſtatione continua? Multi*
*multa de literis eccleſiaſticis conſcripſerunt, non quidem auto-*
*ritate canonica, ſed aliquo adjuvandi ſtudio ſive diſcendi. Un-*
*de conſtat quid cujus ſit, niſi quia* HIS TEMPORIBUS, QUIBUS EA
QUISQUE SCRIPSIT, *quibus potuit, inſinuavit atque edidit, &*
*inde in alios atque alios continuata notitia latiusq; firmata ad*
*poſteros, etiam usque ad noſtra tempora pervenerunt, ita ut in-*
*terrogati, cujusq; quisque liber ſit, non hæſitemus, quid reſpon-*
*dere debeamus? Sed quid pergam in longe præterita?* addit
mox venerabilis Antiſtes; *Ecce, iſtas literas, quas habe-*
*mus in manibus, ſi poſt aliquantum tempus vitæ hujus noſtræ,*
*vel illas cujusquam Fauſti eſſe, vel has neget eſſe meas, unde con-*
*vincitur, niſi quia* ILLI, QUI NUNC ISTA NOVERUNT, *notitiam*
*ſuam ad longe etiam poſt futuros continuatis poſterorum ſuc-*
*ceſſionibus trajiciunt?* Ad hunc modum Auguſtinus.

XXXII. Vidimus hactenus, qualem in diſtinguendo antecedente noſtri argumenti ſeſe præſtiterit Bellarminus, nunc, quid in receſſu habeant quæ præterea affert, paucis etiam diſpiciamus. Scilicet, quantum ex verbis ejus adeo perplexis aſſequi licet, argumentum noſtrum, ſi quas debeat vires habere, hoc modo informandum eſſe putat:

*Argumentum noſtrum adverſus libros controverſos quomodo informandum arbitretur Bell.*

De quibus libris Eccleſia vetus ita dubitavit, ut nulli homines ejus temporis eſſent, qui teſtari poſſent, illos a Prophetis fuiſſe editos, de iisdem etiam Eccleſia poſterior neceſſario dubia eſſe debet;

Sed

Sed de libris Proteſtantes inter & Pontificios hodie controverſis Eccleſia vetus dubitavit;
Ergo de iisdem etiam Eccleſia poſterior neceſſario dubia eſſe debet.

Atque ad hanc formam redacto argumento, conceſſa Majori, negat Cardinalis Minorem. *Negamus*, inquit, *hoc modo dubiam fuiſſe priſcam Eccleſiam: Conſtat enim, ſemper fuiſſe aliquos fide dignos, qui hos libros canonicos putarent.*

*An tempore editorum librorum controverſorum, vel etiam proxime poſt, extiterint, qui teſtimonium autoritatis canonicæ iis perhibuerint.*

XXXIII. Ubi ſi per *Eccleſiam veterem* Cardinalis intelligeret Eccleſiam V. T. ſeu Synagogam Judaicam, ſic ut ſenſus Majoris eſſet: De quibus libris Eccleſia Judaica ita dubitavit, ut nulli homines ejus temporis, quo nimirum libri iſti ſunt editi, eſſent, qui teſtari poſſent, illos a Prophetis fuiſſe editos, de iisdem etiam Eccleſia poſterior neceſſario dubia eſſe debet; ſi, inquam, hic eſſet ſenſus Majoris, tranſire illam juberemus, & quia ſubſumptam ſub ea Minorem Bellarminus negat, illico flagitaremus, ut ergo nominarentur nobis homines fide digni, ſaltim aliqui, ejus temporis, quo controverſi iſti libri ſunt ſcripti, imo temporum ſaltim proximorum, qui eosdem canonicos crediderint. Certe ne unum quidem nominatum iri in propatulo eſt. Nam quod ad Synagogam Judaicam attinet, illius de eccleſiaſticis iſtis libris teſtimonia nulla haberi, extra controverſiam eſt, & ipſe noſter conceptis id verbis fatetur: Eccleſia autem vetus Chriſtiana ſi vel maxime iis teſtimonium perhiberet, tamen hoc nec ejus temporis eſſet teſtimonium, quo libri illi ſunt editi, nec temporum proximorum. Prius in confeſſo eſt. Sed & poſterius abunde liquet. Sumamus enim, v. g. librum Tobiæ. Is, ſi Sixto Senenſi credimus, ſcri-

*lib. 1. Bibl.*

ptus

ptus eſt ab ipſomet Tobia: vixit autem Tobias tempore Salmanaſaris (utpote ſub qvo captivus in Aſſyriam eſt abductus, Tob. *1, 2.*) atque ita ſub Ezechia & Oſea, II. Reg. XIIX, 10. ſeqq. a quo tempore quot anni fluxerint præciſe ad paſſionem Chriſti, diſſentiunt quidem eruditi, cum alii IↃC LXXIII numerent, alii IↃC LXXIIX, alii IↃC LXXXI, alii IↃCC LXVI, alii tandem IↃCC LXXIII. quidquid autem hujus ſit, illud ſemper manet, inter tempus, quo vixit Tobias, & quo vixit Cyprianus, quem de libri Tobiæ autoritate canonica teſtatum fuiſſe Bellarminus vult, intercedere plures quam nongentos annos. Idem eſto judicium de reliquis libris controverſis, utut ratione temporum, quibus editi ſunt, nonnihil diſcrepantiæ ſit. Relinquitur proinde, prorſus neminem produci poſſe, aut ejus temporis quo memorati libri eccleſiaſtici ſunt ſcripti, aut temporis proximi, qui de ipſorum autoritate canonica teſtetur.

XXXIV. Verumenimvero oſtendimus jam ante, *num. 29.* Bellarminum, quando ad argumentum noſtrum reſpondere vult, ſtatum quæſtionis prorſus immutate, ita quidem, ut pro *Eccleſia, quæ fuit eo tempore, quo libri controverſi editi ſunt*, hoc eſt, Eccleſia Judaica, ſubſtituat *Eccleſiam veterem* Chriſtianam. Senſus ergo propoſitionis Majoris in ſyllogiſmo num. XXXII ad mentem Bellarmini formato erit hic: De quibus libris Eccleſia vetus Chriſtiana ita dubitavit, ut nulli homines ejus temporis, tempore puta Eccleſiæ priſcæ Chriſtianæ, eſſent, qui teſtari poſſent, illos a Prophetis fuiſſe editos. At hoc pacto, ceu videt quivis, non noſtrum illud argumentum, quod ſibi objecerat ac refellen-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

dum ſumpſerat Cardinalis, proponitur, ſed ſubſtituitur plane aliud. Neque enim retinetur idem iſtud medium probandi, quo nos in illo argumento utimur, ſed prorſus immutatur. Quod ſi ergo vel maxime, quæ ad hujus abs ſe ita informati argumenti ſolutionem Bellarminus profert, ſatis recte ſe haberent, adhuc tamen firmo talo ſtaret illud alterum, quod a defectu teſtimonii Synagogæ Judaicæ eſt petitum. Quamvis vero hæc ad eum modum ſe habeant, non tamen imus inficias, etiam a negatione teſtimonii Eccleſiæ primitivæ Chriſtianæ argumentum contra autoritatem librorum eccleſiaſticorum canonicam nos deſumere ſolere. Acceptabimus ergo illa, quæ contra nos heic diſputat Bellarminus, tanquam quæ adverſus noſtrum, quod, uti dixi, a negatione teſtimonii Eccleſiæ priſcæ Chriſtianæ petere ſolemus, argumentum ſint directa, & videbimus, quid tunc habeant roboris.

*Argumentum noſtrum contra autoritatem librorum controverſorum canonicam, petitum a negatione teſtimonii Eccleſiæ priſcæ Chriſtianæ.*

XXXV. Argumentum iſtud, uti a nobis proponitur, ita habet:

De quorum librorum autoritate canonica non conſtitit Eccleſiæ CHRISTI primitivæ, de eorundem autoritate nec Eccleſia poſterior certa eſſe poteſt;

Atqui de librorum illorum Proteſtantes inter ac Pontificios controverſorum autoritate canonica non conſtitit Eccleſiæ CHRISTI primitivæ;

Ergo de eorundem autoritate nec Eccleſia poſterior certa eſſe poteſt.

*Ad illud re-*

Majorem ita ſimpliciter poſitam non admittit Bellarminus, concedit vero eandem, ſi hoc pacto informetur: De quorum librorum autoritate canonica non conſti-

conſtitit Eccleſiæ CHRISTI primitivæ, ita quidem, ut *nulli omnino* in priſca illa Eccleſia fuerint, quibus de eo conſtiterit, de eorundem autoritate nec Eccleſia poſterior certa eſſe poteſt. Sed ita informata Majori, negat Minorem; negat, inquam, verum eſſe, quod de autoritate illorum librorum nulli omnino in Eccleſia primæva conſtiterit. Vult igitur, *ad hoc, ut ſeqvens Eccleſia poſſit decernere, librum aliqvem eſſe canonicum, ſatis eſſe, ſi habeat* ALIQUA *teſtimonia hominum fide dignorum illius temporis, vel certe proximi:* (hæc nimirum ejus verba ſunt) talia vero teſtimonia haud deeſſe ait, cum *conſtet, ſemper* ALIQUOS *fuiſſe fide dignos, qui hos libros canonicos putarent.* *Sponſio Bellarmini.*

XXXVI. Heic primo non immerito dubitatur, an, quod affirmat Bellarminus, ad conciliandam libro alicui autoritatem canonicam, quoad nos, ſufficiat unius aut alterius vetuſti ſcriptoris ſuffragium. Si enim, quod infra cap. XVII ipſe Cardinalis noſter aſſerit, inepte dicitur vetuſtas de aliquo ſcripto dubitaſſe, quando unus atque alter tantum, qui dubitaverit, proferri poteſt, & contra longe plures pro contraria ſtant ſententia; quidni etiam parum recte dicatur vetuſtas vel Eccleſia priſca de libro aliquo fuiſſe certa, quando unus atque alter tantum, qui teſtimonium ei perhibeat, proferri poteſt, & contra tot alii dubitant, vel aperte contradicunt? & ſi conſtat ſibi illud ejusdem Card. Bellarmini, citato loco: *Non debet duorum aut trium dubitatio anteponi certiſſimæ confeſſioni omnium aliorum*; quid vetabit, quo minus æque recte dicam: *Non debet duorum aut trium confeſſio anteponi dubitationi, imo conſtantiſſimæ negationi, omnium aliorum?* Habuerint ſane libros illos, *Examen ejus.*

illos, de quibus controvertitur, pro canonicis Clemens Alexandrinus v. c. & Cyprianus, ad quos nominatim provocat Bellarminus; quia tamen eosdem a canone rejecerunt Melito Sardenſis, Tertullianus, Origenes, Euſebius, Athanaſius, Gregorius Nazianzenus, Cyrillus Jeroſolymitanus, Epiphanius, Chryſoſtomus, Patres Laodiceni, num recte dicetur de illis libris certa fuiſſe iisq; teſtimonium perhibuiſſe antiquitas ſeu Eccleſia primitiva? Deinde ne hoc quidem admittimus, extare ſaltem *aliqua* vetuſtiſſimorum Eccleſiæ Doctorum teſtimonia de canonica librorum eccleſiaſticorum autoritate. Quod enim Cyprianus & Clemens Alexandrinus, quos nominat Bellarminus, non ita ſenſerint ut ille vult, capite XI, I. & XIV, 2. ſatis demonſtrabitur. Quod item nec cæteri Patres, quos antè ſe citaſſe Cardinalis ait, ſæpe memoratos libros pro ſtricte ac proprie ſic dictis canonicis habuerint, ſupra abs nobis fuit evictum. Quanquam nec hi, ſi vel maxime ita ſentirent, ut vult Bellarminus, rem confecturi eſſent; cum ſane Eccleſia primitiva & antiquitas eccleſiaſtica (cujus heic teſtimonium quærimus) non incipiat demum a ſeculo poſt natum Salvatorem quinto, & illi autores, in hoc præſertim negotio, nihil pronunciare poſſint ſine teſtimonio ſeculorum præcedentium.

*Exceptio Bellarmini repellitur.*

XXXVII. Sed heic duo objicit Bellarminus. Unum eſt, quod de libro Judith initio fuerit in Eccleſia dubitatum, & tamen, illo non obſtante, Nicæna Synodus eum librum poſtea in canonem receperit: alterum, quod pro canonicis hodie accipiantur Epiſtola Jacobi, & Judæ, & Apocalypſis, ſecunda Petri, ſecunda & tertia

tia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

tia Joannis, Epiſtola ad Hebræos, de quibus itidem dubitatum fuerit in prima Eccleſia. Verum quantum ad prius, negamus, Synodum Nicenam librum Judith in canonem recepiſſe: nec unquam probare id poterit Bellarminus. Nam quod ad Hieronymi teſtimonium heic provocat, id fruſtra fieri, infra capite XII, I. ſeqq. reddetur manifeſtum. Quod ad alterum attinet, plane diverſa ratio eſt illorum N. T. ſcriptorum, & librorum apocryphorum T. V. quantum ad incertitudinem, quæ de utrisque fuit in Eccleſia priſca. Nam de poſterioribus his nemo non ex antiquiſſimis Eccleſiæ Doctoribus dubitavit; contra vero de ſcriptis N. T. quæ memorat Cardinalis, licet aliqui dubitaverint, non tamen dubitatum fuit communiter & ab omnibus, ſed receperunt illa ſcripta Patres longe plurimi. Unde v. c. de Epiſtola ad Hebræos Bellarminus ipſemet infra capite XVII inepte ait vetuſtatem dici dubitaſſe, cum unus ſolummodo Cajus ex Græcis, & duo vel tres ex Latinis proferri poſſint qui dubitaverint, contra vero tot Concilia, omnes Græci, uno excepto, & omnes Latini, tribus vel quatuor exceptis, eandem receperint. Sed de his N. T. ſcriptis ἀντιλεγομένοις ſuo loco.

*An ſint inter Pontificios, qui doceant, Eccleſiam vel Pontificem poſſe facere librum canonicum de non-canonico.*

XXXIIX. Poſſemus nunc præſens caput concludere, ni unum adhuc reſtaret monendum. Scilicet ſcribit Chemnitius noſter in Examine Concilii Tridentini, parte I, tit. de libris canonicis, doceri in Eccleſia Pontificia, *quod Papa cum ſuis Prælatis poſſit & illis*, de quibus inter nos ac ipſos controvertitur, *& forſan aliis etiam libris, impertiri canonicam authoritatem, quam nec ex ſe, nec ex ſuis authoribus merentur, & quam tempore Apoſtolorum &*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*rum & primitivæ eccleſiæ non habuerunt.* Idem ſupra jam notaverat, eſſe inter Pontificios, *qui non vereantur blaſphemare, ſacram Scripturam divinitus inſpiratam, ſi authoritate Eccleſiæ deſeratur, non plus per ſe valere quam fabulas Æſopi.* Iſtis verbis vehementer commotus Bellarminus, Chemnitium impudentiſſimarum calumniarum ac mendaciorum poſtulat. *Non dicimus*, inquit, *ut Kemnitius impudentiſſimè calumniatur, Eccleſiam, id eſt, Papam, poſſe pro ſuo arbitratu, ſine ullis veterum teſtimoniis, facere librum canonicum de non canonico, & de canonico non canonicum; & quod, ſi Papa vellet, Scriptura divina non plus haberet auctoritatis quàm fabulæ Æſopi: iſta enim non ſunt noſtra aſſerta, ſed ipſorum mendacia. Fatemur enim, Eccleſiam nullo modo poſſe facere librum canonicum de non canonico, nec contra, ſed tantum declarare quis ſit habendus canonicus, & hoc non temerè, nec pro arbitratu, ſed ex veterum teſtimoniis, & ſimilitudine librorum, de quibus ambigitur, cum illis de quibus non ambigitur, ac demum ex communi ſenſu & quaſi guſtu populi Chriſtiani; quomodo B. Hieronymus libro de Viris illuſtribus in Jacobo dicit, Epiſtolam Jacobi paulatim tempore procedente meruiſſe auctoritatem.*

*Chemnitius inique calumniarum & mendaciorum abs Bellarmino arceßitur.*

XXXIX. Verumenimvero, quo jure calumniarum heic & mendaciorum Chemnitius abs Bellarmino inſimuletur, equidem non video. Ait Chemnitius, doceri apud Pontificios, quod Papa cum ſuis Prælatis poſſit libris impertiri canonicam autoritatem, quam nec Ex Se, nec Ex Suis Autoribus mereantur. Et ſtatim nominat aliquem eccleſiæ Pontificiæ ſcriptorem, qui ſic doceat, nempe Pighium. Paulo ſuperius ita ſcripſerat: *Pontificii dicunt, ab Eccleſia Scripturam habere autoritatem: quod Pighius ita interpretatur, authoritatem Eccleſiæ*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*cleſiæ quodammodo ſuperiorem eſſe authoritate Scripturarum;*
*ſiquidem Eccleſiæ authoritas Scripturis quibusdam, eiſq́; præ-*
*cipuis, quam neque* Ex Se, *neque* Ex Autoribus Suis *apud nos*
*habebant, canonicam impartita eſt authoritatem.* An ne-
gabit Bellarminus, hanc eſſe aſſertionem Pighii? Evol-
vat, cuicunque viſum fuerit, Alberti Pighii Hierarchi-
am Eccleſiaſticam (quæ Romano Pontifici Paulo III
inſcripta eſt) lib. 1, cap. II, fol. 9. editionis Colonienſis,
anno cIↄ Iↄ XXXIIX per Melchiorem Noveſianum pro-
curatæ, & verba Chemnitio citata ibi inveniet.

XXXIX. Nec ſane in hanc rem deſunt aliorum quo-
que magni nominis Pontificiorum ſuffragia. Ita Sixtus
Senenſis in ſua Bibliotheca ſancta (quam Papæ Pio V
dedicavit) libro IIX, hær. XII, ubi de libris Maccabæo-
rum agit: *Nec quicquam illorum fidei derogat*, inquit,
*etiamſi ab auctore prophano ſcripti ſint, cum libri fides* Non
Ab Auctore, *ſed ab Eccleſiæ Catholicæ auctoritate pendeat,*
*&, quod illa acceperit, verum & indubitatum eſſe oportet*, A
Quocunque Dictum Sit Auctore. Quibus quid cla-
rius poterat dici? Profecto ſi Eccleſia facere poteſt, ut
liber, qui a profano autore, atque ſic ſcriptore minime
θεοπνεύστῳ, eſt profectus, ſit canonicus, utique non tan-
tum poteſt *declarare*, quis liber ſit habendus canoni-
cus, ſed omnino etiam poteſt *facere* librum canoni-
cum de non-canonico. Sed ut omnis tollatur dubi-
tatio, juſto ſyllogiſmo rem proponam. Sic ergo con-
cludimus:

*Sixtus Sen. docet, Eccleſiam poſſe librum canonicum facere de non-canonico.*

Quicunque facere poteſt, ut liber, qui non eſt divi-
nitus inſpiratus, fiat canonicus, is poteſt de li-
bro non canonico facere canonicum;
Atqui, juxta Senenſem, Eccleſia facere poteſt, ut
liber,

liber, qui non eſt divinitus inſpiratus, fiat canonicus,

Ergo, juxta eundem, Eccleſia poteſt de libro non-canonico facere canonicum.

Major evidens eſt. Si enim, quod ipſimet Pontificii fatentur, liber canonicus in ſe ideo unice eſt canonicus, hoc eſt, infallibilis ac immotæ veritatis, quod a Deo, fallere & falli neſcio, immediate eſt inſpiratus, ita ut ſcriptor, qui illum conſignavit, *in eo quidem negotio non tam egerit, quam actus fuerit a Spiritu ſancto, plane inſtar calami, cum uſurpatur a ſcriptore*; quomodo θεοπνευστίαν deſcribit Gregorius de Valentia, Jeſuita celeberrimus, Comment. in ſecundam ſecundæ, diſp. 1, quæſt. 1, puncto VII, §. XLIII: ſi, inquam, univerſa ratio autoritatis canonicæ ab immediato iſtiusmodi afflatu ac dictamine Spiritus ſancti unice dependet, utique illum librum, qui non eſt ad eum modum ſuo ſcriptori inſpiratus, nullatenus in ſe canonicum eſſe oportet; & proinde, qui facere poteſt, ut talis liber ſit canonicus, eum ex non-canonico canonicum efficere poſſe neceſſum eſt. Major ergo ſupra propoſiti ſyllogiſmi eſt invicta. Sed & Minorem probamus immoto hoc argumento:

Qui facere poteſt, ut liber, qui a profano autore eſt ſcriptus, fiat canonicus, is facere poteſt, ut liber, qui non eſt divinitus inſpiratus, fiat canonicus,

At vero, juxta Sixtum, Eccleſia facere poteſt, ut liber, qui a profano autore eſt ſcriptus, fiat canonicus,

Ergo, juxta eundem, Eccleſia facere poteſt, ut liber, qui non eſt divinitus inſpiratus, fiat canonicus.

Major in confeſſo eſt. Quis enim eo prolaberetur dementiæ, ut librum, quem a profano autore ſcriptum eſſe conſtat, divinitus inſpiratum diceret?

XL. Sixti Senenſis ſententiam confirmat quoq; Thomas Stapletonus, Pontificius non minus celebris, dum ſub finem libri IX principiorum doctrinalium, itemq; in Relectione controv. V, quæſt. II, artic. III & IV, affirmat, Eccleſiam hujus temporis ea pollere poteſtate, ut poſſit v. c. Paſtorem Hermæ, vel Conſtitutiones Clementis (de quibus ex ipſis certe Pontificiis hodie nemo dubitat, quod in ſe non ſint ſcripta canonica) in numerum librorum ſacrorum & certo canonicorum referre. *Quod ſi* Eccleſia *faceret*, inquit, *auctoritatem divinam apud nos illi libri haberent, non ſecus quam alii, ſive ſub ipſis Apoſtolis, ſive poſt illorum tempora, in canonem relati.* Atq; ita patuit, non eſſe impudentiſſimam calumniam & mendacium, ſed ipſiſſimam veritatem, quod apud Pontificios doceatur, Eccleſiam poſſe facere librum canonicum de non-canonico. *Stapletoni ſuffragium.*

XLI. Porro quando ſcribit Chemnitius, eſſe inter Pontificios, qui non vereantur blaſphemare, Scripturam ſacram, ſi Eccleſiæ autoritas abſit, non plus valere quam fabulas Æſopi; licet autores, ad quos digitum intendit, expreſſe non nominet, haud tamen ab ipſo confictum id eſſe, ſtatim cenſendum. Refert ſane Sleidanus, de ſtatu religionis libro XXV, ad annum LIII, quendam in Gallia Præfectum hanc diſerte vocem emiſiſſe; *niſi Eccleſiæ doctores eam Paulo tribuerent authoritatem, ſe non pluris facturum ejus Epiſtolas, quam ÆSOPI FABELLAS.* Johannes Brentius, Prolegomenis in Apologiam Confeſſionis Ducis Würtembergenſis, Petro *Scriptura an Æſopi fabulis comparata abs Pontificiis.*

 a Soto

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

a Soto oppoſitam, tit. de autoritate ſacræ Scripturæ; *Plane*, inquit, *de ſacra Scriptura idem ſe ſentire haud obſcure ſignificat* Petrus a Soto, *quod alius quiſpiam Aſoticus ſcripſit, Scripturam valere quantum* FABULÆ ÆSOPI, *ſi deſtituatur authoritate Eccleſiæ.* Ad quæ Stanislaus Hoſius, Cardinalis, *vir*, judice Bellarmino, *æterna memoria dignus*, libro III eorum, quos iſtis Prolegomenis oppoſuit: *Potuit illud pio ſenſu dici*, ait, *quem homo pius, qui charitatem habet, quæ non cogitat malum, ex iis verbis eliceret. Nam revera, niſi nos Eccleſiæ doceret auctoritas, hanc Scripturam eſſe canonicam, perexiguum apud nos pondus haberet.* Ita etiam Johannes Piſtorius, adverſus diſputationem Menzeri, falsô DCCCXCIIX, aſſeverat, Hermannum Wolfgangum, Colonienſem, & Johannem Eckium, (his videlicet illam ſacrarum literarum cum fabulis Æſopi comparationem tribuerat Menzerus) *recte putaſſe, nos, niſi Eccleſia teſtetur, non habituros* Scripturam *pro divina, nec plus fidei tributuros quam* ÆSOPI *fabulis.* Impudentior adhuc Vitus Miletus, in Diſcuſſione errorum, quos Pontificiis tribuerant Heſhuſius & Olearius; *Dicimus*, inquit, *ſacram Scripturam, ſi auctoritatem tollas Eccleſiæ, nec tantum quidem valituram, quantum* ÆSOPI *valent* FABULÆ. Huc etiam referri poteſt illud Jeſuitæ Gulielmi Baile, quod legitur in Catechiſmo Controverſiarum, juſſu Archiepiſcopi Burdegalenſis edito, & a Johanne Argento, Soc. Jeſuiticæ per provinciam Auſtriæ Præpoſito provinciali, approbato, tract. I, quæſt. XII: *Sine Eccleſiæ autoritate non plus fidei adhiberem Matthæo, quam* TITO LIVIO. Atq; ita plus ſatis patet, exiſtimo, nihil præter verum dixiſſe Chemnitium, quando ſcripſit, eſſe inter Pontificios, qui affirment, Scripturam ſacram, ſi Eccleſiæ abſit

*præf in lib. de Concil.*

ſit autoritas, non plus valere quā fabulas Æſopi. Et dic,
ſodes, quî poſſent aliter de Scriptura ſacra ſentire aut
loqui Pontificii, quamdiu inſiſtunt illis ſuis hypotheſi-
bus; quod ſacra Scriptura *robur trahat & auctoritatem*
a Romana Eccleſia hujusq; Pontifice; quæ eſt aſſertio Sil-
veſtri illius Prieriatis, qui primus calamum contra Lu-
therum ſtrinxit, in Dialogo eidem oppoſito, fundam.
III: quod Scriptura *non ſit authentica ſine authoritate Eccleſiæ*;
uti non ſemel ſub initium ſui adverſus Lutherum En-
chiridii affirmat Eckius; imo, quod *NIL QUICQUAM DI-
VINITATIS inſit Scripturæ, quæ nos ad credendum, quæ in illis
continentur, religione aliqua conſtringat, ſed Eccleſiæ tanta vis
ſit atq; amplitudo*; quæ ſunt verba Jacobi Payuæ Andra-
dii (qui inter Theologos Concilii Tridentini præcipu-
am perſonam ſuſtinuit) libro II defenſionis fidei Tri-
dentinæ. Et tantum de calumniis, quas Chemnitio ex-
probrat Bellarminus.

XLII. Supereſt nunc, ut circa illa etiam, quæ in libris,
de quibus inter nos ac Pontificios diſceptatur, canoni-
cis declarandis Eccleſiam (Romanam puta) obſervaſſe
ſcribit Cardinalis, pauca moneamus. Ita vero hac de
re ille: *Primum habuit de ſingulis veterum teſtimonia. Etſi
enim non habeantur teſtimonia a Synagoga Judæorum, tamen
habentur ab Eccleſia Apoſtolica. Et hoc ſufficit. Apoſtoli enim
poterant ſine aliis teſtimoniis declarare, libros illos eſſe cano-
nicos; quod & fecerunt; alioqui nunquam Cyprianus, & Cle-
mens, & alii, quos citavimus, tam conſtanter dixiſſent, eos eſſe
divinos. Deinde viderunt, eſſe conformes aliis. Deniq; obſer-
varunt, iſtos libros paulatim ab omnibus Chriſtianis pro cano-
nicis receptos; quod argumentum habere non poterant, qui in
prima Eccleſia fuerunt.*

*Modus, quem in declarandis libris controverſis Eccleſiam ſervaſſe ait Bell.*



XLIII. Ubi,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Examen.* XLIII. Ubi, quod primo aſſerit autor, Apoſtolos declaraſſe, libros iſtos eſſe canonicos, perquam eſt abſurdum. Quod ſi enim id fuiſſet factum, quomodo non reſciverit hoc Melito, vetuſtiſſimus ille Sardium in Aſia Epiſcopus, (quem Tertullianus, teſte Hieronymo libro de Scriptoribus eccleſiaſticis cap. XXXIV, tantæ apud Catholicos auctoritatis fuiſſe ſcripſit, ut ab eorum plerisq; Propheta putaretur) veri Scripturarum canonis indagator adeo curioſus & induſtrius, ut etiam, veluti ex Euſebii libro IV Hiſt. Eccl. cap. XXVI novimus, iter in orientem eum unice in finem ſuſceperit, quo inquireret accurate, quinam genuini eſſent V. T. libri? quomodo ignorare idem potuiſſent tot alii tantæque autoritatis Eccleſiæ primævæ doctores, qui ſæpius memoratos illos libros pro genuinis Scripturæ libris non agnoſcunt? Quod quia vidit Andradius, idcirco libro III Defenſionis fidei Tridentinæ: *Neq; ſacrarum literarum teſtimoniis*, inquit, *neq; certa nobis traditione conſtat, a* CHRISTO *accepiſſe Apoſtolos, quinam* V. T. libri *ſacri eſſent, & qui apocryphi; ſed Judæorum tunc id fuit certa traditione exploratum, quorum diligentia in templo aſſervabantur, & quos Deus voluit fidos eſſe ſacrorum voluminum cuſtodes, quò* CHRISTI *gloria & amplitudo (ut Auguſtinus ait) hoſtium teſtimonio comprobata, magis extaret & emineret.* Quod ait Bellarminus, niſi Apoſtoli libros iſtos canonicos eſſe declaraſſent, nunquam Cyprianum aliosq; ſupra a ſe citatos Patres tam conſtanter eos *divinos* fuiſſe dicturos, id nihil difficultatis habet. Nam quod ad Patres jam ſupra laudatos attinet, ſufficienter ſuo loco oſtenſum eſt, eſſe iis in more poſitum, etiam illos libros interdum appellare divinos, quos ne ipſi quidem

*Andradius contradicit Bellarmino.*

Ponti-

Pontificii pro canonicis habent. Quantum vero ad
Cyprianum & Clementem, nec ipſos Bellarminum
quidquam heic juvare, ex capitibus mox ſequentibus
XI & XIV patebit. Rectius proinde nos in contrarium *Argumen-*
ita concludimus: Apoſtoli non declararunt libros illos *tum Bell.*
controverſos eſſe canonicos: alioqui nunquam Meli- *invertitur.*
to, Tertullianus, Origenes, Euſebius, Athanaſius, Na-
zianzenus, Cyrillus, Epiphanius, Chryſoſtomus, Pa-
tres Laodiceni, Hieronymus, Ruffinus, Gregorius M.
Damaſcenus, aliiq; tam conſtanter a canonicis illos ſe-
queſtraſſent.

XLIV. Atq; per hæc multo magis nunc etiam ſa- *Erberman-*
tisfit iis, quæ urget Erbermannus; ſcilicet Patres Con- *ni ratio.*
cilii Carthaginenſis, Innocentium item & Gelaſium, *c. 2. p. 37.*
nunquam fuiſſe libros controverſos cæteris canonicis
adnumeraturos, *niſi perſvaſum habuiſſent, authoritatem*
*canonicam eorum librorum ab Apoſtolica traditione promanaſ-*
*ſe*; vel, ut paulo inferius loquitur, *niſi certiſſimè fuiſſent* p. 46.
*perſvaſi, illos ſaltem à* CHRISTO *& Apoſtolis canonizatos fu-*
*iſſe.* Quis enim credat, Patres quinti ſeculi rectius ha- *refellitur.*
buiſſe cognita, quæ ab Apoſtolica traditione proma-
narint, & quid CHRISTUS ac Apoſtoli circa canonem
præſtiterint, quam Patres ſeculorum ſecundi, tertii &
quarti? quis credat, priſca illa primorum ſeculorum
lumina ignoraſſe *dogma fidei a* CHRISTO *& Apoſtolis proba-* p. 38.
*tum?* quale eſſe iſthanc de librorum controverſorum
canonica autoritate traditionem, conceptis verbis aſ-
ſerit Erbermannus. Quod de autoritate Epiſtolarum
Jacobi & Judæ, itidem prioribus ſeculis ignorata, ille *ibid.*
movet, conſideratum eſt jam ſupra num. XXXVII. Sed
ad Bellarminum redeamus.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*An & quousq; ſimilitudinem habeant libri cōtroverſi cum non controverſis.*

XLV. Dicit ille amplius, deprehenſos fuiſſe libros, de quibus ambigitur, ſimilitudinem habere & conformitatem cum illis, de quibus non ambigitur. Argumentum in forma habet ita:

Qui libri conformes ſunt libris vere θεοπνεύστοις, illi merito recepti ſunt in canonem;

At libri controverſi conformes ſunt libris vere θεοπνεύστοις;

Ergo merito recepti ſunt in canonem.

Reſp. Major ſi de quacunq; intelligatur conformitate, admitti non poteſt. Nam & libri humano ſtudio conſcripti, in quibus de rebus divinis myſteriisque ſalutis noſtræ agitur, ſiquidem ab orthodoxis autoribus ſunt concinnati, ſimilitudinem & conformitatem habent cum libris vere θεοπνεύστοις, neque tamen idcirco merentur in canonem recipi. Sed & Minor falſa eſt. Etenim libri illi Eccleſiaſtici tum quoad res ipſas non raro diſſentiunt a ceteris, uti ſuo loco oſtenditur, tum ratione ſtyli illis ſæpe difformes ſunt: veluti patet, v. g. ex clauſula libri poſterioris Maccabæorum, & Siracidæ prologo; tum inſuper non ſunt ſcripti lingua Hebraica, qua omnes libri V. T. canonici ſunt conſignati. Notari heic poteſt locus Auguſtini, ex libro XXXIII contra Fauſtum Manichæum cap. VI: *Nonne ſub Hippocratis, Medici nobiliſſimi, nomine quidam libri prolati, in autoritatem à Medicis non recepti ſunt? Nec eos adjuvat* NONNULLA SIMILITUDO *rerum atq; verborum; quando comparati eis, quos vere Hippocratis eſſe conſtaret, impares judicati ſunt, & quod ab eo tempore, quo & cætera ſcripta ejus, non innotuerunt quod vere ejus eſſent.*

*An libri Ec-*

XLVI. Deniq; ſcribit Cardinalis obſervatum fuiſſe,

libros

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

libros Eccleſiaſticos paulatim ab omnibus Chriſtianis pro canonicis receptos. Sed quodnam illud, obſecro, tempus, quo libri iſti ab OMNIBUS Chriſtianis pro canonicis recepti? Imo vero affirmare auſim contra, usq; ad Tridentinæ Synodi tempora ab omnibus Chriſtianis pro apocryphis eſſe habitos, & fere a nemine pro ſtricte proprieq; dictis canonicis agnitos. Et ſi vel maxime excipias perpaucos iſtos, quos, ex quinto præcipue ſeculo, pro ſe allegare ſolent Pontificii, conſidera, quæſo, illam nubem teſtium, quam, inde a Gregorii M. ætate per omnia ſequentia ſecula usq; ad ipſum Tridentinum Concilium progredientes, ſupra num. XIV contra canonicam librorum controverſorum autoritatem produximus; ac manifeſto apparebit, tantum abeſſe, ut, quod Bellarminus aſſerit, illi libri paulatim ab omnibus Chriſtianis pro canonicis recepti fuerint, ut potius ſucceſſu temporis magis magisq; paulatim e canone exploſi ſint. Et ut intelligatur inſuper, quo loco Græca etiam Eccleſia in hodiernum usq; tempus libros inter nos & Pontificios controverſos habeat, addemus nunc Metrophanem Critopulum, Hieromonachum, & Cyrilli, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Protoſyngelum; cujus teſtimonium, ex ipſius Epitome Confeſſionis Eccleſiæ Orientalis ad Academiam Juliam ſcripta depromptum, in ſuo de ſacris & divinis Scripturis tractatu, diſp. II, quæſt. II, num. LXII, producit Conradus Hornejus. Poſtquam ſcilicet dixerat Metrophanes, XXII eſſe V. T. libros canonicos & authenticos; Geneſin puta, Exodum, Leviticum, Numeros, Deuteronomium, librum Jeſu Nave, Judices cum Ruth, Regnorum primum & ſecundum, Regno-

*clesiaſtici paulatim ab omnibus pro canonicis recepti.*

*Metrophanes Critopulus, Græcus, de canone Scripturæ.*

Regnorum tertium & quartum, Paralipomenon primum & ſecundum, Eſdram & Neemiam, Job, Pſalterium, Proverbia Salomonis, Eccleſiaſten ejusdem, Canticum Canticorum ejusdem, Eſaiam, Jeremiam, Ezechielem, Danielem, XII illos Prophetas ſimul; ubi, inquam, canonica V. T. ſcripta ad hunc modum recenſuerat, ſequentia ſubjicit: Τὰ λοιπὰ δὲ βιβλία, ἅπερ τινὲς βούλονται συγκαταλέγειν τῇ ἁγίᾳ γραφῇ, οἷον, τὸ τοῦ Τωβὶθ, τὸ τοῦ Ἰουδὴθ, Σοφίαν τοῦ Σολομῶντος, Σοφίαν Ἰησοῦ υἱοῦ Σιρὰχ, Βαρούχ, καὶ τὰς τῶν Μακκαβαίων (βίβλους) ἀποβλήτους μὲν οὐχ ἡγούμεθα· πολλὰ γὰρ ἠθικὰ πλείστου ἐπαίνου ἄξια, ἐμπεριέχεται ταύταις· ὡς κανονικὰς δὲ καὶ αὐθεντικὰς οὐδέποτ' ἀπεδέξατο ἡ τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησία, ὡς μαρτυροῦσι πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, μάλιστα δὲ ὅ, τε ἅγιος Γρηγόριος ὁ Θεόλογος, καὶ ὁ ἅγιος Ἀμφιλόχιος, καὶ τελευταῖος πάντων ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός· διὸ οὐδὲ τὰ δόγματα ἡμῶν πειρώμεθα ἐκ τούτων παραστῆσαι, ἀλλ' ἐκ τῶν τριάκοντα τριῶν κανονικῶν καὶ αὐθεντικῶν βιβλίων, ἃ δὴ καὶ θεόπνευστον καὶ ἁγίαν γραφὴν καλοῦμεν. *Cæteros autem libros, quos aliqui connumerare ſcripturæ ſacræ volunt, ut librum Tobiæ, Judith, Sapientiam Salomonis, Sapientiam Jeſu fil. Sirach, Baruch, & Maccabæorum (libros) contemnendos non putamus: multa enim moralia laude plurima digna iis continentur; ut Canonicos autem & authenticos nunquam recepit Chriſti Eccleſia, ſicut teſtantur cum multi alii, tum maxime S. Gregorius Theologus, & S. Amphilochius, & ultimo omnium S. Joannes Damaſcenus. Quare nec dogmata noſtra ex iſtis, ſed ex XXXIII illis Canonicis & authenticis libris* (tot videlicet utriusque Teſtamenti libros canonicos numerat Critopulus) *confirmare conamur, quos divinitus inſpiratam & ſanctam Scripturam appellamus.* Hæc ille Metrophanes.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

## Caput XI.

### De libro TOBIÆ.

I.

Librum Tobiæ canonicum eſſe, autoritate Cypriani, Calixti I, Ambroſii, Baſilii, Auguſtini, probare conatur Bellarminus. Sed fruſtra. Etenim quantum ad Cypriani locum attinet, non citat ille, in ſermone de Eleemoſyna, cum encomio *Scripturæ a Spiritu ſancto* profectæ, librum Tobiæ, ut putat Bellarminus, ſeductus forte a codicibus, qui in margine lectorem heic amandare ſolent ad Tob. IV, 11. (ubi in Græco eſt: Ἐλεεμοσύνη ἐκ θανάτου ῥύεται, apud Vulgatum Latinum: *Eleemoſyna ab omni peccato & a morte liberat*) ſed deſumptus eſt locus, qui heic allegatur, ex Proverbiis. Ubi quidem in translatione Græca, qua uſus eſt Cyprianus, capite XV, 27. hæc aperte verba leguntur: Ἐλεεμοσύναις καὶ πίστεσιν ἀποκαθαίρονται ἁμαρτίαι. Quæ Cyprianus Latine ita reddidit: *Eleemoſynis & fide purgantur delicta*. In codice autem Hebræo hic locus habetur capite XVI, 6. ibiq; ad hunc modum proponitur: בחסד ואמת יכפר עון, quod vertit vulgata, Sixti V juſſu recognita ac edita: *Miſericordia & veritate redimitur iniquitas;* Junius & Tremellius: *Benignitate & veritate expiatur iniquitas.* Fruſtra itaque pro libri Tobiæ autoritate firmanda ad Cyprianum provocat Cardinalis. Quanquam certe, ſi vel maxime heic Tobiam ille ſic laudaſſet, nondum ex iſtis encomiis neceſſario concludere liceret, fuiſſe illum librum pro canonico ab eo agnitum. Vide quæ hanc in rem monuimus ſupra cap. VII, 6. IIX, 6. IX, 2.

*Cyprianus perperam allegatus a Bell. pro libro Tobiæ.*

*Item Calixtus.*

11. Ex quibus etiam ipſis facile reſponderi poſſet ad teſtimonium Calixti, dicentis: *Bene ſacra aït Scriptura: Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias;* dummodo prius conſtiterit, & locum illum ex Tobiæ libro verius citari quam ex Matt. VII, 12. aut Luc. VI, 31. & Epiſtolam, ad quam Cardinalis provocat, revera eſſe Calixti. Sane quantum ad prius, Tobiæ IV, 15. vel 16. in textu Græco, qui in antiqua eccleſia frequentabatur, ita legitur: ὃ μισεῖς, μηδενὶ ποιήσῃς, *Quod oderis, nemini facias.* apud Matthæum vero ſic: Πάντα, ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς, *Quæcunque volueritis ut faciant vobis homines, ſimiliter etiam illis facite.* Apud Lucam: Καθὼς θέλετε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὑμεῖς αὐτοῖς ποιεῖτε ὁμοίως, *Prout vultis ut faciant vobis homines, vos quoque facite illis ſimiliter.* Ex quibus Salvatoris verbis natum eſſe omnino credo illuſtrem illam gnomen, quam ſubinde primis Chriſtianis in ore fuiſſe, etiam ex ſcriptore ethnico, Ælio puta Lampridio, licet intelligere: QUOD TIBI FIERI NON VIS, ALTERI NE FECERIS. Scribit nimirum Lampridius, Alexandrum Mamææ, Imperatorem Romanum, (quem Chriſtianis impenſe faviſſe, & ad horum mores vitam ſuam comparare inſtituiſſe, ex jamjam memorato Lampridio non tantum, ſed & aliunde notum eſt) ipſiſſimum hoc effatum *a quibusdam ſive Judæis ſive Chriſtianis audiviſſe, idque per præconem, qvum aliquem emendaret, dici juſſiſſe;* quin iſthanc *ſententiam usque adeo dilexiſſe, ut & in palatio, & in publicis operibus, præſcribi juberet.* Ubi licet non ſatis certus videatur eſſe Lampridius, utrum a Chriſtianis, num vero abs Judæis gnomen iſtam acceperit Auguſtus, qvin tamen ab illis fuerit mutuatus, nullum eſt dubium, utpote

*Gnome:* Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris; *unde nata.*

utpote cum quibus frequenter ipſum fuiſſe converſatum, eorundemq; non paucos in familia ſua habuiſſe, (quemadmodum ſane & matrem habuit Chriſtiana fide imbutam) ex hiſtoria novimus; cum contra de converſatione illius cum Judæis inde nihil nobis conſtet. Et notum eſt, quod inſolens non ſit ſcriptoribus paganis, nomen *Judæorum* Chriſtianis etiam tribuere, & hos cum illis confundere; quo de aliquid monuimus in tractatu de Perſecutionibus Eccleſiæ primitivæ, ſtatim ſub initium, num. III, aliisq; locis ibi citatis. Sed quidquid hujus ſit, illud profecto manet, non eſſe ſatis certum, quod autor Epiſtolæ, ad quam provocat Bellarminus, dum *ſacræ Scripturæ* verba ſe allaturum pollicetur, ad librum Tobiæ digitum intendat: id quod tamen, tanquam extra omnem dubitationem poſitum, ſupponit Bellarminus.

*Epiſtola, quam Calixto tribuit Bell. ſuppoſititia.*

III. Deinde nec Epiſtola, quam Calixto tribuit Cardinalis, genuina eſt, ſed ſuppoſititia. Idq; agnoverunt ſelecti illi viri, qui Romæ in emendando Gratiano operam navarunt; dum ſcilicet *Calixti primi Epiſtolas rejecerunt*, teſte Antonio Auguſtino, libro II de emendatione Gratiani, dialogo IV. Quin ipſe Bellarminus, libro II de Rom. Pontifice cap. XIV, fateri cogitur, aliquos errores in illas epiſtolas irrepſiſſe, nec audere ſe affirmare, quod ſint indubitatæ. Et ſane, ut non dicam nunc, tractari in iis, quæ minime conveniant ſtatui illorum temporum, ipſe ſtylus fraudem ſatis prodit. Fuit nimirum Calixtus, uti ex Platina, Damaſo, & Anaſtaſio colligitur, natione Romanus; Romanis autem tum Latina lingva erat vernacula. At vero hæ Epiſtolæ quantam ſpirant barbariem! quales,



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

obſecro, floſculi: *Hi in nullius accuſationem ſunt recipiendi, nec eorum vel anathematizatorum vox* ULLUM NOCERE *vel accuſare poteſt.* & : *Si* PERSECUTUS FUERIT *in ſua Eccleſia* Epiſcopus, *fugiendum illi eſt ad alteram.* item : *Ponderet unusquisque ſermones ſuos , & quod ſibi* LOQUI *non vult, alteri ne loquatur?* Quis ſibi perſuadeat, Calixtum, virum Romanum, eruditum, & politum, ita inſulſe fuiſſe locutum? cum certe ipſos etiam ſtabularios & cerdones melius illa ætate locutos eſſe omnino credere fas ſit. Præterea in communi de Epiſtolis, quæ illius ætatis Epiſcopis Romanis tribuuntur, quod ſpuriæ ſint ac ſuppoſititiæ, dudum immotis rationibus, tum quoque ex ipſa quorundam Pontificiorum confeſſione, oſtenderunt viri eruditi; ex quibus, præter Centuriatores Magdeburgicos, centur. II, cap. VII, vide cumprimis heic celeberrimum noſtrum Gerhardum in laborioſo illo Confeſſionis Catholicæ opere, libro I, parte II, cap. IX, & Robertum Cocum in Cenſura ſcriptorum ſuppoſititiorum, ac Johannem Rainoldum in Cenſura apocryphorum paſſim, tum quoq; in Collatione cum Joh. Harto, cap. IIX, ſect. III. Sed tantum etiam de teſtimonio Calixti.

*De Ambroſii teſtimonio.*

IV. Quod Ambroſius librum Tobiæ *Propheticam Scripturam* appellat, id nondum probat, fuiſſe hunc librum pro canonico abs eodem agnitum. Nam & Hilarius, v. c. Enarrat. Pſalmi CXIIX, librum Sapientiæ citat tanquam ſcriptum Propheticum, & Enarr. Pſalmi CXXVII tanquam librum Salomonis: cum tamen, prologo in Explanationem Pſalmorum, librum illum extra canonem ponat. Sic item Hieronymus, qui toties & tam aperte, tum hunc ipſum Sapientiæ librum,

tum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

tum Eccleſiaſticum, a canone revellit, nihilo tamen ſecius utrumq; Salomonis titulo allegat: illum quidem Epiſtola XIII ad Paulinum, hunc vero ad Eccleſiaſtæ caput X. Et quid? annon Bellarminus ipſemet infra capite XIIX diſerte fatetur, librum Enoch a Juda ut Propheticum citari, nec tamen propterea eſſe canonicum? Ex hujusmodi itaque elogio ſcripti Prophetici ad autoritatem vere canonicam minus recte concluditur.

V. Pergimus ad locum Baſilii. Is vero, Homilia de Avaritia, ſive in illud divitis, Luc. XII, 18. *Deſtruam horrea mea, & majora ædificabo;* ita loquitur: οὐκ ἔσχε ἵνα λόγον τῆς ἐντολῆς. μὴ ἀπόσχῃ εὖ ποιεῖν ἐνδεῆ, καὶ, ἐλεημοσύναι καὶ πίστεις μὴ ἐκλειπέτωσάν σε, καὶ, διάθρυπτε πεινῶντι τὸν ἄρτον σου, *Non habuit rationem* dives iſte *præcepti illius: Ne deſinas benefacere inopi; &: Miſericordia ac Fides ne derelinquant te; &: frange panem tuum eſurienti.* Ubi tria citantur dicta, quæ ſingula totidem verbis leguntur, ſi nempe Græcum textum, quo Baſilius uſus eſt, inſpicias, in libris citra controverſiam canonicis: primum quidem Prov. III, 27. ſecundum eodem libro & capite, commate 3. ultimum Eſ. LIIX, 7. Nullum autem eorum conceptis verbis extat in libro Tobiæ; quanquam cum tertio ſimilitudinem habeat illud Tob. IV, 16. vel 17. ἐκ τοῦ ἄρτου σου δίδου πεινῶντι. Et ſane in ipſa editione Baſilii, quæ anno hujus ſeculi XIIX Pariſiis cum Frontonis Ducæi, Jeſuitæ, notis prodiit, ad locum, de quo agimus, in margine allegatur (ſive a Raphaele Volaterrano, qui Græcum textum Latine reddidit, ſive a Federico Morello, Profeſſorum Pariſienſium Decano, qui verſionem illam recenſuit, ſive ab alio quopiam viro Pontificio,

*Baſilii locus expenditur.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ficio, qui marginalia textui adjecit) non Tobias, ſed Eſaias. Fruſtra proinde ex Baſilio etiam teſtimonium pro Tobiæ libro quærit Bellarminus. Quanquam, ſi vel maxime ille citaſſet aliquid ex Tobia cum *divini præcepti* elogio, nihil tamen inde pro autoritate ejus libri canonica concludi poſſet. Videſis & heic illa, ad quæ num. I lectorem remiſimus.

*Auguſtini locus perpenditur.*

VI. Supereſt teſtimonium Auguſtini, quem dicit Bellarminus in ſuo Speculo præfari, ex canonicis libris ſe ſententias collecturum, nec tamen omittere Tobiam. Ubi non urgemus, quod, ipſomet Bellarmino teſte, de Speculo iſto nonnulli dubitent, an genuinus ſit Auguſtini partus; quodq; inter alios Marc. Anton. de Dominis, vir non minoris judicii quam eruditionis, iſtud Speculum *Auguſtini nomine indignum* eſſe ſcribat, libro VII de Republ. eccleſ. capite I, 37. ſed tantum dicimus, vel accipi heic τὸ *canonicum* in ſignificatu laxiori, & prout etiam Eccleſiaſtici libri eo titulo veniunt, (ita nimirum vocem illam ab antiquis interdum uſurpari, de profeſſo evicimus ſupra capite X) vel, ſi vocabulum iſtud ſtricte ſumatur ac proprie, denominationem fieri a potiori, & polliceri Auguſtinum, ſe collecturum ſuum illud opuſculum ex libris canonicis, quod potiſſima & maxima pars eorum, ex quibus id erat collecturus, eſſent libri canonici.

*Antilogia in libro Tobiæ occurrens.*

VII. Expendimus hucusque illa Patrum teſtimonia, quibus libro Tobiæ canonicam autoritatem lucrari ſatagit Bellarminus, reſtat, ut paucis nunc etiam videamus, quid ad difficultatem, quæ inter alia adverſus hujus libri αὐθεντίαν a Proteſtantibus moveri ſolet, reſpondere conetur. Nempe ſecum ipſe alicubi pugnat

pugnat iſte liber. Etenim capite III, 7. dicitur Sara, quam in uxorem habiturus erat Tobias junior, habitaſſe in civitate Medorum Rages; poſtea autem, cum perveniſſet Tobias ad illum locum ubi erat Sara, dicitur inde miſiſſe angelum ad Gabelem, in civitatem Medorum Rages, capite IX; ubi etiam Gabelem habitaſſe, jam ſupra capite IV, 21. fuerat indicatum. Quomodo ergo potuit Sara habitaſſe in civitate Rages?

*Bellarmini ſolutio.*

IIX. Hunc nodum ſolvi poſſe putat Cardinalis, ſi reſpondeamus, *in cap. 3. vocari Rages, non ipſam civitatem, ſed locum aliquem vicinum. Dicitur enim,* inquit, *habitare Romæ, qui Tuſculi, vel alibi in agro Romano habitat.*

*Examen.*

Sed nondum ita ſublata eſt difficultas. Verba Tobiæ, quibus affatur angelum, ita habent: *Obſecro te, ut aſſumas tibi animalia, ſive ſervitia, & vadas ad Gabelum, in Rages, civitatem Medorum.* Quis credat, ſi locus, unde mittebatur angelus, adeo fuiſſet vicinus civitati, ubi habitabat Gabel, dicturum fuiſſe ad Tobiam: vade in Rages, *civitatem Medorum?* Nemo, opinor, qui Tuſculo aliquem mittit Romam, ita eum compellabit: vade Romam, in civitatatem Italorum; nemo, qui Dobberano aliquem mittit Roſtochium, dicit: vade Roſtochium, in civitatem Meklenburgenſium. Cum e contrario, ſi quem Roſtochio v. g. mittam Stetinum, recte eum ſic alloquar: proficiſcere Stetinum Pomeranorum.

*Gretſeri exceptio col. 216.*

Et ſane mirari heic ſubit frontem Gretſeri, ſcribentis: *Dico, illud,* Medorum, *rectè ad nomen urbis Rhages adjectum fuiſſe, licet locus, in quo Sara morabatur, civitati vicinus eſſet. Nam ſi quis ex vicina arce Auguſtam iter inſtituens rogetur, quò tendat; quis neget, rectè reſponſurum, ſi dicat, ſe Auguſtam Vindelicorum tendere. Et tamen jam eſt*

*in Vindelicia. Item ſi quis ex circumjacentibus oppidis Ingolſtadium proficiſcens, dicat, ſe Ingolſtadium Bojorum iter tenere; non ineptè, ut arbitror, reſpondebit, niſi ineptorum Prædicantium judicio.* Imo vero, ut arbitror, ineptiſſime, judicio omnium, quibus quidem ſanum ſyncipuт.

*Erbermanni effugium. p. 34. 40.*

IX. Antequam ad alia progrediamur, operæ pretium eſt expendere, quod ex ſuo Bacono heic monet Erbermannus; *Recte*, inquiens, *pronuntiavit P. Thomas Baconus in Analyſ. Diſp. 3. c. 13. num. 193. intolerabilem eſſe Sectariorum impudentiam & iniquitatem, qui, cùm tot aliàs concoquant in libris canonicis indubitatis occurrentes contradictiones (quarum nonnullæ ibid. relatæ humano ingenio apparent ita inſolubiles, ut ex omnibus Fidei noſtræ articulis videatur eſſe difficillimus is ipſe, quòd nulla ſit in Scripturis aut falſitas, aut contradictio) tamen cùm ad Devtero-Canonicos, Judith, Estheris, Macchabæorum, &c. accedunt, ita moroſo ſunt ſtomacho, ut manifeſtis ſcatere falſitatibus & antilogiis clamitent.*

*Reſponſio.*

X. Verum, ſi quis par pari heic vellet referre, recte pronunciare poſſet, intolerabilem eſſe Baconi ac Erbermanni inſcitiam & ſtupiditatem, quod in diſputatione adverſus Proteſtantes a libris canonicis indubitatis ad libros illos controverſos procedant. Quia enim libros ὁμολογουμένως canonicos ex θεοπνευστίᾳ ſeu immediata Spiritus ſancti inſpiratione profectos, ac proinde prorſus infallibiles eſſe, immote credimus, nullas profecto in iis falſitates admittere poſſumus, nullas contradictiones; qvam ſpecioſæ etiam ſint apparentes illæ, quæ objici inde queunt, antilogiæ. Sed quid hoc ad libros iſtos controverſos? quos quia pro indubitato θεοπνεύστοις haud agnoſcimus, cur non notare nobis liceat, quæ in iis hinc inde occurrunt, mani-

feſtas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

feſtas falſitates & contradictiones evidentes? Nota ſunt illa Auguſtini, ex Epiſtola ejus XIX, ad Hieronymum: *Ego ſolis eis Scripturarum libris, qui Canonici appellantur, didici hunc timorem honoremq; deferre, ut nullum eorum autorem ſcribendo aliquid erraſſe firmiſſime credam. Ac ſi aliquid in eis offendero literis, quod videatur contrarium veritati, nihil aliud, quam vel mendoſum eſſe codicem, vel interpretem non aſſeqvutum eſſe quod dictum eſt, vel* ME MINIME INTELLEXISSE *non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet ſanctitate doctrinaq; præpolleant, non ideo verum putem, quia ipſi ita ſenſerunt, ſed quia mihi vel per illos autores canonicos, vel probabili* (proba & firma) *ratione, quod a vero non abhorreat, perſvadere potuerunt.* Ac infra: *Sicut paulo ante dixi, tantummodo Scripturis canonicis hanc ingenuam debeo ſervitutem, qua eas ſolas ita ſequar, ut conſcriptores earum nihil in eis omnino erraſſe, nihil fallaciter poſuiſſe non dubitem.* Pari modo nos, ſi quid forte in libris citra controverſiam canonicis occurrit, quod videatur contrarium veritati, nihilo minus, quia a Spiritu ſancto novimus profectum, pro veriſſimo id habemus, intellectus noſtri imbecillitatem heic cum Auguſtino agnoſcentes. Idem vero cur in controverſorum illorum librorum lectione faciamus, de quorum θεοπνευστίᾳ non conſtat, nulla nos urget ratio. Quemadmodum ergo, ſi quid dicitur in libris indubitato canonicis, præcipue attendimus, QUIS dicat: ita, cum in ceteris iſtis controverſis aliquid dicitur, attendimus, QUID dicatur.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

## CAPUT XII.

### De libro JUDITH.

1.

*An ex Hieronymo probari poſſit, Synodum Nicenam librum Judith inter canonicos retuliſſe. Baronii ſententia.*

LIbrum *Judith*, inquit Bellarminus, *egregium teſtimonium habere a Synodo Nicæna* I, *omnium Synodorum generalium prima & celeberrima*, *teſtatur Hieronymus præfatione in Judith.* Hic nimirum eſt ille locus Hieronymi, quo communiter triumphare ſolent Pontificii: imo ex quo liquidiſſime conſtare aliquando putavit Cæſar Baronius, in Concilio Niceno librorum vere θεοπνεύστων editum fuiſſe canonem. Sic nimirum ſcribit, ad ann. CCCXXV, 157. *Quis neget, imo quis auctoritate S. Hieronymi non affirmet, atq; tuto confirmet, in eadem magna Synodo de D. Scripturis authenticis editum eſſe canonem?* Atque mox provocat ad dictum Hieronymi prologum, additq;, *ejusmodi canonem, quo libri canonici* a Patribus Nicenis *numerati erant, penitus excidiſſe.* Quanquam bene habet, quod idem Cardinalis poſtmodum, re rectius expenſa, ſententiam mutavit ac emendavit, & iis, quæ jamjam producebamus, ſequentia ſubjecit; quæ primum legebantur in Appendice tomo x adjecta, nunc autem inſerta extant ipſi tomo III, loco paulo ante citato, num. CLIIX. *At hæc*, ait, *quantumlibet jure dici poſſe videantur; tamen conſiderando, quod, qui poſt Nicænum Concilium ſcripti reperiantur canones, ſacrorum librorum catalogum continentes, ut a Concilio Laodiceno, ſive a Patribus, ut Athanaſio, Gregorio Nazianzeno, Amphilochio, vel aliis, in illis liber Iudith inter Hagiographa non numeretur, haud affirmandum omnino exiſtimarem, canonem de libris ſacris ſtatutum eſſe a Nicæno Concilio, a quo neminem auſum fuiſſe recedere,*

*ab ipſomet poſt correcta.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*dere, jure debet exiſtimari: ſed non ex canone de ſacris libris confecto id aſſeruiſſe S. Hieronymum, verum potius ex Actis ejus, in quibus* OBITER CITATUS *idem inventus fuerit.* Hæc Baronius: quibus ſimilia habet Wilhelmus Lindanus, Epiſcopus Ruræmundenſis (cujus elogia videſis apud modo laudatum Card. Baronium ad ann. LIII, 32.) lib. III Panopliæ Evangelicæ cap. III, qui diſerte hinc concludit, *nihil hac de re* (de canonica autoritate libri Judith) *in Concilio Niceno fuiſſe definitum*.

II. Sane iſtud Baronii & Lindani argumentum quoad rem prorſus idem eſt cum eo, quod contra Bellarminum urget noſter Hunnius. *Certe*, ſcribit ille, *ſi quia Concilium Nicænum fuit œcumenicum & univerſale, ſi tale quid ſtatuit, & ſi ea eſt Conciliorum œcumenicorum auctoritas, quam* PONTIFICII *prædicant, qui fit, quod Divus Athanaſius, qui ei Concilio interfuit, nihilominus librum Iudith extra canonem ponit inter eos, qui Catechumenis tantum leguntur? Vixit & Nazianzenus poſt Concilium Nicænum: cur igitur & ille non œcumenicæ Synodi decreto (ſi modo tale unquam hac de re factum eſt) ſubſcribit; ſed librum Iudith, atque reliquos omnes, quos non recenſet, ſuppoſititiorum loco habet, inquiens: ſi quid extra hæc invenitur, inter* ADULTERINOS LIBROS *numerandum eſt? Quid? annon Epiphanius quoque multo poſt celebratum Nicææ Concilium floruit circa annum Chriſti 400? Cur ergo non amplectitur decretum ſynodi œcumenicæ, ſed librum Iudith in cenſu habet apocryphorum?* Porro; *ſi Nicæna Synodus ita ſtatuit, ut Iudith canonicorum librorum claſſi adjungeretur, cur ergo Damaſcenus univerſali Concilio tam inobediens, ut, decreto hoc æternum ſepoſito, librum iſtum una cum cæteris, quos apocryphos nuncupamus, arceret a canone, lib. 4. Orthod. fidei cap. 18?* Et *quia Laodicenum Con-* cilium

*Baronius & Lindanus eodem modo ut Hunnius argumentantur.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*cilium multo poſt Nicænum eſt habitum, cur hujus Laodicenæ Synodi Patres non veſtigia obſervarent univerſalis Synodi Nicænæ?* Ita Hunnius; ad eundem plane modum, ut vides, quo Baronius & Lindanus. Unde dum Gretſerus ſe heic opponit Hunnio, opponit ſe ſimul Baronio & Lindano, Cardinali alteri, alteri Epiſcopo Pontificio.

*Mariani Victorii impudentia.*

III. Potuiſſet autem ille brevibus ſe expedire, ſi cum Mariano Victorio, Epiſcopo Amerino, in nota marginali ad præfationem Hieronymi in Judith, dixiſſet: *OMNES antiqui Patres poſt Concilium Nicenum librum Judith canonicum eſſe aſſeruerunt;* vel cum eodem, ex ſcholiis in Epiſt. Hieronymi x, ad Furiam: *Nobis de illo* Judithæ libro *nulla eſt dubitatio, quippe cum, ab Eccleſia eum receptum eſſe, Nicena Synodus, una cum Carthaginenſi & Gelaſii, ceterorumq; OMNIUM ſanctorum autoritas, diſerte prodant.* Qua voce dubito an unquam emiſſa fuerit a quoquam Pontificiorum impudentior. Sed placuit tamen Gretſero paulo aliter heic procedere.

*Gretſeri exceptio contra teſtimonium Athanaſii.*

*col. 196.*

IV. Videamus proinde, quanti momenti ſint, quæ is contra affert. Primo ad autoritatem Athanaſii; *Reſpondeo,* inquit, *Prædicantem argumento ſuo aliquid probabilitatis conciliaturum, ſi duo demonſtret: primum, ſanctum Athanaſium eſſe auctorem libelli, qui* Synopſis ſacræ ſcripturæ *inſcribitur: de hoc enim multi viri docti non immerito dubitant. Secundum, ſi S. Athanaſius hujus ſynopſeos auctor eſt, ſcriptam eſſe poſt Nicænam Synodum, non ante. Hæc duo cum Prædicans evidenter demonſtraverit, tum non parum veriſimilitudinis objectioni ſuæ conciliaverit. Interea tamen ungves ſæpius, opinor, rodet, & caput ſcabet.* Ita de viro, qui tunc ante aliquot jam annos in vivis eſſe deſierat, Gretſerus. Cujus Logicam & proceſſum diſputandi

*Ratio diſpu-*

tandi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

tandi heic merito miramur. Volebat nimirum duo is excipere contra illuſtre iſtud Athanaſii teſtimonium, quod urget Hunnius; primo, Synopſin illam non eſſe Athanaſii; deinde, ſi vel maxime ejus ſit, fuiſſe tamen ante Nicenam Synodum conſcriptam. Incumbebat igitur ipſi, ut utriusque exceptionis rationes afferret. Quid vero ille? mirabili arte onus probandi transmovet in Hunnium, ab eoq; poſtulat, ut contrarium ejus, quod ipſe, nullo allato argumento, exceperat, evidenter demonſtret. Quis, obſecro, audivit unquam, ſi quis librum autori tribuat, qui inter ejus opera ordinarie numeratur, & a multis ſeculis, nemine unquam contradicente, ſub ipſius nomine fuit lectus, teneri nihilominus illum, & evidenter quidem, demonſtrare, librum iſthunc revera eſſe ejus autoris? Hac ratione profecto poſtulare quis poſſet abs Gretſero, ut evidenter demonſtret, libros de Officiis eſſe Ciceronis, libros Georgicorum Virgilii, libros Metamorphoſeon Ovidii, & ſic deinceps. Gretſeri utique erat, producere argumenta, quibus evinceretur, Synopſin illam non eſſe Athanaſii. Nam quod ait, multos viros doctos de hoc non immerito dubitare, id ſane haud ſufficit. Equidem memini, Dionyſium Petavium, tom. II Theolog. dogmatum, lib. I de Trinitate, cap. IV, ubi Baronium notat, qui, ann. CCCXIIX, 77. Lucianum Martyrem a ſuſpicione ἑτεροδοξίας liberaturus, ad Athanaſii Synopſin provocat, hunc in modum ſcribere: *Sed neque verum illud eſt quod in Annalibus legitur, Athanaſium purgare ab illa hæreſeos ſuſpicione voluiſſe Lucianum eo ipſo, quod in Synopſi hunc enixe collaudavit. Nam* SYNOPSIS ISTA NON EST *ATHANASII*. Verum neque

*tandi Gretſeriana.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

heic ullum invenio fundamentum, quod ſuæ iſti negationi ſubſternat Petavius; ſed nude tantum & ipſe negat, Synopſin eſſe Athanaſii. Num vero id ſatis eſt? Scilicet egregie heic confirmatur id, quod ex ordinaria Pontificiorum praxi præ cæteris obſervant multisq; exemplis comprobant doctiſſimi illi Angli, Robert⁹ Cocus, in præfatione ſuæ Cenſuræ, Johannes Prideaux, in Oratione IX, quæ ſubjuncta eſt XXII ejus lectionibus de totidem religionis capitibus, & Robertus Parkerus, lib. II de Politeia eccleſiaſtica cap. XII, Pontificios puta, quando ipſis objicitur teſtimonium aliquod ex priſcorum Patrum monumentis, ad quod alias quæ reſpondeant non inveniunt, illico excipere, librum, unde id depromptum, ſpurium eſſe ac ſuppoſititium.

*Exceptio Gretſeri adverſus autoritatem Nazianz. l. c.*

V. Porro ad Nazianzeni objectam autoritatem Gretſerus: *Nazianzenus*, ait, *omittit etiam Eſtherem. Qua de cauſa, Hunni?* Vult dicere: Si cognitum non habuit Nazianzenus, librum Eſther ad canonem pertinere, quandoquidem illum omittit, dum ceteros libros canonicos recenſet, quid mirum, ſi idem ignoraverit, quid in in Concilio Niceno de libro Judith fueris decretum? Sed quis non animadvertit imbecillitatem hujus conſequentiæ?

*Reſponſio.*

Eſto, non habuerit perſpectam ſatis Gregorius Nazianzenus veterem Hebræorum de Eſtheræ libro traditionem, num propterea ſtatim vero erit ſimile, neſciviſſe eundem, quid in Concilio Niceno tam nuper de libro Judith Eccleſia determinaverit? Revera autem admirabilem iterum diſputatorem agit Gretſerus, quando tum de Nazianzeno, tum de aliis Patribus, qui poſt Niceni Concilii tempora li-

*Novum exemplum artificii diſpu-*

ra librum Judith pro non-canonico habuerunt, hunc in modum porro diſſerit: *Nicenæ Synodi ſanctionem Patres iſtos latuiſſe quis dubitet affirmare, ſi, Chriſtiani canonis libros percenſere volentes, librum Iudith omiſerunt? non omiſſuri utique, ſi tanti Concilii, quod ipſi maximi faciebant, conſtitutionem exploratam habuiſſent.* Attende, lector cordate. Quæſtio eſt: an Synodus Nicena librum Judith in canonem retulerit? Negat id Hunnius; inter alia hoc uſus argumento, quod, ſi factum illud eſſet, non excluſuri eum fuiſſent inde Athanaſius, Nazianzenus, Epiphanius, aliiq; Patres vetuſti. Ad iſtud Hunnii argumentum reſponſurus Gretſerus, excluſiſſe ait Doctores citatos ideo ex canone librum Judith, quod ſanctionem Concilii ignorarent. Quia vero facile videbat, rogatum iri, unde conſtet, ignoraſſe ſanctionem illam Patres? addit, non fuiſſe alias omiſſuros illum librum, quem tantum Concilium in canonem retulerat: & ita, ecce, illud ipſum, quod erat in quæſtione, quodq; Hunnius allato argumento impugnaverat, ſcilicet, an Concilium Nicenum librum Judith in canonem retuliſſet, ut certum ac indubitatum ſupponit, & fundamentum totius ſuæ reſponſionis facit.

*tandi Gretſeriani. l. c.*

VI. De Epiphanio & Damaſceno reſpondet Gretſerus, canonem Hebræum, non Chriſtianum, eos enumerare. Sed vanum & hoc effugium eſt. Nam quod Epiphanium attinet, ubi canonem veteris inſtrumenti is exhibuiſſet, libro, ad quem Gretſerus provocat, de menſuris ac ponderibus, de libro Sapientiæ & Eccleſiaſtico ſequentia mox attexit: αἱ στιχήρεις δύο βίβλοι, ἥτε τοῦ Σολομῶντος, ἡ Πανάρετος λεγομένη, καὶ ἡ τοῦ Ἰησοῦ, τοῦ υἱοῦ Σιρὰχ, ἐκγόνου δὲ τοῦ Ἰησοῦ, τοῦ καὶ τὴν Σοφίαν ἑβραϊστὶ γράψαντος,

*Gretſeri exceptio contra teſtimonia Epiphanii ac Damaſceni. l. c.*

*Reſponſio.*

ψαλτος, ἣν ὁ ἔκγονος αὐτοῦ Ἰησοῦς ἑρμηνεύσας, ἑλληνιστὶ ἔγραψε, καὶ αὗται χρήσιμοι μέν εἰσι καὶ ὠφέλιμοι, ἀλλ' εἰς ἀριθμὸν ῥητῶν οὐκ ἀναφέρονται; *Quod ad duos illos libros attinet, qui verſibus diſtincti ſunt, Salomonis videlicet Sapientiam, quæ Panaretus inſcribitur, & librum Ieſu, filii Sirach, Jeſu nepotis, qui Sapientiam Hebraice ſcripſit, quam nepos ejus Ieſus Græce reddidit; tametſi utiles ac fructuoſi illi ſint, in dictorum numerum nequaquam referri ſolent.* Gemina leguntur apud Damaſcenum, qui ſine dubio præ oculis heic habuit Epiphanium. Quis vero hinc non animadvertit, falſum eſſe, quod ex aliena, Iudæorum videlicet, & non ex ſua ſententia, canonicos libros illi Patres recenſeant? Etenim ſi id facere voluiſſent, neutiquam dixiſſent ita abſolute, Sapientiæ & Siracidæ libros eſſe quidem χρησίμους καὶ ὠφελίμους, *utiles & commodos*, ſive, ut Damaſcenus loquitur, ἐναρέτους καὶ καλοὺς, *bonos & pulchros*, in canonicorum vero librorum numerum haud referri; ſed potius, eos pro bonis quidem ac utilibus *ab Hebræis* haberi, in numerum tamen canonicorum *ab illis, uti a nobis Chriſtianis*, non referri.

*Concilium Laodicenum quo tempore habitum.*

VII. Tandem de Synodo Laodicena Gretſerus; *Urget Hunnius*, inquit, *Concilium Laodicenum multo poſt Synodum Nicænam habitum. At unde probat Prædicans, Laodicenam ſynodum celebratam poſt Nicænam, & quidem multo poſt? Quem hujus ſuæ aſſertionis profert auctorem & approbatorem? Nullum, opinor, præter ſe & ſuos; qui nobis non tanti, ut absque probatione fidem inveniant.* Sed nimis temerarius eſt antagoniſta, quando ait, NULLUM præter Hunnium & Proteſtantes proferri poſſe auctorem, qui aſſerat, Laodicenam Synodum celebratam poſt Nicenam? Ecce enim, proferimus autorem Pontificium,

eumq;

eumq; non poſtremæ claſſis, utpote qui, teſte Ant. Poſſevino, primum Regens fuit Collegii S. Gregorii, ordinis Dominicani, in valle Oletana, deinde Archiepiſcopus Toletanus, Bartholomæum videlicet Caranzam; qui in Summa Conciliorum Synodum Laodicenam congregatam fuiſſe ſcribit *circa annum Domini 364. ſub Papæ Liberii finalibus annis*; atque ita multo poſt Concilium Nicenum, quippe quod habitum fuit anno CCCXXV, uti in Annalibus ſuis demonſtrat Baronius: proferimus porro Gulielmum Lindanum, Epiſcopum Ruræmundenſem, (illum *hæreſum expugnatorem*, juxta Poſſevinum; *ob egregiam eruditionem toti Chriſtiano orbi ſpectatum, & mille de proſtratis hoſtibus coronis auctum*, juxta Card. Baronium ad ann. LIII, 32.) qui lib. III Panopliæ cap. III, Synodum Laodicenam ipſos octoginta annos poſt Nicenam fuiſſe habitam affirmat: quid? proferimus ipſum Card. Baronium, diſertis verbis, iis puta, quæ ſupra num. I dedimus, fatentem, quod Concilium Carthaginenſe poſt Nicenum fuerit celebratum. Equidem non neſcio, contrarium aliquando Baronium heic ſenſiſſe: ita enim conſtat ex Appendice tom. IV Annalium; ſed ubi animadvertit infirmitatem argumentorum, quibus ibi fuerat uſus, ſententiam mutavit. Nec quemquam turbet, quod, quæ nos loco laudato produximus, legantur in tertio Annalium tomo, ut ſic videri queant potius ipſa corrigi in Appendice tomi quarti: nam, uti jam ibi monuimus, primum exhibita fuere in Appendice tomi decimi, & poſtea demum in ſequentibus editionibus inſerta tomo tertio, ut ſcilicet immediate ea exciperent, quæ per ipſa debebant corrigi. Mirari autem ſubit, cum



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Erbermannus Caranzæ, Lindano, & Baronio contradicit.* *p. 43.*

non tantum Caranza & Lindanus profiteantur, Laodicenam Synodum habitam eſſe poſt Nicenam, ſed etiam Baronio id adeo fuerit perſvaſum, ut opinionem, quam antea operoſe defenderat, contrariam ipſe retractarit', Erbermannum nihilominus adeo confidenter ſcribere, eſſe illam Synodum Nicena anteriorem. Quanquam acceptamus, quod idem ait, inter duo illa Concilia, quantum ad ſententiam de autoritate libri Judith, nullam eſſe pugnam. Etenim ſi hoc verum, falſum utique oportet eſſe, quod ipſe tamen Erbermannus tam ſerio alias propugnat, Synodum Nicenam librum Judith in canonem retuliſſe: cum Laodicenam quidem Synodum illum librum inter τὰ ἀκανόνιστα βιβλία referre, nec libris canonicis, quos ordine recenſet, annumerare, ipſa Actorum inſpectio unumquemque docere poſſit.

*Erbermanni exceptio contra teſtimonium Synodi Laodicenæ.* *p. 38.*

IIX. At, inquit Erbermannus, *Laodicenum* Concilium *libros* controverſos *non rejicit, ſed negativè ſe habet reſpectu illorum.* Mirabilis vero ſubtilitas! Annon, obſecro, Concilio Laodiceno diſerte ἀκανόνιστα βιβλία ſunt, ſeu *libri non-canonici*, quotquot in illo, quem texit, catalogo non recenſentur? annon porro librum habere pro non-canonico, eſt, negare eum eſſe canonicum? annon tandem, librum negare eſſe canonicum, eſt, rejicere eum a canone? Et quid eſt, quod Erbermannus ait, Laodicenam Synodum habere ſe reſpectu librorum controverſorum negative? num forte hoc vult, eam non recipere quidem libros illos in canonem, ſed nec ex eo rejicere? Ita credo eum ludere in re ſeria cum Melchiore Cano, lib. 11 de Locis Theologicis cap. 11, &, qui hunc ſequitur ac operoſe defendit,

*col. 103. ſeqq*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

dit, Jacobo Gretſero. At illo effugio heic uti non poteſt. Nam, ut jam monuimus, Laodiceni non nude omittunt in ſuo canone libros controverſos, ſed expreſſe addunt, ſe illos libros, quos omittunt, vel, quos in canone ſuo non exprimunt, (& proinde etiam hos, de quibus inter nos ac Pontificios diſceptatur) habere pro ἀκανονίστοις. Ita nimirum habet canon LIX: ὅτι οὐ δεῖ ἰδιωτικοὺς ψαλμοὺς λέγεσθαι ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, οὐδὲ ἀκανόνιστα βιβλία, ἀλλὰ μόνα τὰ κανονικὰ τῆς καινῆς καὶ παλαιᾶς διαθήκης. Quæ hunc in modum vertit Dionyſius Exiguus; cujus editionem Græco convenientiorem eſſe agnoſcit Binius: *Quod non oportet privatos & vulgares aliquot Pſalmos dici in Eccleſia, nec* LIBROS NON CANONICOS, *ſed* SOLOS *Canonicos Veteris & Novi Teſtamenti.* Quibus mox ſubjicitur: *Hæc ſunt quæ legi oportet ex veteri Teſtamento*; & recenſentur libri indubitato canonici, omiſſis controverſis. Unde naſcitur argumentum invictum:

Quos libros noluit in Eccleſia legi Concilium Laodicenum, illos habuit pro libris non-canonicis,
Atqui libros inter nos & Pontificios controverſos noluit in Eccleſia legi,
Ergo illos libros habuit pro libris non-canonicis.

Major ex datis Laodiceni canonis verbis quavis luce clarior eſt. Sed & Minor inde manifeſto deducitur. Quod ſi enim Concilium legi voluit eos SOLOS, quos in catalogo ſuo nominat, utique legi noluit, qui ibi non nominantur. Atqui non nominantur libri Proteſtantes inter ac Pontificios controverſi. Ergo illos Concilium Laodicenum in Eccleſia legi noluit. Jam ergo: Si Laodicena Synodus libros controverſos habuit pro non-canonicis, vel, quod idem eſt, ſi negavit eos



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

eos eſſe canonicos, negavit quoque eos eſſe divinos, & a Spiritu ſancto immediate dictatos atque inſpiratos; (nam ſi libri *canonici* tota ratio in ea ſita eſt, quod ſit liber *divinus*, *& a Spiritu ſancto immediate dictatus & inſpiratus*, uti innuit Gretſerus, non poteſt ſane liber *non-canonicus* eſſe hujusmodi;) ſi hoc, ergo non potuit non a canone illos rejicere, eodemq; indignos habere. Applica huc, quæ diſſerit Gretſerus capite VII: ubi ſane idem ipſi ſunt *non canonicum* & *indignum canone*.

*col. 104.*

*col. 103.*

*Hieronymus an diverſas diverſo tempore de libro Judith foverit ſententias.*

IX. Sed revertamur ad Hieronymum; quem teſtari ait Bellarminus, quod liber Judith egregium habeat teſtimonium, canonicæ ſcilicet autoritatis, a Synodo Nicena. Sane Doctorem hunc celeberrimum in prologo galeato & præfatione in Proverbia librum Judith extra canonem ponere, & ipſe Bellarminus, & ejus Apologetæ Gretſerus ac Erbermannus admittunt: putant vero, ipſum poſtea mutaſſe ſententiam; adeoq; ſupponunt, tum quod præfatio in librum Judith ſcripta ſit ab Hieronymo poſt prologum galeatum & præfationem in Proverbia, tum quod idem S. Pater, quando jamjam memoratos prologos, galeatum, inquam, & Proverbiorum, ſcribebat, decretum Nicenum de libro Judith nondum habuerit cognitum. Quam in rem Gretſerus, ubi recitaverat illa Hunnii: *Hieronymus, non habita ratione ejus ſanctionis Synodicæ, diſerta voce pronunciat nihilominus, librum Iudith non eſſe in canone. Vide Prologum Galeatum*; confidenter ſatis: *Noſſe debebat Prædicans*, inquit, *Prologum Galeatum ante fuiſſe ſcriptum, quam ſanctus Hieronymus decretum ſynodi Nicænæ cognoſceret, & ante præfationem in librum Iudith. Quocirca veritatem poſtea edoctus, mutavit ſententiam in*

*col. 190.*

*Prologo*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Prologo Galeato traditam, quod quidem ad librum Iudith attinet.* Verum enim vero, quis non videt, alterum, quod heic tanquam certum ſupponitur, nullo modo probari, alterum nullo modo credi poſſe? Unde enim probabitur, prologum galeatum ſcriptum eſſe ante præfationem in Judith? & quis credet, ignoraſſe Hieronymum, quæ in Concilio œcumenico omnium primo & celebratiſſimo fuerint decreta?

x. Excipit Gretſerus; quod Hieronymo definitio Nicenæ Synodi de libro Judith non fuerit ſtatim perſpecta, id mirum non eſſe, in tanta raritate exemplarium, in quibus canones & acta illius Synodi fuerint contenta, quantam ſtatim poſt abſolutam Nicenam Synodum extitiſſe ex hiſtoriis certum ſit. Sed dic, ſodes, quis unquam ſibi perſvaſerit, præcipuis Nicenæ Synodi propugnatoribus ejus de fide decreta fuiſſe ignota, hoc eſt, Patres illos, qui tanto conatu contra veritatis hoſtes fidem Nicenam defendebant, ipſum illud, quod defendebant, non ſatis habuiſſe perſpectum? Sane quam pauca etiam extiterint exemplaria, hæſerunt tamen illa haud dubie potiſſimum in manibus præcipuorum Doctorum, qui omnium rectiſſime iis uti noverant, imo qui absq; præſentiſſimo Eccleſiæ periculo carere illis non poterant. Præterea intervallum temporis, quod inter celebratam Synodum Nicenam & Hieronymum intercedit, non eſt adeo exiguum, ut ſatis commode Hieronymus dici poſſit vixiſſe *ſtatim poſt abſolutam Nicænam Synodum*, ceu quidem innuit Gretſerus. Habita quippe eſt illa Synodus, uti jam ſupra ex Baronio monuimus, anno Domini CCCXXV, Hieronymus vero, ut ipſe de ſe teſtatur

*Gretſeri exceptio.* *col. 195.*

*Reſponſio.*

 in fine

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

in fine libri de ſcriptoribus eccleſiaſticis, floruit anno XIV Theodoſii: unde inter Concilium Nicenum & Hieronymi ætatem LXX circiter annos interveniſſe liquet.

*Teſtimonium Hier. accuratius expenditur.*

XI. Sed age, conſideremus nunc paulo accuratius illud teſtimonium Hieronymi, quo exultant adverſarii plerique, ac ſi confecta res eſſet. Verba ita habent: *Apud Hebræos liber Iudith inter hagiographa* (*apocrypha* legi oportere, oſtenſum ſupra capite X, 23.) *legitur: cujus auctoritas ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea judicatur: Chaldæo tamen ſermone conſcriptus, inter hiſtorias computatur. Sed quia hunc librum Synodus Nicena in numero ſanctarum ſcripturarum legitur computaſſe, acquievi poſtulationi veſtræ, imo exactioni, & ſepoſitis occupationibus, quibus vehementer artabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis ſenſum e ſenſu, quam ex verbo verbum transferens.* Heic primo quæritur: an ex iis verbis certo evinci queat; Hieronymo teſte Concilium Nicenum librum Judith revera in ſacris Scripturis numeraſſe? Sane non deſunt ex ipſis Doctoribus Pontificiis, qui exiſtimant, Hieronymum heic quidem, quid apud alios legatur, referre, interim ipſum vix credere, feciſſe id Nicenam Synodum, quod ita feciſſe legatur vel dicatur; ſiquidem alibi expreſſe librum Judith a canone excludat, non facturus, ſi verum eſſe putaſſet, illum a tantæ autoritatis Concilio in numero ſanctarum ſcripturarum fuiſſe computatum. Ita Lindanus lib. III Panopliæ cap. III: *Legitur computaſſe, ait Hieronymus; quod mihi dubitantis ſuſpicionem ſubindicare videtur. Niſi fortaſſe quis hunc de libris canonicis Nicænum canonem — hæreticorum fraude fuiſſe acciſum atque eccleſiis ſubjectum opinetur. Cui ne ſuffragemur, cogit pia de ſanctiſ-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*ſimis Patribus in Concilio Laodiceno congregatis exiſtimatio, non eos illa ætate, qua canonum ſcientia inprimis ornabat Epiſcopos, tam fuiſſe ſui & officii & nominis oblitos, ut illos aut neſcierint, aut deſideratos non requiſierint. Ad hæc, ſi* VERE *legitur, quod ait Hieronymus, legi Iudith Concilium Nicænum inter canonicos computaſſe, quid ſibi vult, quod idem in librorum Salomonis præfatione ſcribit, eccleſiam libros Iudith, Tobiæ, ac Machabæorum, legere quidem, ſed inter canonicas Scripturas non recipere?* Sic item Stapletonus, lib. IX principiorum fidei doctrinalium cap. XII, dum expendit illud Hieronymi teſtimonium, ſubjungit, videri eum *id referre ex fama tantum: nam alibi*, inquit, *aperte dubitat.*

*Qua ratione Synodus Nicena librum Judith in Scripturis ſanctis reputarit.*

XII. Interim ſi maxime concedamus, Concilium Nicenum librum Judith vere in ſanctis Scripturis reputaſſe, quæritur amplius, qua ratione id fecerit, & an eo ipſo hunc librum in canonem referre voluerit? Card. Baronius, loco num. I citato, exiſtimat, digitum intendiſſe Hieronymum ad acta Nicenæ Synodi, *in quibus obiter citatus idem liber inventus fuerit.* Quod ſi ita eſt, non magis inde ſequitur, librum Judith eſſe canonicum, quam quod canonici ſint liber aſſumptionis Moſis, ac liber ſermonum myſticorum Moſis, qui in ejuſdem Synodi actis, & quidem cum elogio *Scripturæ*, citati reperiuntur. Vide Gelaſii Cyziceni Commentarium actorum hujus Synodi, parte II, cap. XIIX. Et ſane non ſtatim canonicum eſſe cenſendum, quidquid, etiam ſub *Scripturæ* titulo, a veteribus ſive Conciliis ſive Patribus laudatur, abunde jam ſupra oſtenſum eſt cap. VII, 6. 8. IIX, 6. 7. IX, 2.

*Liber Judith computatus in nu-*

XIII. Card. Hugo, in Expoſitione prologi, de quo nunc agimus, annotat, Synodum Nicenam com-

putaſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*mero ſan-ctarum Scri-pturarum ad informa-tionem mo-rum.*

putaſſe librum Iudith in numero ſanctarum Scripturarum, *ad informationem morum.* Atque ita etiam Marcus Anton. de Dominis, doctiſſimus ille Spalatenſium Epiſcopus, & Dalmatiæ atque Croatiæ Primas, lib. VII de Republ. eccl. cap. I, 36. Quin & Alfonſus Toſtatus, agens de duplicis generis libris apocryphis, præfatione in Matthæum, quæſtione III, ubi dixerat, primo modo apocryphos eſſe, quos quidem Scriptura non ponat in canone librorum ſuorum, *permittat tamen volentibus legere, quod legant, quia non videatur inde ſequi aliquod inconveniens*; unde *Eccleſia legat illos, & computet inter libros ſuos*; (vide ſupra cap. X, 6) mox ſubjungit: *Sic dicit Hieronymus in prologo ſuper Iudith, quod liber Iudith, qui eſt de apocryphis, ab Eccleſia recipitur, quia Synodus Nicæna legitur eum inter libros ſacræ Scripturæ computaſſe.* Et ſane ipſe Hieronymus non tantum præfatione in Proverbia hunc librum diſerte iis annumerat, quos Eccleſia ſolum *legit ad ædificationem plebis*, ſed & hoc ipſo, quem nunc tractamus, loco, eodem hand obſcure collimat, cum uſum ejuſdem ſequentibus commendat verbis: *Accipite Iudith, viduam, caſtitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconiis declarate. Hanc enim non ſolum feminis, ſed & viris imitabilem dedit, qui caſtitatis ejus remunerator, virtutem ei talem tribuit, ut invictum omnibus hominibus vinceret, & inſuperabilem ſuperaret.* Quæ vero ad morum tantummodo ædificationem in Eccleſia legebantur, ea non ſtatim canonica autoritate polluiſſe, & idem Hieronymus jamjam memorata in Proverbia præfatione conceptis verbis docet, & aliunde item ſatis ſuperq; conſtat. Vide Athanaſium in Synopſi, Ruffinum in Expoſitione



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Symboli, Philaſtrium hæreſ. LXXXIIX, Gregorium M. lib. XIX Moralium cap. XVI; & ex poſteriorum ſeculorum ſcriptoribus Radulphum Flaviacenſem lib. XIV in Levit. cap. I, Hugonem de S. Victore lib. de Scripturis & Scriptoribus ſacris cap. VI, & alibi, Richardum de S. Victore lib. II Exceptionum, vel verius Excerptionum, cap. IX, Nicolaum Liranum præfatione in librum Tobiæ, Britonem ad prologum Hieronymi in libros Maccabæorum, Johannem Semecam Teutonicum, gloſſ. in c. *Canones*, diſt. XVI, Wilhelmum Occam Dialogi parte III, tract. I, lib. III, cap. XVI, Alfonſum Toſtatum, præfat. in Matthæum, quæſt. II, Autorem præfationis Bibliorum, cum Poſtilla Lirani junctisq; gloſſis ordinaria & interlineari Baſileæ anno cIↃ IↃ VI editorum, Franciſcum Ximenium præfatione in Biblia Complutenſia, Johannem Driedonem lib. I de Eccleſiaſticis Scripturis & dogmatibus cap. IV, aliosq;. Confer ſupra cap. IX, I.

XIV. Bellarminus ex Hieronymi verbis, quæ nunc expendimus, evincere ſatagit, Synodum Nicenam librum Judith ita in numerum ſacrorum librorum retuliſſe, ut idoneum eſſe cenſuerit ad fidei dogmata confirmanda. Hæc enim ejus ſunt verba: *Aſſerit ſanctiſſimus Doctor, apud Hebræos librum Judith numerari in ſanctis libris, qui tamen non ſint idonei ad dogmata fidei comprobanda: deinde, huic Hebræorum ſententiæ opponi Nicænæ Synodi auctoritatem: Igitur, teſte Hieronymo, Nicena Synodus librum Judith ita retulit in numerum ſacrorum librorum, ut eum idoneum eſſe cenſuerit ad fidei dogmata confirmanda.* Verum enim vero, quod hæc ſit mens Hieronymi, de eo mihi quidem nullatenus liquet; & lon-

*Bellarminiana explicatio verborum Hier. examinatur.*

ge profecto aliud ipſa S. Patris verba, etiam nude tantum inſpecta, quemvis abunde docent. Scilicet non ideo memorat ille, Synodum Nicenam legi librum Judith computaſſe inter ſacras Scripturas, ut autoritate hujus Synodi oſtenderet, perperam iſthunc librum cenſeri roborandis fidei dogmatis inidoneum; ſed ut indicaret, quamobrem illi libro, qui alias inter apocrypha ſit, hunc honorem ipſe habuerit, ut in latinam eum lingvam transferret. Ita enim Hieronymi textum fluere evidentiſſimum eſt: Tametſi liber Judith ex iis unus ſit, qui apud Hebræos pro apocryphis habentur, nec ad firmanda dogmata judicantur idonei, nihilominus illum cum ceteris veteris Teſtamenti libris in latinum ſermonem convertere volui, quia Synodus Nicena eum inter ſanctas Scripturas computaſſe legitur. Quod ergo dignum cenſeret librum Judith, quem latine verteret, id autoritas Niceni Concilii, inter Scripturas ſacras iſtum librum computantis, apud Hieronymum effecit: quod vero eundem induxerit computatio illa, ut autoritatem iſti libro canonicam adverſus Judæos aſſereret, de eo tantum abeſt ut in Prologo Hieronymi quidquam habeatur, ut potius contrarium inde manifeſto eluceat. Si enim librum Judith pro canonico recepit Hieronymus, eccur non ita eum interpretatus eſt, ut verbum ex verbo transferret, ſed tantum, ut ſenſum e ſenſu? annon Epiſtola CI, ad Pammachium, quæ de optimo genere interpretandi agit, ipſe hoc diſcrimen aſſignat inter ſuas translationes ſacrarum literarum & aliorum ſcriptorum, quod ibi verbum e verbo exprimere ſoleat, heic ſenſum de ſenſu? Majoris evidentiæ cauſa ſic argumentor:

Quem librum Hieronymus ita tranſtulit, ut ſen-
ſum tantum de ſenſu expreſſerit, non autem
verbum e verbo, illum non habuit pro libro
Scripturæ vere canonico;
Atqui librum Iudith Hieronymus ita tranſtulit;
Ergo eundem non habuit pro libro Scripturæ vere
canonico.

Major patet ex laudata ad Pammachium epiſtola; ubi ita loquitur S. Doctor: *Ego non ſolum fateor, ſed libera voce profiteor, me in interpretatione Græcorum, ABSQUE SCRIPTURIS SANCTIS, UBI ET VERBORUM ORDO ET MYSTERIUM EST, non verbum e verbo, ſed ſenſum exprimere de ſenſu.* Minor habetur in ipſo Prologo Iudith, ubi profitetur Hieronymus, quod huic libro *unam* tantum *lucubratiunculam dederit, magis ſenſum e ſenſu, quam ex verbo verbum transferens.* Atque hocipſum, quod ſcilicet libri Iudithæ autoritas canonica ex ſæpe laudata Hieronymi in illum librum præfatione non tantum non probari, ſed & contrarium inde elici poſſit, etiam ſuo tempore obſervavit Antoninus, Archiepiſcopus Florentinus; qui, cum parte III ſuæ Summæ, tit. XIIX, cap. VI, § II, Sapientiæ, Eccleſiaſtici, Iudithæ, Tobiæ, & Maccabæorum feciſſet mentionem, addit poſtea: *De his quinque libris dicit Hieronymus in prologo ſuper Judith, quod authoritas horum librorum ad roboranda illa, quæ in contentionem veniunt, minus idonea judicatur, ſed tantum Synodus Nicena in numero ſanctarum Scripturarum legitur computaſſe. Hoc dicit Hieronymus de libro Judith, & idem de aliis videtur dicendum. Et de hoc habetur diſt. 15. ſancta Romana, in Palea. Et idem etiam dicit Thom. 2. 2. & Nic. de Lyra ſuper Tobiam, ſcil. quod iſti non ſunt tantæ auctoritatis, quod ex dictis eorum*

*Antoninus Florentinus nobis ſuffragatur.*

 *poſſet*

*poſſet efficaciter argumentari in his quæ ſunt fidei, ſicut ex aliis libris S. Scripturæ. Unde forte habent auctoritatem talem, qualem habent dicta Sanctorum approbata ab Eccleſia.*

*Greſeri exceptio.* *col. 224.*

XV. Excipit Gretſerus, dicere tamen Hieronymum, aliquid libro Iudith a Nicena Synodo tributum, quod non tribuerit Synagoga, ſive Eccleſia Iudaica. *Quid vero illud*, inquit, *ſi non canonica & infallibilis auctoritas? Nam Judæi quoque hunc librum ſanctis libris annumerabant. Ergo Nicæna Synodus aliquid amplius largiendum declaravit. Quo Synodi decreto excitatus S. Hieronymus, hunc librum Latio donare voluit, ſepoſitis omnibus aliis negotiis.*

*Reſponſio.*

Reſp. Concedo, ſi ſibi conſtet illa de Nicena Synodo relatio, cujus Hieronymus meminit, aliquid huic libro a Synodo illa fuiſſe tributum, quod non tribuebat Synagoga. Fuiſſe vero iſtud canonicam & infallibilem auctoritatem, nego. Quid ergo aliud? quærit Gretſerus. Nimirum hoc, quod eum inter ceteras Scripturas ſanctas computavit, quæ in Eccleſia legebantur *ad informationem morum*, uti Hugo ait: quod utique non faciunt Iudæi, quippe apud quos nude tantum *inter hiſtorias computatur*, ceu ſcribit Hieronymus. Et tantum de prologo in librum Iudith.

*Junilius perperam abs Bell. al legatus.*

XVI. Provocat præterea Bellarminus ad autoritatem Iunilii Africani ac Iſidori; quos & ipſos teſtari ait, Eccleſiam Chriſti librum Iudith inter divinos libros honorare & prædicare. Sed quod ad Iſidori locum attinet, jam ſupra capite x, 27. reſponſum eſt. Iunilius vero tantum abeſt ut librum Iudith in canone ponat, (quod tamen ex eo probare intendit Cardinalis) ut potius inde conceptis verbis exterminet. Poſtquam enim apud eum diſcipulus, quem cum Magiſtro loquen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

loquentem introducit, quæſiviſſet, lib. I de partibus
divinæ legis, cap. III: *in quibus libris divina continetur hi-*
*ſtoria?* & Magiſter nominaſſet Pentateuchum, librum
Ioſuæ, Iudicum, Ruth, libros Regum; item IV Evan-
geliſtarum ſcripta, & Acta Apoſtolica; diſcipulus au-
tem mox quærere perrexiſſet: *Nulli alii libri ad divinam*
*hiſtoriam pertinent?* reſpondet Magiſter: *Adjungunt plu-*
*res: Paralypomenon II. Job I. Eſdræ II. Jud. I. Heſter. I. Ma-*
*chap. II.* tum vero inſtat quærere diſcipulus: *Quare hi*
*libri non inter canonicas Scripturas currunt?* & reſpondet
Magiſter: *quoniam apud Hebræos quoque ſuper hac diffe-*
*rentia recipiebantur, ſicut Hieronymus cæteriq; teſtantur.*
Ubi vides, Junilium librum Judith iis manifeſto annu-
merare, *qui* (ut ille loquitur) *non inter* CANONICAS *Scri-*
*pturas currunt:* quin & rationem adjungere, quamob-
rem iſte liber non reputetur in canonicis, quia nimi-
rum non admittatur ab Hebræis. Quamvis in eo
graviter hallucinetur, quod illuc etiam referat libros
Paralipomenon, Eſdræ & Eſther, ſcripta citra dubium
vere canonica, quodq; idem Hieronymum etiam ali-
osq; Doctores facere aſſeveret, quos conſtat toties &
tam aperte contrarium inculcare. Sed hoc nihil ad
præſens. Miror ergo, qui Bellarminus ſuam de libri
Iudith canonica autoritate opinionem ex Iunilio tu-
eri conetur. Sed forte reſpexit is ad ſequens caput
VII, ubi Iunilius illos etiam libros, quos antea e cano-
nicorum cenſu excluſerat, *divinos libros* vocat? Imo
vero neque ſic cauſæ ſuæ melius conſulit, cum diſerte
ibi Iunilius, quos *divinos* vocat *libros*, illico diſtingvat
in eos qui perfectæ ſint autoritatis, & qui mediæ, at-
que his, quos extra canonem ſupra locaverat, non niſi



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

mediam autoritatem concedat: quopacto vere proprieq; canonici, hoc eſt, θεόπνευστοι, eſſe non poſſunt, cum, qui tales ſunt, ſummæ autoritatis ſint ac infallibilis veritatis, uti ipſemet Bellarminus aliiq; Pontificii contendunt. Verba autem Junilii ſic habent: *D. Quomodo divinorum librorum conſideratur auctoritas? M. Quia quidam perfectæ auctoritatis ſunt, quidam mediæ, quidam nullius. D. Qui ſunt perfectæ auctoritatis? M. quos canonicos in ſingulis ſpeciebus abſolute enumeravimus. D. Qui mediæ? M. Quos adjungi a pluribus diximus. D. Qui nullius auctoritatis ſunt? M. reliqui omnes.* Sed hactenus de argumentis, quibus libri Judith autoritatem canonicam ſtabiliri poſſe credit Bellarminus.

*Antilogiam in libro Judith occurcurrentem quomodo tollere conetur Bell.*

XVII. Fatetur autem ipſemet, ſupereſſe magnam quandam difficultatem, quæ contra αὐθεντίαν ejusdem libri ſoleat urgeri. Illam ipſius Cardinalis verbis proponemus. *Eſt*, inquit, *adverſus hunc librum difficillima quædam objectio. Nam videtur hiſtoria iſta omnino conficta, cum c. 5. dicatur contigiſſe poſt reverſionem populi a Babylonica captivitate, & tamen dicatur c. 1. eo tempore Nabuchodonoſor Rex Aſſyriorum pugnaſſe contra Arphaxad Regem Medorum, qui ædificaverat Ecbatana: quæ nullo modo cohærent. Nam quo tempore populus rediit a captivitate, everſa erat monarchia Aſſyriorum, & non Nabuchodonoſor, ſed Cyrus, vel Darius, Aſſyriis & Perſis ac Medis imperabat. Hæc ſumma difficultas miro modo exercuit ingenia hominum eruditorum.* Ita Bellarminus: qui ſtatim ſubdit, duas eſſe de hac difficultate tollenda ſententias principales: unam eorum, qui velint, hiſtoriam Judith contigiſſe poſt captivitatem Babylonicam; quorum aliqui referant eam ad tempora Cambyſis,

aliqui

aliqui ad tempora Darii Hyſtaſpis, alii ad regnum Artaxerxis Ochi: alteram illorum, qui doceant, contigiſſe iſthanc hiſtoriam ante captivitatem Babylonicam; quorum rurſus aliqui eam referant ad tempora Sedeciæ, aliqui ad tempora Joſiæ. Quia vero nulla harum ſententiarum videtur ſatis probabilis Cardinali, proinde, iis examinatis & exploſis, tandem, ſecutus Melchiorem Canum lib. II de Locis Theologicis cap. VI, aſſerit, hiſtoriam Judith incidiſſe in tempora Manaſſæ Regis Juda, & ſic contigiſſe ante captivitatem Babylonicam.

XIIX. Verum enim vero, utut hæc Bellarmini opinio reliquis iſtis primo intuitu ſpecioſior aliquanto ſit, ſi tamen diligentius expendatur, apparebit ſane luce clarius, poſſe nec ipſam conſiſtere, & a quamplurimis, quibus obnoxia eſt, difficultatibus ſatis liberari: quod ſuperſtruatur hypotheſibus, dubiis partim omniq; probabilitate deſtitutis, partim manifeſte falſis; & hiſtoria, quæ contigiſſe creditur, circumſtantiis ejus temporis, quod Bellarminus aſſignat, neutiquam accommodari velit.

XIX. Nempe prima Cardinalis hypotheſis eſt, eum, qui in libro Iudith dicitur Nabuchodonoſor, quiq; Holofernem cum exercitu ſcribitur miſiſſe, eſſe Merodach Baladan illum, qui II Reg. XX, 12 ac alibi in Scriptura memoratur. Unde vero id probabitur? Equidem, ubi dixerat Hunnius, temporibus Regis Manaſſæ non vixiſſe ullum Aſſyriorum Regem, qui Nabuchodonoſor fuerit appellatus, ſive in ſacris, ſive in profanis hiſtoriis, & a Bellarmino rationes flagitaverat ac teſtimonia, quibus confirmetur, Merodach Baladan

*An Nabuchodonoſor idem ſit cum Merodach.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ladan fuiſſe alio nomine appellatum Nabuchodonoſor, ſtomachoſe Gretſerus; *Aſſerit hæc Prædicans*, inquit, *ſed ne vel unica ratiuncula probat, nullum tempore Regis Manaſſæ vixiſſe Aſſyriorum Regem, qui Nabuchodonoſor nuncuparetur; niſi quod conviciis inceſſit Bellarminum, putantem, Nabuchodonoſorem iſtum eſſe Merodach Baladan, cujus mentio fit 4. Reg. 20. & alibi.* Ac paulo poſt; *Quæſo te, Prædicans*, ait, *legiſtine omnes hiſtorias, tam quæ exſtant, quam quæ interciderunt? perluſtraſtine omnia antiquitatis monumenta, ut tam audacter aſſeveres, Nabuchodonoſorem, de quo in libro Judith, non eſſe Merodach Baladan? Ego ſane nullam micam ullius argumenti cerno, quo hanc opinionem vel leviter tangas.* Verum recordari heic debuiſſet Gretſerus illius triti, quod & ipſe in Colloquio Ratisbonenſi olim repetierat ac inculcaverat: *Affirmanti incumbit probatio.* Et certe ὑπερκαταγέλαστος eſt noſter ille Apologeta, quando abs Hunnio poſtulat, ut probet, nullum tempore Regis Manaſſæ vixiſſe Aſſyriorum Regem qui Nabuchodonoſor nuncuparetur. Quis, obſecro, tale ἄτοπον unquam audivit a tanto diſputatore, quantus utique apud Pontificios habetur, ceu notum eſt, Gretſerus? Inprimis autem obſervet lector cordatus, ipſum Bellarminum, cujus patrocinium heic in ſe ſuſcipit Gretſerus, dum tres priores de præſenti controverſia ſententias excutit, inter duodecim illa, quibus easdem oppugnat, argumenta, ſecundo ſtatim loco ponere hoc ipſum: *Nusquam legimus Reges Perſarum appellatos Nabuchodonoſor, nec in ſacra, nec in profana hiſtoria, ſed ſolum Reges Babylonios: non igitur Cambyſes aut Darius eſt ille Nabuchodonoſor, de quo agitur in hiſtoria Judith.* Numquid ergo & heic dicendum: Aſſerit hoc Cardinalis,

*Gretſeri mirabile effugium. col. 226.*

*ſeſſ. 1, p. m. 22.*

*Gretſerus, dum carpit Hunnium, carpit ſimul Bellarminum.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

nalis, ſed ne vel unica ratiuncula probat, nuſquam
Reges Perſarum appellatos Nabuchodonoſor? item:
Quæſo te, Cardinalis, legiſtine omnes hiſtorias, tam
quæ extant, quam quæ interciderunt? perluſtraſtine
omnia antiquitatis monumenta, ut tam audacter aſſe-
veres, Nabuchodonoſorem, de quo in libro Judith,
non eſſe Cambyſem aut Darium?

xx. Scilicet non potuit prævidere Bellarminus *Proceſſus diſputandi Jeſuiticus.*
mirabilem illam diſputandi rationem, quæ frequen-
tiſſima eſt ejus defenſoribus & vindicatoribus, ut
nimirum, quando ſibi aliquod probandum incumbit,
probationem audacter ab antagoniſtis poſtulent.
Evidens hujus rei exemplum in Gretſero habuimus
jam ſupra, hoc ipſo capite, num. IV. Obiter heic an-
notamus aliud non minus illuſtre. Nempe argu-
mentatus fuerat Guilielmus Whitakerus, contra ca-
nonicam Tobiæ, Judith, ceterorumq; nos inter ac
Pontificios controverſorum librorum autoritatem,
hunc in modum: *Omnes veteris Teſtamenti canonicos li-*
*bros vetus Eccleſia Hebræorum recepit & approbavit: Hos illa*
*Eccleſia non recepit: Ergo hi non ſunt canonici.* Quid ad
ea Jeſuita Sebaſtianus Heiſſius, qui maledicos Gretſeri
pro Bellarmino libros recognovit? *Hic*, referente *col. 107.*
Gretſero, *conceſſa liberaliter Majore, negat Syllogiſmi Wita-*
*ckeriani Minorem; videlicet hanc:* Sed vetus Eccleſia Ju-
dæorum non recepit in canonem libros Tobiæ, Ju-
dith, alios; *Quia, ut ait, Prædicantes nunquam probare*
*poterunt, a Synagoga ante Chriſtum natum, vel etiam tempore*
*Chriſti in terris verſati, extra canonem poſitos eſſe Judith, &*
*ceteros libros veteris teſtamenti: quidquid Judæi poſt Chri-*
*ſtum, tempore ſancti Hieronymi, vel etiam antiquiorum Pa-*
Ee *trum,*

*trum, ſenſerint.* Hæc Heiſſius: quæ approbat & Gretſerus & Erbermannus. Attendeſis autem, lector cordate. Quæſtio eſt: an Synagoga Judaica ante Chriſtum natum, vel etiam tempore Chriſti in terris verſati, in canone ſuo habuerit libros, de quorum autoritate inter Proteſtantes ac Pontificios diſceptatur? Hodie quidem in nullo Hebræorum codicum eorum quemquam exiſtere in confeſſo eſt. Quod ſi ergo olim in canone fuerunt, poſtmodum inde a Iudæis rejectos eſſe oportet. Id autem vero nequaquam eſt ſimile. Nam, ut ipſe Bellarminus lib. II de Verbo Dei cap. II obſervat, *ſcribit Philo in libro de regreſſu filiorum Iſrael ab Ægypto, & citatur etiam ab Euſebio libro 8. cap. 2. præpar. Evangel. usque ad ſua tempora, per ſpatium amplius quam duorum millium annorum, ne verbum quidem fuiſſe unquam in lege Hebræorum immutatum, & quemlibet Judæum centies potius moriturum, quam ut pateretur, legem in aliquo mutari.* Addit Cardinalis: *De ſuperſtitione autem recentiorum Judæorum, qui legem fere ut numen adorant, &, ſi aliquando in terram ceciderit, jejunium publicum indicunt, vide Johannem Iſaac in reſponſione ad libros Lindani de optimo genere interpretandi Scripturas.* Philonis teſtimonio junge teſtimonium Flavii Ioſephi, (itidem repetitum Euſebio lib. III Hiſtoriæ eccl. cap. x,) qui, ubi recenſuiſſet libros Veteris Teſtamenti canonicos, quos hodieq; pro talibus agnoſcunt Hebræi, libro I contra Apionem, ſubjungit: *Qvum tantum interea ævi ſit elapſum, nemo tamen illis libris vel adjicere quidquam, vel adimere, vel mutare auſus fuit. Nempe omnibus Judæis ab ineunte ætate inſitum & quaſi innatum eſt, hæc DEI dogmata exiſtimare, inq; illis permanere, & pro illis cupide, ſi neceſſe ſit, mori.* Si

*p. 45.*

*An Judæi ante Chriſtum natum in canone ſuo habuerint libros hodie controverſos.*

*Summum Judæorum ſtudium in cuſtodiendo Codice ſacro.*

uſque ad tempora Philonis & Ioſephi (quorum uterq; poſt Chriſtum in cœlos jam ſublatum vixit) per ſpatium amplius quam MM annorum, ne verbum quidem fuit unquam in lege mutatum; ſi nemo unquam libris, quos Ioſephus enumerat, quidquam vel adjicere, vel adimere fuit auſus; ſi tanta, ut Bellarminus fatetur, reverentia & religione codicem ſacrum recentiores etiam Iudæi proſeqvuntur; quî canon Hebræorum complexus olim ſit librum Tobiæ, Iudith, Maccabæorum, ceteroſq; controverſos? quî tot libros rejecerint, & ſic canonem Scripturarum quarta ſui parte mutilarint Iudæi, etiam poſt tempora Salvatoris? Porro, ſi tempore antiquorum Eccleſiæ Patrum canonem truncaſſent Iudæi, cur illi tanti criminis non meminerint? cur non Iudæos hoc nomine accuſarint? Sed tantum abeſt ut id faciant, ut potius fidem Iudæorum in cuſtodiendo codice magnifice deprædicent. Audiatur in hanc rem Auguſtinus. *Quid eſt aliud hodieq;,* ait ille libro XII contra Fauſtum cap. XXIII, *gens ipſa* Iudæorum, *niſi quædam ſcriniaria Chriſtianorum, bajulans Legem & Prophetas ad teſtimonium aſſertionis Eccleſiæ?* Et Enarratione in Pſal. XL: *Iudæi tamquam capſarii noſtri ſunt: ſtudentibus nobis codices portant. — Apud illos ſunt Propheta & Lex, in qua Lege & in quibus Prophetis Chriſtus prædicatus eſt. — Si aliquis perſtrepit inimicus, & dicit, vos vobis Prophetas finxiſtis; proferantur codices Iudæorum.* Item in Pſal. LVI: *Propterea adhuc Iudæi ſunt, ut libros noſtros portent ad confuſionem ſuam. Quando enim volumus oſtendere paganis prophetatum Chriſtum, proferimus paganis iſtas literas: — quia* OMNES IPSÆ LITERÆ, QUIBUS CHRISTUS PROPHETATUS EST, APUD IUDÆOS SUNT: OMNES IPSAS LITERAS



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*LITERAS HABENT IUDÆI. Proferimus codices ab inimicis, ut confundamus alios inimicos. Codicem portat Iudæus, unde credat Chriſtianus. Librarii noſtri facti ſunt, quomodo ſolent ſervi poſt Dominos codices ferre.* Confer heic, quæ ſupra, cap. x, 25. ex Andradio citavimus. Et ſane, ſi Iudæis mutilandi canonem vel animus, vel facultas, exterminaſſent potius inde Eſaiam v. c. & Danielem, ex quibus, quod Meſſias pridem venerit, potiſſimum queunt convinci. Tandem, ſi in canone Iudæorum aliquando fuere illi libri controverſi, qua lingva tunc extiterunt? num alia, quam qua ceteri ὁμολόγως canonici conſcripti, & quam intelligerent, qui in Palæſtina degebant, id eſt, Hebræa? Si hac ipſa, qui fit, quod intercciderent? quod Eccleſia, quemadmodum acceperat, non ſervaverit? præſertim qvum primi Chriſtiani a Iudæis eſſent, & quemadmodum reliquos, ita quoque hoſce libros, ſi Hebraice tunc extitiſſent, tales ſecum in Eccleſiam transtuliſſent. Usque adeo ſcilicet veroſimile & credibile non eſt, Hebræos librum Tobiæ, Iudith, ceteroſq; controverſos, in ſuo canone unquam habuiſſe! Quod cum ita ſit, robuſtiſſima profecto & omni exceptione majora teſtimonia afferre oportet Heiſſium, Gretſerum, Erbermannum, ſiquidem, quod ſæpius memorati iſti libri in Hebraico canone aliquando fuerint, perſvadere nobis velint. At illi, ut ſupra vidimus, ſatis ſe cauſæ ſuæ conſuluiſſe putant, ſi onus probandi, quod ipſis heic in ſolidum incumbere nemo niſi delirus negaverit, in Prædicantes (ita per contemptum appellant Proteſtantes; obliti videlicet ejus quod eſt Marc. I, 39. Luc. IV, 44. *IESUS erat PRÆDICANS*,) inaudito proceſſu, imo incredibili impudentia

pudentia ac iniquitate intolerabili, transferre ſatagant. Et Erbermannus quidem in hac diſputandi ratione videtur ſibi inveniſſe quod olim in arte ſua nova Nihuſius. Si qua enim probanda ſibi venire animadvertit, quæ probare nullo modo poteſt, e veſtigio oppoſiti probationem ab antagoniſta poſtulat. Ita cum ſcripſiſſet Guilielmus Ameſius: *A nobis rejiciuntur* libri controverſi, *quia non ſunt ſcripti a Prophetis, neque ab iis probati, non Hebraicè, non Eccleſiæ Iudaicæ traditi, aut ab iis recepti, non a Chriſto & Apoſtolis ulla ratione approbati*; cum, inquam, in hunc modum ſcripſiſſet Ameſius, & Erbermannno, ſiquidem ea deſtruere vellet, citra controverſiam incubuiſſet, ut demonſtraret, eſſe omnino illos libros ſcriptos a Prophetis ab iisq; probatos; eſſe ſcriptos Hebraice; eſſe Eccleſiæ Iudaicæ traditos & a Iudæis receptos; eſſe tandem a Chriſto & Apoſtolis approbatos: ille contra mirabili artificio probandi munus in adverſam partem devolvit; *Rumpentur citius Puritani omnes*, ajens, *quam illa tam temerè aſſerta ab Ameſio, ulla irrefragabili authoritate vel ratione probare valeant*. Et paulo poſt: *Unde oſtenditur, hos* libros controverſos *a nullo Prophetarum aut Apoſtolo probatos?* p.34.35.
Item infra, § III: *Ex qua authoritate aut ratione irrefragabili convincent Lutherani, poſt tempora Eſdræ nullum fuiſſe canonicum ſcriptorem? Eſdram ita condidiſſe canonem, ut nefas eſſet ullum addi librum? Et licet gratis daretur, infra tempora Eſdræ & Chriſti nullum illorum controverſorum librorum fuiſſe ſaltem ſub dubio in canonem a nonnullis Doctoribus vel Scribis relatum; unde probabitur, id a Chriſto vel Apoſtolis non factum?* Ecce, *temere aſſerta* tribuit Ameſio, cum tamen hic nihil aſſerat ſive affirmet, ſed ſolummodo ne- p.46.

 get:

get; contra autem Erbermannus, dum illa Ameſiana improbat, eoipſo oppoſitum aſſerat, & ſic affirmans fiat: cui proinde affirmativarum ſuarum probationem incumbere, nemo in diſputandi arte tam rudis eſt qui neſciat; inprimis cum quæſtiones, de quibus heic controvertitur, ſint facti: ubi ipſa naturalis ratio dictitat, probationem pertinere ad eum, qui factum aliquid eſſe affirmat, non ad eum qui negat: quandoquidem hic recte facit ac prudenter, ſi negationi ſuæ tamdiu inhæreat, dum id, quod factum eſſe ipſi non conſtat, idoneis teſtibus probetur. Sed hæc obiter & in transcurſu. Redeamus ad propoſitum.

*An Arphaxad ſit Diocles.*

XXI. Secunda Bellarmini hypotheſis eſt, Arphaxad, Regem Medorum, cujus mentio Judithæ I, eſſe Dioclem ſeu Dejocem; quippe quem Manaſſis tempore apud Medos regnaſſe, teſtis ſit Euſebius in Chronico. Verum neque hoc ſubſiſtere ullo modo poteſt. Scilicet Dejoces, juxta Euſebium (cujus Chronologiæ heic innititur Bellarminus) regnare cœpit anno IV Manaſſis, & Merodach Baladan, uti vult Bellarminus, ejusdem Manaſſis anno III. Jam vero Jud. I, 6. legimus, Nabuchodonoſorem, ſive, ex Bellarmini hypotheſi, Merodachum, debellaſſe Arphaxad, quem Cardinalis credit eſſe Dioclem ſeu Dejocem, anno ſui regni XII, qui juxta Bellarminum eſt annus Manaſſæ XV, Dejocis autem, ex Euſebii computo, XI. Si ergo is, quem apud Juditham prælio viciſſe narratur Nabuchodonoſor, eſſet Dejoces, quod vult Bellarminus, ſequeretur, Dejocem XI imperii ſui anno victum, regno exutum, imo, quod in Græco textu additur, captum jaculisq; confixum eſſe. At vero hæc manifeſte

pugnant

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

pugnant cum Herodoto & Euſebio; quorum ille Dejocem regnaſſe ſcribit annos LIII, hic LIV. Evidens proinde eſt, Arphaxad non poſſe eſſe Dejocem vel Dioclem. Et hæc quidem ex ipſius Bellarmini hypotheſibus ita monſtrare licet, qui nimirum ſupponit, cœpiſſe Merodachum regnare III anno Manaſſis. Quod ſi autem cum Funccio v. c. aliisq; Chronologis primum Manaſſæ annum referas ad annum Merodachi v, & annum primum Dioclis ad annum Manaſſæ quidem XI, Merodachi vero XV, tum annus ille Nabuchodonoſoris XII, quo is regno deturbaſſe ſcribitur Arphaxadum, incidit in Manaſſis annum IIX; ſic ut contigerit iſtud prælium tribus annis ante quam regnare cœpit Diocles. Imo ſi quis heic ſequi velit ſupputationem Gilberti Genebrardi, Theologi Pariſienſis, (qui de opere ſuo Chronographico in Epiſtola dedicatoria ad Arnaldum Pontagum, Epiſcopum Vaſatenſem, ita ſcribit: *Cum legerim e noſtris præcipuos, qui hoc accurarunt argumentum, volverim, contulerim; qvum præter cæteros, quorum hodie quidem recentes Chronologiæ circumferuntur, (abſit dicto invidia) Hebræos & Chaldæos conſuluerim, verterim, illuſtraverim; qvum hoc quatuor decennium in hoc opus conſumpſerim; ſi me propius ad veritatem acceſſiſſe dicam, meo jure id videor facere, nec vereri debeo, ut quisquam vel temeritati, vel arrogantiæ, a qua me non haberi ſed eſſe alieniſſimum ſemper ſtudui, ac per Dei gratiam ſtudebo in perpetuum, id tribuat, quod ſummo labore & ſtudio poſſedi;*) ſi quis, inquam, hujus Genebrardi ſupputationem heic ſequi velit, quandoquidem is initium Dioclis refert circa primordia Ammonis, finem vero ad tempora Joakimi, reportaverit illam de Arphaxado victo-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

riam Nabuchodonoſor ante Dioclem annis pluribus quam XL.

*An Manaſſis tempore Pontifex fuerit Eliachim.*

XXII. Tertia hypotheſis Bellarmini eſt, vixiſſe temporibus Manaſſæ Sacerdotem ſummum, cui nomen Eliachim. Hoc vero probare conatur ex Chronologia Nicephori, Patriarchæ Conſtantinopolitani; qui enumerans Pontifices Iudæorum, inter Sobnam, qui fuerit Pontifex tempore Ezechiæ, & Helciam, qui fuerit tempore Ioſiæ, ponat Eliachim; id quod etiam conveniat cum IV Reg. XIIX, ubi Eliachim numeretur inter præcipuos Sacerdotes; & magis etiam quadret cum prophetia Iſaiæ cap. XXII, ubi prædicatur depoſitio Sobnæ impuri Pontificis, & exaltatio Eliachim in locum ejus. Verum quod ad Nicephorum Conſtantinopolitanum attinet, non eſt ſane ejus teſtimonium tanti ponderis, ut opponi poſſit autoritati Ioſephi, qui & ipſe Hebræus, & eo vixit tempore, quo adhuc ſtabat Ieroſolyma, ut longe rectius potuerit cognoſcere, qui fuerint apud Iudæos Sacerdotes, quam veriſimile eſt potuiſſe Nicephorum, qui ipſos DCCC annos poſt vixit. Is vero, quem dixi, Ioſephus, Sacerdotes Iudæorum ſub Achaz, Ezechia, Manaſſe, enumerans, lib. X Antiqu. Iud. cap. XI, nullam plane mentionem facit vel Sobnæ, vel Eliachimi, (quod enim Gretſerus

*col. 243.*

dicit, Eliachimum eſſe, qui vel Ωδέας vel Σαλδοῦμος ab illo vocatur, id quam ſit frivolum, nemo non intelligit) ſeqvunturq; illius heic enumerationem, tum Hebræi in Seder Olam, tum Nicephorus Calliſtus lib. II Hiſt. eccl. cap. IV, & Ioh. Zonaras tom. I Annalium, (qui licet non recenſeat omnes ſigillatim Iudæorum Pontifices, tamen, uti Ioſephus lib. XX, cap. IIX, ait fu-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

iſſe ab Arone usq; ad Phanaſum LXXXIII, cum Nicephorus ſolummodo LXII numeret) ut de recentioribus, iisdemq; Pontificiis, v. c. Genebrardo, Sigonio, ac multis aliis, nil dicam. Et ſane in Nicephori Conſtantinopolitani Chronologia interdum occurrere, quæ nullo plane modo ſubſiſtere poſſint, ipſi illi, qui eandem ediderunt, emendarunt, notisq; illuſtrarunt, Johannes, inquam, Camerarius & Antonius Gontius, dudum obſervarunt. Et Camerarius quidem in prooemio fatetur, ſe in Chronologia iſthac, quam in Latinum ſermonem antea abs ſe converſam ex veteri mſ. primus ediderit, *deprehendiſſe multa & autoris & librarii errata*: & in Appendice ſive notis ad ipſum illum Hebræorum Pontificũ catalogum, in quo Sobnæ ac Joachimi mentio habetur, primo loco lectorem notare jubet, *non eſſe eum* Pontificum *numerum, qui a Nicephoro exponitur, verum*. Ac in ſpecie quidem de Sobna & Eliacimo; *Quid het autem*, inquit, *de Somna & Eliacimo, Sellumi filio, quorum ſunt in expoſitione Nicephori nomina? Ego quid dicam non habeo, & quæro. Qui habuerit, & invenerit, is proferat.* Ita Camerarius. Contius vero inter alia ad caput Chronologiæ ejus XIV, quo colligitur ſumma annorum ab orbe condito usq; ad Theophilum Imperatorem; *Supervacaneum reor*, inquit, *plura de hac ſummæ collectione differere aut commentari, cum nihil in illa collectione fere veri, aut ſuperioribus ſpecialibus computationibus cohærentis aut conſentanei habeatur. Poſſem & alia hujusmodi multa ſuperaddere ſynoptica Chronica, & inter Græcorum Svidæ. Sed quid erit pretii, cum & Svidas æque ſit depravatus, & ex Nicephoro ad verbum videatur exſcripſiſſe usq; ad Michaëlem, ſequentia vero vel ex ſe, vel ex aliis recentioribus addidiſſe? Unde, quæſo,*

*Nicephori Chronologia cujus autoritatis.*

 *annum*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*annum conditæ turris Nembrotæ diſcere potuerunt, qui profectò ex canonicis libris elici non poteſt, nec Hebraicis, nec Græcis aut Latinis?* Eodem certe jure quæras, unde diſcere potuerit Nicephorus Pontificatum Sobnæ & Eliakimi, qui nec ipſe ex canonicis libris elici poteſt? Sed conatur tamen inde elicere Bellarminus, afferens in medium duo Scripturæ teſtimonia. Illa ergo nunc porro conſideremus.

*An 2. Reg. 18, 18. Eliakim numeretur inter præcipuos Sacerdotes.*

XXIII. Primo ait, IV Reg. XIIX Eliachimum nominari inter præcipuos Sacerdotes. Reſpicit nimirum ad comma 18. ubi ad eos, qui, ut Jeroſolymam occuparent, ab Aſſyriorum Rege erant miſſi, egreſſi dicuntur eſſe *Eliacim, filius Helkiæ* אשר על הבית, *& Sobna* הספר, *Joach, filius Aſaph*, המזכיר. Sed ubi heic aliquid de præcipuis Sacerdotibus? Eliakim dicitur *Præfectus domus.* Quod officium fuiſſe politicum, & titulus ipſe indicat, (unde & LXX Eliakimum hunc τὸν οἰκονόμον vocant, ſicut Joſephus, lib. X Antiqv. cap. I, τὸν τῆς βασιλείας ἐπίτροπον, *regiæ procuratorem*) & fatetur ex Pontificiis Franciſcus Forerius, Procurator Generalis Ordinis Prædicatorum Romæ (qui Concilio Tridentino interfuit, à quo etiam Indicem prohibitorum librorum conficere juſſus eſt) Comment. in Eſ. XXII, 15. quando, *Eliachim*, inquit, *in domo regia poſt Regem plenam habuit autoritatem, & , poſtquam venerunt Chaldæi, inter præcipuos Aulicos ad eos emiſſus eſt:* fatetur ex eadem ſchola Auguſtinus Tornicllus in Annalibus ad ann. MMMCCCXXII, 5. ubi, poſtquam & de Eliachimo & de Sobna, qui heic memorantur, dixerat, quod *laici* fuerint & *miniſtri Regii*, mox ſpeciatim de Eliacimo ſubdit: *Eliacim dicitur* (in textu ſacro) *fuiſſe Præpoſitus domus, nimirum regiæ, vel Pro-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*curator.* Quam ſententiam operoſe etiam in ſuo ad hunc locum Commentario, quæſt. XXXIII, propugnat celeberrimus ille AbulenſiumEpiſcopus, Alfonſus Toſtatus. Sobna vocatur *Scriba*; quo quidem nomine legis interpretes in ſacro codice non raro veniunt, interim & politicum munus iſta appellatione ibidem notari ſolere, inter alia ex II Sam. IIX, 17. XX, 25. & I Reg. IV, 2. liquet: ubi cum diſtincte enumerantur qui ab officiis fuere Davidi ac Salomoni Regibus, Scribæ ſane diſtinguuntur a Sacerdotibus, ceterisq; miniſtris civilibus annumerantur. Et quod ejusmodi quidem Scriba Regius (hanc appellationem habes II Reg. XII, 11.) fuerit Sobna, inſinuare poteſt res ipſa, ad quam obeundam a Rege fuit deſtinatus: miſſus nimirum eſt una cum Eliakim & Joach ad pacis ac belli conditiones, & cetera ejus generis munia præſtanda; quæ utiq; Politicis potius quam legis interpretibus & Sacerdotibus ſolent demandari. Unde etiam ex ipſis celebrioribus Pontificiis Torniellus, loco paulo ante citato, Sobnam, qui heic nominatur, laicum fuiſſe ait ac Scribam Regis. Gaſpar Sanctius ad hunc locum; *Scriba*, inquit, *apud Hebræos eſt Doctor in lege, nomen honeſtum valde: ſed fortaſſe hic forenſe nomen eſt, & in regia domo non ignobile; ut nobilis certe Scriba Sobna inter alios Principes legationem iſtam obiit.* Cornelius a Lapide (cui *omnis humanæ divinæq; ſapientiæ vaſtitatem* tribuit Philippus Alegambe) Comment. in Eſ. XXII, 15. Sobnam hunc Scribam fuiſſe dicit *Præfectum aulæ & Oeconomum Ezechiæ Regis:* additq; mox, juxta Sanchez, Sobnam, cujus heic fit mentio, eundem eſſe cum illo, de quo Eſ. XXII, 15. ſed ab officio, quo olim erat functus, dejectum fuiſſe ab Ezechia;

*Sobna qualis fuerit Scriba.*

*Bibl. Jeſ. p. 85.*

Ezechia, qui in aulam eum aſſumpſerit, ſuumq; Scribam conſtituerit. Tandem Joach in fonte proprie dicitur *a memoria*, ſive *recordator*; quod nomen etiam, locis paulo ante citatis, tribuitur Joſaphat; qui tamen ibi Sacerdotibus contradiſtinguitur, & inter miniſtros ſeculares (ut hodie loquimur) numeratur. Sanctius, ubi ſupra: *A commentariis*, inquit, *ille eſt, qui res geſtas publicis monumentis conſignat, easq́3, cum res & tempus exigit, in Principis memoriam revocat; qualis erat, qui Eſther c. 6. factum Mardochæi in publicos Annales retulit, qui, ut putat Lyra, is eſt, qui a nobis* Cancellarius *nominatur.* Et certe etiam ſupra laudatus Forerius Joachum hunc non minus & Sobnam, quam Eliachimum pro Politicis habet: dum enim dicit, Eliachimum miſſum eſſe ad Chaldæos *inter præcipuos Aulicos* (longe profecto aliter atq; Bellarminus, qui eundem ibi *inter præcipuos Sacerdotes* poni ait) ecquos per præcipuos iſtos Aulicos intelligere poſſet niſi Sobnam & Joach? Itaq; II Reg. XIIX, 18. nihil invenitur, quod pro Nicephoro poſſit facere ac Bellarmino.

*Joach quis fuerit.*

*Ad. Eſ 22, 15. Sobna vocetur Pontifex.*

XXIV. Conſideremus vero & alterum, ad quod Cardinalis provocat, Scripturæ teſtimonium. Illud depromit ex Eſ. XXII, *15.* ſeqq. ubi prædici ait depoſitionem Sobnæ impuri Pontificis, & exaltationem Eliachim in locum ejus. Verum neq; heic de Pontifice quidquam habetur: ſed dicitur Sobna אשר על הבית, quod male reddidit vulgatꝰ Latinus, *Præpoſitum templi*, (quanquam, ſi maxime ita reddendum, nondum tamen inde aliquid pro Sobnæ Pontificatu elici poſſet. Vide M. A. de Dominis lib. *1*, cap. VII, *11.*) cum verti debeat, *qui eſt ſuper domum*, vel *Præpoſitus domus*; uti ipſe Vulga-

tus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

tus alibi exprimere ſolet. Fuiſſe autem iſtud officium ſeculare, ut vocant, ſeu civile, jam ante diximus, & *num. 23.* nunc porro ex aliis Scripturæ locis confirmamus. Sic, v. c. 1 Reg. IV, 6. Ahiſar, unus ex miniſtris Regiis, dicitur fuiſſe על בית *ſuper domum:* qui tamen a Sacerdotibus expreſſe ibi diſtinguitur. Confer cap. XVI, 9 XIIX, 3. II. Reg. X, 5. Et quodnam erat munus Joſephi apud Pharaonem? aulicum ſine dubio & politicum. Jam vero Pharao, adſciſcens in miniſterium Joſephum hunc, Gen. XLI, 40. אתה תהיה על ביתי inquit, hoc eſt: *tu eris ſuper domum meam.* Ac ipſe Joſephus poſtmodum Gen. XLIV, 1 præcipit את אשר על ביתו *ei qui ſuper domum ſuam.* Quis hinc non colligeret, fuiſſe illis temporibus unum e præcipuis miniſtris in aulis Regum vel Procerum, qui diceretur ὁ ἐπὶ τοῦ οἴκου, eſſetq; veluti quidam Magiſter palatii, ceu poſteriora ſecula illam dignitatem nominarunt? Talis proinde etiam fuit Sobna. Atq; hoc fateri coguntur e Pontificiis viri primarii. Etenim Hieronymus Oſorius, Sylvenſis in Luſitania Epiſcopus, verba Domini, Eſ. XXII, 15. ita παραφράζει: *Vade ad Sobnam, ærarii præfectum,* (הסכן eſt in Hebræo, quod *Theſaurarium* vertit Pagninus, *Præfectum aulæ* Buxtorfius, LXX ταμίαν) *penes quem modo eſt poteſtas regiæ moderandæ.* Bened. Arias Montanus, qui Tridentinæ Synodo interfuit, in eundem locum, Sobnam vocat *Præfectum regiæ domus & familiæ. Namq;,* ait, *Hebraice & Chaldaice eſt,* Præpoſitum domus, *videlicet regiæ; quem Quæſtorem Latini.* Iterum ad eundem locum Corn. a Lapide: *Non fuiſſe* Sobnam *ſummum Pontificem, ſuaderi videtur ex eo, quod vocetur, non Pontifex, ſed* Præpoſitus templi; *& quia Joſephus* 10. *Antiq.* II. *ubi recenſet catalogum ſummo-*

*ſummorum Pontificum, non nominat hunc Sobnam. Rurſum, quod ſub hoc tempus alius fuerit Pontifex, ſcilicet Azarias, ut patet 2. Paral. 31. 13. Adde, quod Pontificatus a tempore Aaron & Sadoc non ſit translatus ad aliam familiam usq; ad tempora Machabæorum: hic autem officium Sobna dicitur translatum ad Eliakim.* Sanctius, etſi nihil heic determinare vult de officio Sobnæ, quod tamen pro ſummo eum Sacerdote haud habuerit, ſatis indicat. Ita nimirum in locum noſtrum commentatur: *Quis fuerit ille Sobna, obſcurum eſt. Foreirus* Theſaurarium *putat, & qui curaret quæ ad templi cultus eſſent neceſſaria: conſentanee ad translationem* LXX, *qui vertunt* ταμίαν, *id eſt*, Quæſtorem, *ſeu* diſpenſatorem. *De hujus munere nihil hic habemus, niſi quod ſit* על־הבית hhal-habeth, *id eſt*, ſuper domum, *ſive, ut vertit Hieronymus*, Præpoſitus templi. *Sed infra cap. 36. & 37. vocatur* סופר Sopher, *id eſt*, Scriba, *ſeu, ut aliis placet*, Theſaurarius. *Et ibidem* Eliacim, *ad quem devolvendum eſſe dicitur Sobnæ munus, vocatur* על־הבית hhal habeth, *ſicut hic Sobna; quaſi jam ante adventum Senacherib a ſuo gradu dejectus, expertus fuerit minas, quas in ipſum Iſaias interſerat. De munere Sobnæ*, concludit tandem, *nihil arbitror definiri poſſe magis certum.*

*Gretſeri exceptio. col. 242.* XXV. Gretſerus nihil invenit, quod in re manifeſta cum aliqua ſpecie obvertat. Ait tamen primo, LXX Interpretes, ut Sacerdotem Sobnam indicarent, Sacerdotalem ei domum tribuiſſe, eamq; τὸ παστοφόριον vocaſſe. *Reſponſio.* Sed ſi vel maxime concedatur, παστοφόριον notare domum Sacerdotalem, nondum tamen eo probatum eſſet, Sobnam Pontificem fuiſſe vel ſummum Sacerdotem. Nam de Sacerdotali domo nihil plane habetur in fonte; cui ſane opponi nequaquam debet

τ LXX translatio, quippe quæ virtute convincendi & probandi prorſus deſtituitur, ſicubi non idem dicat & fideliter exprimat, quidquid habetur in codice Hebræo, & olim ſcriptum fuit ab iis, quorum operam immediate ac infallibiliter Spiritus ſanctus moderatus eſt; veluti ſuo loco pluribus oſtenditur. Deinde, qualecunq; etiam habitaculum Sobnæ aſſignent Interpretes Græci, certe non poſſunt ipſum pro Pontifice habere, cum utiq; ταμίας, quo nomine eum appellant, non notet Pontificem.

XXVI. Sed excipit amplius Defenſor: etiamſi Sobnas & Eliachim Regis Scribas, aut Cancellarios, aut prætorio præfectos fuiſſe daretur, exinde tamen haudquaquam effici, Sacerdotes non fuiſſe, cum hujusmodi etiam munia interdum obierint illius temporis Sacerdotes. At vero hoc pacto manifeſte pervertitur ſtatus controverſiæ. Quæritur nempe inter nos & Bellarminum: an Sobna & Eliachim fuerint ſummi Sacerdotes? Affirmat Cardinalis, ſuamq; affirmativam ſtabilire ſatagit ex Nicephoro Conſtantinopolitano. Quia vero facile animadvertit, ejus autoritatem heic non ſufficere, quærit illi robur ex Scriptura, in qua Eliachimum nominari ait inter præcipuos Sacerdotes, & Sobnam nuncupari impurum Pontificem. Unde & Gretſerus ipſe, reſponſurus Junio, qui dixerat, Nicephorum male ariolatum, cum inter Sobnam & Helciam ponat Eliacim; *criminationem iſtam*, ait, *in Nicephorum, virum & ſanctitate & eruditione præcellentem, refutant loca Scripturæ a Bellarmino allata.* Heic vero nos oſtendimus, illa Scripturæ loca, ad quæ Bellarminus provocat, nullo modo probare, vel Eliachimum nominari

*Ejusdem exceptio alia. col. 243.*

*Gretſerus pervertit ſtatum controverſiæ.*

*ibid.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

minari inter præcipuos Sacerdotes, vel Sobnam dici impurum Pontificem; ſed titulos, unde id evincere vult Cardinalis, innuere ibi officia politica. Atq; hinc luce clarius eſt, quæſtionem nos inter & Bellarminum non eſſe, (ut quidem Gretſerus lectori vult perſvadere) an ex eo, quod Sobnæ & Eliachimo in ſacro codice præfecturæ adſcribantur ſeculares, neceſſario ſequatur, non fuiſſe ipſos Sacerdotes; ſed, num in illis Scripturæ locis, quos citat Bellarminus, Sobna & Eliachim nuncupentur Pontifices vel præcipui Sacerdotes. Nihil proinde ad rem faciunt, quæ heic affert Apologeta, indeq; nec opus eſt, ut in iis amplius exponendis nos detineamus. Unicum illud obiter ſolummodo monemus, eſſe inter ipſosmet Pontificios, qui adeo judicent inconveniens, unum eundemq; hominem præeſſe templo pariter & aulæ, ut nulla alia de cauſa, niſi ne tale quid cogantur admittere, negent, Sobnam, cujus mentio apud Eſaiam, eſſe eundem cum Sobna Scriba, de quo 1 Reg. XIIX, 18. Vide Corn. a Lapide in Eſ. XXII, 15.

*Num captivitas Manaſſæ incidat in initium regni ipſius. col. 233.*

XXVII. Quarta Bellarmini hypotheſis eſt, captivitatem Manaſſis accidiſſe initio regni ipſius. Unde & hæc probabitur? Equidem Cardinalis dicit, id annotaſſe Joſephum lib. X Antiqv. cap. V. Sed ibi profecto nec ſyllaba nec apex de tempore captivitatis Manaſſæ. Gretſerus excipit, recte heic adduci Joſephum, ut qui ſcribat expreſſe, quod Manaſſes piacula illa, ob quæ in Babyloniam abductus eſt, commiſerit νεὸς ὢν, *in juventute ſua*. Verum non quæritur heic de ſceleribus Manaſſis, ſed de ejus captivitate: cum potuerit ſane ille multo prius fuiſſe nequam, quam abduceretur captivus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

vus, & fuerit etiam, ut demonſtratur alibi. Præterea
erudite, ut ſolet, ac fuſe ex variis autoribus oſtendit
Daniel Chamier, tomo I Panſtratiæ Catholicæ, lib. v,
Cap. VII, 41. ſeqq. (cum quo heic confer Iſaacum Ca-
ſaubonum Exerc. I anti-Baroniana, num. XXXIV) *νέον* &
*νεανίαν* porrigere ſe etiam ad annum usq; quinquageſi-
mum, hoc eſt, ſenectutis limen; ut proinde, quæ ſce-
lera Manaſſes admiſit ante annum quinquageſimum,
adhuc recte dici potuerit a Joſepho perpetraſſe *νέος ὤν*.

XXIIX. Quinta hypotheſis Bellarmini eſt, Juditham *Quamdiu*
vixiſſe non niſi ad annum CV; & ſic intelligi debere *vixerit Ju-*
quod habetur de numero annorum Judith in fine li- *dith.*
bri. Sed quid ibi habetur? *Manſit* Judith *in domo viri
ſui annos centum quinq;*. Ex quibus manifeſtiſſimum utiq;
eſt, juxta illa, quæ habentur in fine ejus libri, non to-
tum vitæ ſpatium, quod exegit Juditha, circumſcribi
annis CV, ſed tantum tempus commorationis ejus in
domo mariti. Quod agnoſcit Sixtus Senenſis, lib. I
Bibliothecæ ſanctæ; *Vixit Iudith*, inquiens, *Philone
teſte, annos centum viginti quinq;: ex quibus centum & quinq;
annis poſt liberatam a ſe patriam in ſancta viduitate perſevera-
vit.* Et conſentit inſuper heic Stapletonus. Bellarmi-
nus ait, quod liber Iudith putatione ſua exprimere vo-
luerit annos totius vitæ, clarius colligi ex Græco textu.
Sed quid? an ergo permittet Cardinalis, ut verſio vul-
gata Latina, quam authenticam eſſe juſſit Conci-
lium Tridentinum, & in qua nullo modo id dici,
quod ipſe vult, meridiana luce clarius eſt; an per-
mittet, inquam, ut illa verſio corrigatur juxta trans-
lationem Græcam? Sane aliter heic ſentit ejus hyper- *col. 246.*
aſpiſtes Gretſerus; qui, cum contra autoritatem libri

Judith objecta eſſet Græci Latiniq; textuum diſſormitas, diſſidium iſtud non obſtare ait, *quia Eccleſia Latinam vulgatam editionem declaraverit authenticam eſſe, non autem Græcam quæ hodie extat.* Quamquam interim nec video, quid heic diſcordiæ inter Græcum & Latinum textum. Verba quippe Græca ſic habent: ἐγήρασεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ἑκατὸν πέντε ἔτη, *conſenuit in domo viri ſui centum quinq; annis.*

*Quot annorum fuerit Judith, quando occidit Holofernem.*

XXIX. Sexta denique Bellarmini hypotheſis eſt, Iuditham, quando occidebat Holofernem, fuiſſe annorum XL. Id quod male convenire videtur cum mirabili iſta pulchritudine, qua tunc temporis illa valuiſſe dicitur Iud. x, & quod a Bagoa Eunucho vocatur παιδίσκη ἡ καλὴ, *pulchra puella*, Iud. XII, 13. quia nempe, ut Bellarminus ait, *ab Aſſyriis judicata eſt puella ob incredibilem pulchritudinem*, vel, ut Gretſerus cum Serario, *quia ob eximiam pulchritudinis venuſtatem tenella etiamnum puella videbatur.* Equidem dicit Bellarminus, Dominum Iudithæ contuliſſe, non ſine novo miraculo, quendam eximium ſplendorem, ut incredibili pulchritudine omnium oculis appareret; idq; probare conatur ex Iud. x. Verum in Græco longe ibi aliter habetur, nempe ita: Ἐκαλλωπίσατο σφόδρα εἰς ἀπάτησιν ὀφθαλμῶν ἀνδρῶν, ὅσοι ἂν ἴδωσιν αὐτήν, *Ornata eſt valde in deceptionem oculorum virorum, quicunque vidiſſent eam.* Ubi ſane nihil de forma divinitus, & quidem miraculoſe, indita. Sed inſtat Cardinalis, etiam naturaliter aliquas feminas ita conſervare formam corporis, ut, quamvis grandævæ ſint, tamen juvenculæ judicentur; quomodo, v. c. Sara jam vetula tam juvenis viſa fuerit & formoſa, ut, quocunque iret, a Regibus adamaretur & raperetur,

*col. 232.*

Gen.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Gen. XII. & XX. Gretſerus & Serarius, qui Iuditham, dum Holofernem interficeret, jam annos habuiſſe quinquaginta aſſerunt, (ſicut Gordonus ei dat LIIX) *Non olim tantum*, inquiunt, *cum fere eſſet hominum vita productior, feminarum nonnullæ ſuam adhuc venuſtatem retinebant anno ætatis quadrageſimo, ſed etiamnum hodie; uti, ſiquidem minus videretur credibile, vivis adhuc & ſpirantibus exemplis comprobari poſſet.* Sed ut non negandum, poſſe in feminis ad tempus bene longum conſervari pulchritudinem ſuo modo; ita vix apparet credibile, tam mirabilem formæ gratiam, a qua quidem heic Iudith commendatur, in tot annorum muliere habuiſſe locum.

*An bellum, de quo in libro Judith agitur, contingere potuerit tempore Manaſſis.*

XXX. Atque ita vidimus, quam ſint hypotheſes illæ, quas opinioni ſuæ, incidiſſe videlicet hiſtoriam Iudith in tempora Manaſſæ, Bellarminus ſubſternit, partim manifeſto falſæ, partim incertæ admodum & vero nequaquam ſimiles. Diſpiciamus nunc etiam paucis, quid ad difficultates illas, quibus porro ſententia iſta premitur, reſpondeat Cardinalis. Prima difficultas hæc eſt: Si tempore Regis Manaſſæ contigerit hiſtoria Iudith, quare in adornatione belli, quæ narratur in hoc libro, nulla fiat mentio Regis, ſed negotium illud totum tribuatur magno Sacerdoti. Reſpondet Bellarminus, fortaſſe hoc bellum incidiſſe in ipſam captivitatem Manaſſis: & idcirco, Rege abſente, per Pontificem negotia regni procurata fuiſſe; fortaſſe etiam Regis mentionem factam non eſſe, quia non acceſſerit bellum ad ipſam urbem Hieruſalem; fortaſſis denique, cum probabiliſſimum videatur, bellum hoc geſtum eſſe Rege ex captivitate jam reverſo, ſumma negotia



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

gotia & periculoſa tractata eſſe per ſummum Sacerdotem, quando Rex ad Deum ſerio converſus erat. Quam ultimam conjecturam clarius ex Serario proponit Gretſerus, dum cauſam, quamobrem Regis heic
col. 227. non fiat mentio, eſſe ait, *quod reverſus Babylone Rex, divinoq; beneficio patriæ ſibiq; ipſi reſtitutus, totus, & ſub reditus initium maxime, in DEI cultu occupatus erat, adeo ut, penes quos abſente ipſo fuerat reip. adminiſtratio, penes eosdem adhuc maneret: videreturq; Regia ſeſe poteſtate libenter abdicaturus, ſi vel illi voluiſſent, vel filium, quem ſuum in locum ſufficeret, habuiſſet.* *Qui enim*, inquit, *tertio & triceſimo regni anno ei natus eſt, Amon, natus nondum erat. Et quia peſſime rem antea pace belloq; geſſerat, major gratiorq; apud eos, qui per varias aut Iſraelis aut Iudææ partes habitabant, Hebræos adhuc erat Eliachimi Pontificis & Seniorum auctoritas.*

*Bellarmini opinio examinatur.* XXXI. Verum enim vero, dum ita objectam difficultatem ſolvere conantur Bellarminus ejusq; propugnatores, in novas ſe rurſum conjiciunt anguſtias. Sive enim dicatur facta expeditio illa Aſſyriaca, quo tempore in vinculis adhuc erat Manaſſes, ſive, poſtquam e captivitate jam fuerat reverſus, quî fieri potuiſſet, obſecro, ut Holoferni adeo plane incognita eſſet gens Iudaica hujusque conditio? Etenim ubi præter ſpem Iudæos videbat armatos, convocatis omnibus Principibus Moab & Ducibus Ammon, ita quærit de populo, de regione, de urbibus, de hominum potentia, de genere militiæ, de Duce ac Rege, quaſi qui nil unquam de Iudæorum gente audiviſſet: *Dicite mihi*, inquiens, *quis ſit populus iſte qui montana obſidet; aut quæ, & quales, & quantæ ſint civitates eorum? quæ etiam ſit virtus eorum, aut quæ ſit multitudo eorum, vel quis Rex militiæ eorum?*

Iud.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Jud. v, 3. Qui ſermo profectò eſt hominis, cui planiſſime erat ignota illa natio. Unde etiam Achior totam ejus ſeriem ab ipſo, quod ajunt, ovo ei explicare neceſſum habet. Ecquis vero credat, ignorare potuiſſe ita prorſus Aſſyriorum Principem ſtatum & conditionem populi Judaici, ut ne quidem de ejus Rege aliquid haberet cognitum, ſi vel illo ipſo tempore Iudæorum Rex a Rege Aſſyriorum Babylone captivus fuiſſet detentus, vel etiam non niſi ante aliquot menſes ex illa captivitate rediiſſet. Et apprime heic notetur, quod ipſe Bellarminus hoc argumento utatur adverſus illos, qui hiſtoriam Iudith in Monarchiam Perſicam ajunt incidiſſe. Verba ejus ſunt: *Holofernes interrogavit, quis eſſet populus qui habitabat in Judæa, quæ potentia ejus, quis Rex, quæ multitudo. At certe Rex Perſarum & Principes ejus nihil horum ignorare poterant, cum paulo ante Judæos a ſe dimiſiſſent.* Unde perquam imprudens eſt Gretſerus, dum argumentum illud noſtrum vocat *inaniſſimum*, item *futilem argumentationem*, nec advertit, ſe eo ipſo inaniſſimam ac futilem argumentationem ſuo tribuere Bellarmino; cujus utiq; rationem concludendi cum noſtra plane eandem eſſe nemo niſi mente captus negaverit.

XXXII. Sed operæ pretium eſt audire, quomodo inanitatem ac futilitatem noſtræ Bellarminianæq; argumentationis oſtendat Bellarmini defenſor Gretſerus. *Docent Grammatici & Rhetores*, inquit ex Serario ſuo, *& abſq; iſtis, quotidiani ſermonis uſus, plurima plurimos interrogare, quæ norunt optime, tantum, ut vel ſuam aliquam admirationem proponant, ab alio facti alicujus confeſſionem eliciant, ea, quæ norunt, laudent, vituperent, extollant, & deji-*

*Quousq; verum ſit, interrogare nos etiam de iis interdũ, quæ probe habemus cognita.*

*col. 235.*

 *ciant*

*ciant atq; contemnant.* Quod deinde multis probat exemplis, v. c. quod Adamum interroget Dominus: *ubi es? quis indicavit tibi quod nudus eſſes? quare hoc feciſti?* Gen. III, 9, 11, 13. quod ex Caino idem Dominus quærat: *ubi eſt Abel frater tuus? quid feciſti?* Gen. IV, 9, 10. quod quærat ex Elia: *quid hic agis?* III Reg. XIX, 9. ex Ieremia: *quid tu vides, Ieremia?* Ier. I, 11. item, quod Moſes quærat: *quis eſt Aron, ut murmuretis contra eum?* Num. XVI, 11. ac ſimilibus; & deinde ſubjungit: *Non igitur, quisquis interrogat, ideo ignorare, quia interrogat, exiſtimandus. Sicq; absq; ullo veritatis vulnere aut moleſtia totum Witakeri ſcandalum removetur. Hæ ſiquidem Holophernis interrogationes non ſunt omnino ignorantis, & de quibus nihil unquam audiviſſet, prout iſte videri vult, exquirentis: ſed ſunt interrogationes militis, quia præter ipſius opinionem & voluntatem ipſi, tantas copias ductanti, ſuisq; viribus præſidenti, reſiſtere quidam audeant, mirantis, iraſcentis, hoſtes vilipendentis & contemnentis; quaſi diceret: Quid iſtuc novi? tam inſtructas tamq; innumerabiles copias cum habeam, tot jam urbes, provincias, populos, fulminis inſtar, tam ocyſſime pervaſerim, omnes vel ſolo Aſſyrii nominis terrore perculerim; dicite, obſecro, quis iſte tam ſtolidus, tamq; ineptus & vecors populus, qui, me ut arceat, montana obſidere, arma parare, meq; contra tueri audet? quæ, quales, & quantæ ipſorum, etiamſi eſſent iis, quas jam diripuimus, majores & munitiores, civitates? quæ tanta eorum virtus? quæ contra tot peditum equitumq; myriadas eorum multitudo? quis Rex militiæ illorum, ſuæ ipſius imbecillitatis & fortunæ tam immemor, cum nuper adhuc captus, & e carceribus catenisq; noſtris vix pridem effugerit?* Quam eſſe Holophernis mentem, non negaturum ait Serariꝰ, qui adverterit, tum quod ſimilis interrogatio habea-

tur

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

tur hoc ipſo capite verſ. 27. & ſub initium capitis ſequentis, in textu Græco; tum quod exactam vicinorum Judaicæ gentis notitiam Holophernes habuerit, uti manifeſtum ex Iud. v, 3. vi, 1. adeoq; nec filios Iſrael potuerit ignorare? Ita Serarius, & cum eo Gretſerus: quæ ſi non inania ſunt ac futilia, quid tandem inane dici debeat & futile, non video.

XXXIII. Etenim quod attinet exempla illa Geneſeos, quibus introducitur Deus tanquam quærens aliquid ex Adamo & Caino, res ipſa monſtrat, ac inſuper vetuſtiſſimi ſacrarum literarum Interpretes docent, inſtitui ejusmodi ab eo interrogationes, ut increpet vel judicet illos, a quibus ad iſtum modum quærit. Senſum interrogationis divinæ Gen. III ita exprimit Ambroſius libro de Paradiſo cap. XIV: *Ubi eſt illa tua bene ſibi conſcia confidentia? Timor iſte culpam fatetur, latebra prævaricationem. Ubi ergo es? non, in quo loco, quæro, ſed in quo ſtatu? Quo te perduxerunt peccata tua, ut fugias* DEUM *tuum, quem ante quærebas? Non ergo interrogatio eſt, ſed* INCREPATIO: *De quibus bonis, de qua beatitudine, de qua gratia, in quam miſeriam recidiſti!* De interrogatione Gen. IV Auguſtinus lib. XII contra Fauſtum Manichæum cap. x; *Interrogat*, inquit, DEUS *Cain, non tanquam ignarus eum a quo diſcat, ſed tanquam* JUDEX *reum quem puniat.* Atq; huc etiam pertinet interrogatio illa, 1 Reg. XIX 9. Senſus quippe eſt: Tune Propheta es Domini, & fugis mulierem? times mortem? nonne tibi commiſſum eſt ut prædices verbum DEI, & vero nunc heic otiaris? Et ſolemus certe etiam in quotidiano ſermone, quando ob perpetratum facinus illaudabile, nobis utiq; non incognitum, alicui metum incutere volumus, & indigna-

*Quis ſenſus interrogationum Gen. 3. & 4?*

dignationem noſtram prodere, his ac ſimilibus cum formulis affari: quid feciſti? Was haſtu ausgerichtet? Harre / du Bube / was haſtu gemachet: Quod ſi ergo ad hunc modum etiam Holofernes dici debeat interrogationem ſuam inſtituiſſe, oporteret utiq; ad Iudæos illam fuiſſe directam, non vero ad υἱοὺς χαναάν, *filios Chanaan.* Quantum ad loca porro a Serario producta ex Malach. I, 10. Num. XVI, 11. manifeſtum eſt, interrogationem ibi importare negationem aliquam, aut etiam inſignem extenuationem; quod uſitatiſſimum eſſe in lingua ſancta, & etiam alias, nemo neſcit. Videantur quæ in hanc rem congeſſit exempla plurima Salomon Glaſſius noſter, Philologiæ ſacræ lib. IV, tract. I, Obſerv. I, & cumprimis lib. V, tract. II, cap. IV, pag. m. 1448. ſeqq. Ita verba iſta apud Malachiam: *Quis eſt in vobis, qui claudat oſtium, & incendat altare meum gratuito?* huncin modum interpretatur Hieronymus: *NULLUS in vobis eſt usq; ad extremum miniſterium; non dico Pontifex, non Sacerdos, non Levita, non Cantor; ſed nec Janitor quidem, & is qui ignem ſupponat altari ad cremandum holocauſta, qui non a me mercedem accipiat laboris ſui.* Pari ratione Moſes dum quærit: *quis eſt Aron, ut murmuretis contra eum?* idem eſt ac ſi diceret: Cur murmuratis adverſus Aronem, qui nullus utiq; eſt ſeu nihil, miſer quippe ac mortalis homo? Atq; huc etiam pertinet illa magnatum Holofernis interrogatio: *Quis eſt iſte, qui filios Iſrael poſſe dicat reſiſtere Regi Nabuchodonoſor?* nil enim volunt aliud, quam Achiorem eſſe hominem nihili, abjectum, nulliusq; autoritatis; adeoq; tantam non debuiſſe ejus eſſe confidentiam, ut in faciem diceret Holoferni, fore ut ipſe cum ſuo exercitu non efficeret quidquam adver-

*Quid ſibi velit interrogatio Mal. 1, & Num. 16.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

adverſus Judæos. Jam videat Serarius, quomodo etiam huc trahere velit illam Holofernis quæſtionem, Jud. v, 3. Convocabat ille omnes Principes Moab, & Duces Ammon, eosque ſic affabatur: *Dicite mihi, quis ſit populus iſte qui montana obſidet, aut quæ, & quales, & quantæ ſint civitates eorum; quæ etiam ſit virtus eorum, aut quæ ſit multitudo eorum, vel quis Rex militiæ eorum: & quare præ omnibus, qui habitant in Oriente, ipſi contempſerunt nos, & non exierunt obviam nobis, ut ſuſciperent nos cum pace?* Ubi mox Achior, Dux omnium filiorum Ammon, prolixum incipit habere ſermonem, quo, captata primum benevolentia, de profeſſo exponit Judaici populi proſapiam, deſcenſum in Ægyptum, ſervitutem Ægyptiacam, &, quæ hanc ſecuta, mirabilem liberationem, commorationem in eremo, occupationem Palæſtinæ, adeoq; univerſum ejus gentis, quem per tot annos fuiſſet experta, ſtatum ac fortunam. Age, comparemus aliquantum hæc cum illa interrogatione, qua quærebant magnates Holofernis, ad Achiorem reſpicientes: quis eſt iſte, qui filios Iſrael poſſe dicat reſiſtere Regi Nabuchodonoſor? Non ignoraſſe Holofernem ait Serarius ſtatum & conditionem populi Judaici, & nihilominus tamen ſic, ut audivimus, interrogaſſe. Non ignorabant item Holofernis magnates, quis eſſet Achior: nam, ut ipſe Serarius inquit, *videbant* eum; *loquentem diu audierant*; *Ammonitarum Ducem ſciebant*. Pergamus jam. Ubi interrogaverat Holofernes de conditione Judæorum, reſpondet ad illam interrogationem prolixa oratione Achior, & tum ab Holoferne, tum ab omnibus, qui præterea aderant, patienter auditur, usque dum ſub ſermonis fi-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

nem auguratur, ni forte peccatis DEUM ſuum offendiſſent Judæi, nunquam eos victum iri ab Aſſyriis. Fac, ſodes, ubi dixerant Holofernis magnates, quis eſt iſte, qui filios Iſrael poſſe dicat reſiſtere Regi Nabuchodonoſor? Achiorem pari modo verboſa oratione iſtis Ducibus exponere voluiſſe ſuum nomen, parentes, patriam, quod eſſet Ammonitarum Dux, & ſimilia; annon putas, Holofernianos judicaturos, Achiorem aut ludos ſe facere velle, aut etiam, cum paulo ante recte ſaperet, illico phreneſi fuiſſe correptum? Scilicet quando *præ ira & contemptu interrogamus,* (utor verbis ipſius Serarii) non ſolemus exſpectare reſponſum; ſicut id inſuper etiam patet ex exemplis, quæ præterea afferuntur ex IV Reg. IX, 32. & I Reg. XXV, 10. ſi quidem certum ſit, quod ſupponitur, Nabali ſatis notum fuiſſe Davidem: nam ex iis ſane, quæ Serarius urget, nempe Nabalem vocare David *filium Iſai*, item *fugitivum ſervum*, non ſufficienter id probari videtur; cum alterum, eſſe nimirum Davidem filium Iſai, Nabal ex ſervis demum, nomine *Davidis filii Iſai* ipſum ſalutantibus, (quod, ni fallor, contextus omnino etiam ſvadet,) diſcere potuerit; alterum convitium ſit, quod in quemvis projici queat etiam ignotum; quomodo Germani de validis mendicantibus ſolemus dicere: es werden jetziger Zeit der Landſtreicher viel / die nicht arbeiten wollen. Et conſiderandum inſuper proponimus quod ait Nabal: *Tollam panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonſoribus meis, & dabo viris,* QUOS NESCIO UNDE SINT?

*Gretſeri & Serarii in* XXXIV. Sed nolo in re manifeſta diutius hærere. Miror autem ac demiror, Serarium, quem *jubar Germaniæ*

*niæ Eccleſiæ* in ipſis Annalibus eccleſiaſticis, ad ann. CIↃ *interpre-*
CXXVI, 18. vocat Card. Baronius, quiq; ad explicandas *tando per-*
ſacras literas omne ſuum ingenium omnemq; operam *verſitas.*
ac eruditionem ſuam contuliſſe ſcribitur, heic, ubi ſane ipſas Scripturas canonicas videri voluit interpretari, adeo negligenter egiſſe, ut non conſideraverit, quæ interrogationem Holofernis immediate ſequuntur, tum etiam quæ proxime antecedunt, nullo modo permittere, ut aliter ea accipiatur, quam quæ ab ignaro earum rerum, de quibus quærit, ſit profecta. Hoc enimvero non eſt, afferre omne ſuum ingenium, operam, eruditionem, ad ſacras literas explicandas, ſed ad easdem pervertendas. Quanquam, ut verum fatear, præſens quidem depravatio non videtur poſtulaſſe adeo ſingulare ſive ingenium, ſive eruditionem, ſive induſtriam; quippe quæ nimis rudis eſt, ſic ut fungum oporteat eſſe, qui non heic primo ſtatim intuitu adeo manifeſtam detorſionem animadvertat. Et profecto ſic ſatis ſimplex fuit Serarius, ſi exiſtimavit, repertum iri, qui perſvaderi ſibi paterentur, eum eſſe ſenſum hujus loci, quem ille fingit; ſimplicior, ſicubi ipſe ex animo ſenſerit ita ut ſcripſit; omnium vero ſimpliciſſimus Gret- *col. 236.*
ſerus, ſi vere credidit, eſſe hæc Serarii talia, ex quibus Whitakeri & Hunnii, quin ipſius Card. Bellarmini, argumentum *tanquam nebula a Sole diſpergatur.* Si vero neuter credidit ipſe, quæ aliis credenda propoſuit, judicet quivis cordatus, quid tandem de hujusmodi Theologis eorundemq; conſcientia ſit habendum. At mittimus nunc diſcurſum Serario-Gretſerianum. Nam quæ amplius proferunt, ea ad præſens nihil omnino ſpectare quilibet per ſe videt. Ita cum Deus ad ſuos

 Pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Prophetas: *quid tu vides, Jeremia? quid tu vides, Amos?* non ſunt hæ interrogationes mirantis, iraſcentis, aut contemnentis, qualem Holofernis eſſe contendit Serarius. Quod vero idem ait, Holofernem vicinos Iſraelitarum probe habuiſſe cognitos, id ſicubi cum eo pugnat, quod non habuit æque notitiam ipſius gentis Iſraeliticæ, nil certe evincit aliud, quam librum Judith multa proponere ἀσύμφωνα & ἀσύστατα; id quod non ſolum libenter concedimus, ſed nunc etiam contra Bellarminum ejusdemq; hyperaſpiſtas ex inſtituto propugnamus. Atque hactenus de primo παραδόξῳ, quod oritur ex Bellarmini opinione; quaſi nempe Holofernes bellum adverſus Judæos ſuſceperit, quo tempore adhuc captivus tenebatur, vel certe paulo ante tantum ex vinculis liberatus erat, Manaſſes.

*An veriſimile ſit, Judæos poſt tempus captivitatis Manaſſæ auſos negare auxilia Aſſyriis.*

XXXV. Ulterius nunc expendendum ſiſtimus prudenti lectori, annon procul a veriſimili abhorreat, Judæos illo tempore & ſtatu auſos recuſare auxilia Aſſyriis, auſos violare legatos ejus Regis, a quo paulo ante Rege proprio fuerant ſpoliati? Refer huc proſopopœiam illam ſupra num. XXXII ex Serario transſcriptam, & cumprimis inde nota, quod hunc ad modum ibi locutus introducatur Holofernes: *quis Rex militiæ illorum* hominum, *ſuæ ipſius imbecillitatis & fortunæ tam immemor, cum nuper adhuc captus, & e carceribus catenisq; noſtris vix pridem effugerit?* Equidem Gretſerus heic; *Quaſi vero,* inquit, *non ſit hoc a natura omnibus populis inſitum, ut jugum alieni domini excutiant, ſi ejus excutiendi ſpes aliqua affulgeat. Erat hoc potiſſimum Judæis innatum, ut multis ſacræ ſcripturæ exemplis planum fieri poſſet, ſi id modo ageremus. Quapropter mirandum non eſt, ſi Judæi legatos Regis Nabuchodo-*

*col. 241.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*noſor ſine honore domum remiſerunt: credebant enim, ſe, tam DEI præſidio, quam ſuis quoque viribus, ſatis potentes valenteſq; futuros reprimendis Aſſyriorum impreſſionibus.* Sed quid his verbis ſibi velit Defenſor, non ſatis divinare poſſum. Neque enim Judæi tunc temporis erant ſub jugo alterius Domini, ſed proprium habebant Regem, ex Bellarmini quidem & ipſius Gretſeri hypotheſi. Et ſi fuiſſent, num jugi excutiendi illo tempore ſpes aliqua affulſiſſet, quando, ut dicitur in textu Græco, *occurrerant ad Nabuchodonoſorem*, ſuppetias videlicet laturi in bello, *omnes habitantes montana, & omnes habitantes Euphratem, & Tigrim, & Hydaſpem, & campum Arioch, Regis Elymæorum*; ita ut tantis tunc viribus tantaq; polleret potentia Nabuchodonoſor, quanta quidem antea vix unquam? Nec eſt ut dicat Gretſerus, Aſſyriorum Regem hoc ipſo, quod legatos ad populum Judaicum miſit, id egiſſe, ut ſub jugum ſuum eos redigeret. Contradicit enim ipſa hiſtoria Judithæ; quippe ex qua patet, miſiſſe ſuos legatos Nabuchodonoſorem, ut auxilia peterent adverſus Regem Medorum; quod utique tantum abeſt ut aliquid adverſi & inimici præ ſe tulerit, ut potius inde patuerit, Nabuchodonoſorem Judæos pro ſuis amicis agnoviſſe: neque enim ab hoſtibus per legatos flagitari ſolent ſuppetiæ, ſed ab amicis. Manet proinde, non eſſe credibile, ſi tempore vixdum ex Aſſyriorum vinculis egreſſi Manaſſæ legatos ſuos in Judæam miſerit Nabuchodonoſor, eos ita indigne & contumelioſe exceptum iri, partim quod, uti dixi, Aſſyriorum potentiam paulo ante plus ſatis eſſent experti Judæi, partim etiam, quod juſta cauſa ipſis non eſſet, quamobrem ita offendere voluerint Nabuchodonoſorem;

 qui

qui non tantum ſatis clementem ſe illis exhibuerit, dum Regem ipſis reddidiſſet e captivitate dimiſſum, ſed etiam auxilia ab iis tanquam ab amicis petierit.

*Aliæ Bellarmini conjecturæ examinantur.*

XXXVI. Hactenus oſtendimus, fruſtra Bellarminum reſponſionem ſuam ad dubium propoſitum, cur nimirum, ſi Manaſſis tempore Holofernes Judæis bellum intentaverit, nulla fiat mentio Regis, ſed tantum Pontificis, ſuperſtruere hypotheſi illi, quod turbæ iſtæ excitatæ fuerint, vel quando adhuc in carcere erat Manaſſes, vel quando paulo ante inde redierat: videamus nunc etiam paucis, quid in receſſu habeant, quæ amplius, ut objectæ iſti difficultati occurrat, idem Cardinalis profert. Ait igitur porro, fortaſſe Regis mentionem factam non eſſe, quod non acceſſerit bellum ad ipſam urbem Hieruſalem, ubi Rex erat. Sed qualis ille Rex, qui ſuo ſe munere ſatis crederet defunctum, ſi pro ſola metropoli imperiiq; ſede vigilet, de ceteris regni partibus nihil ſolicitus? aut qui id ageret ſolummodo, ut locum, ubi ipſe commoretur, ab hoſtium incurſionibus tutum præſtet, reliqua vero, ac ſi ad ſuam curam non pertinerent, eorundem injuriis exponi permitteret? Et unde magis certus erit Bellarminus de Rege, quod tunc temporis Jeroſolymis ſubſtiterit, quam de Pontifice? qui ſane nec ipſe abeſſe inde ſolebat; imo qui poſt victoriam veniſſe dicitur *de Jeruſalem in Bethuliam, cum univerſis Presbyteris ſuis, ut videret Judith*, Jud. XV, 9. Quod ſi vero Pontifex non minus quam Rex tempore belli commoratus eſt in urbe Jeruſalem, nihil utiq; remanet cauſæ, quamobrem illius potius in hiſtoria fiat mentio quam hujus.

XXXVII. Re-

XXXVII. Regerit tamen Bellarminus, &, qui ejus *Exceptio Bel-*
heic cauſam defendunt, Serarius ac Gretſerus, Regem, *larmini &*
ubi ex vinculis eſſet reverſus, divinoq; beneficio pa- *ſociorum.*
triæ & ſibi ipſi reſtitutus, totum in DEI cultu fuiſſe oc-
cupatum, adeo ut curam belli reiq; publicæ admini-
ſtrationem relinqueret Eliachimo Pontifici ac Senio-
ribus. Sed quis non videt, perquam abſurdum eſſe, *Reſponſio.*
quod heic ſupponitur, derogare ſcilicet pietati ſtu-
dioq; cultus divini, ſi Rex, ſumma cumprimis neceſſi-
tate id exigente, de bello adminiſtrando ſuisq; regio-
nibus adverſus hoſtium inſultus defendendis cogitet?
Imo vero tantum abeſt ut iſtiusmodi curæ pietati ob-
ſtent eamve impediant, ut potius pietas, hoc ipſo quod
Regem ſuo recte fungi vult officio, ſimul tales curas
talemq; ſolicitudinem eum pro regni ſalute ſuſcipere
debere præcipiat. Et ſi Rex propter ſingularem pie-
tatem bello abſtinendum ratus eſt, cur non item ſum-
mus Sacerdos? num forte is procul a vera pietate? Ta-
ceo, II Paralip. XXXIII, 14. de Manaſſe narrari, quod
poſt ſui converſionem *ædificaverit murum extra civitatem*
*David, ad occidentem Gihon in convalle, ab introitu portæ*
*piſcium, per circuitum usq; ad Ophel; & exaltaverit illum ve-*
*hementer; conſtitueritq; Principes exercitus in cunctis civita-*
*tibus Juda munitis:* quæ certe ſi absq; pietatis jactura
præſtari ab eo potuerunt, quidni & illa, quæ ſpecta-
bant ad defenſionem contra Holofernem? Sed ſatis
de prima difficultate, quam removendam ſibi ſume-
bat Bellarminus.

XXXIIX. Reſtat altera, eaq; priori etiam major: nem- *Bellum ab*
pe quod in ſuo de Judæis ad Holofernem habito ſer- *Holoferne*
mone Achior diſerte, ὅτι ἀπέστησαν, inquit, ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, ἧς διέθετο *adverſus Ju-* *dæos geſtum*

*eſſe poſt reditum ex captivitate Bab. textus clare docet.*

διέθετο αὐτοῖς, (ὁ Θεὸς) ἐξωλοθρεύθησαν ἐν πολλοῖς πολέμοις ἐπὶ πολὺ σφόδρα, καὶ ᾐχμαλωτεύθησαν εἰς γῆν οὐκ ἰδίαν. καὶ ὁ ναὸς τοῦ Θεοῦ αὐτῶν ἐγενήθη εἰς ἔδαφος, καὶ αἱ πόλεις αὐτῶν ἐκρατήθησαν ὑπὸ τῶν ὑπεναντίων. Καὶ νῦν ἐπιστρέψαντες ἐπὶ τὸν θεὸν αὐτῶν, ἀνέβησαν ἐκ τῆς διασπορᾶς οὗ διεσπάρησαν ἐκεῖ κατέχον τὴν Ἱερουσαλὴμ, οὗ τὸ ἁγίασμα αὐτῶν, *Quando receſſerunt a via quam propoſuit eis* Deus, *exterminati ſunt in multis præliis valde nimis, & captivi abducti ſunt in terram non propriam, & templum* Dei *eorum factum eſt in pavimentum, & civitates eorum captæ ſunt ab adverſariis. Et nunc converſi ad* Deum *ſuum, adſcenderunt de diſperſione qua diſperſi erant illic, & poſſederunt Hieruſalem, ubi ſanctuarium eorum.* Ubi clare ſignificatur, geſtum fuiſſe illud abs Holoferne bellum contra gentem Judaicam, poſt hujus reditum ex captivitate Babylonica.

*Bell. effugium.*

Reſpondet Bellarminus, non eſſe intelligendum hunc locum de captivitate Babylonica, ſed de variis afflictionibus præcedentibus, quas variis temporib9 a variis nationibus paſſus eſt populus Judaicus, præcipue autem de illa ultima, quæ acciderat cum caperetur Manaſſes. Quia vero facile videt, reſponſionem plane nullam futuram, ſicubi conſtet, quod in Græco expreſſe habetur, de tali heic afflictione ſermonem fieri, qua ipſum etiam templum Jeroſolymitanum everſum fuerit ſoloq; æquatum: quod utiq; ante magnam illam captivitatem Babylonicam non contigit; ideo porro Cardinalis, *Nec vero*, ait, *movere quemquam debet, quod in textu Græco additur, etiam templum fuiſſe ſolo æquatum, quando diſperſi ſunt Judæi. Nam illa verba ſuppoſititia videntur, quandoquidem ſanctus Hieronym9, qui fideliſſime tranſtulit hunc librum ex Chaldæo ſermone in Latinum, nihil de everſione templi in ſua editione poſuit.*

*Ejusdem exceptio contra textum Græcum.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Ita ille; ſed fruſtra. Etenim quod ad textus Græci *Reſponſio.*
autoritatem attinet, primo Bellarmini propugnator
Gretſerus apud ſe indubitatum eſſe ait, fuiſſe illum ex *col. 246.*
Hebræo translatum a LXX Interpretibus. Quod ſi ita
eſt, utique infallibilis eum veritatis oportet eſſe; ſiqui-
dem conceptis verbis Bellarminus, lib. II de Verbo Dei
cap. VI, affirmat, LXX *peculiari modo Spiritum ſanctum aſſi-
ſtentem habuiſſe, ne qua in re errarent, ut non tam Interpretes
quam Prophetæ fuiſſe videantur:* & Gretſerus ibidem, *eos,* *col. 481.*
*more ſcriptorum canonicorum, non tam egiſſe, quam actos
eſſe, fuiſſeq; inſtrumenta Scribæ illius velociter ſcribentis, hoc
eſt, ſancti Spiritus.* Deinde quæro ex Bellarmino, cum
librum Judith inter canonicos libros numeravit Syn-
odus Nicena, ut ille exiſtimat, annon de textu Græ-
co ſit locuta? non poterit utique negare, ut qui tan-
quam certiſſimum ac indubitatum ſupponit ſupra
cap. VII, vetera Concilia veteresq; Patres Græcos ac
Latinos, quando librum aliquem inter ſacros nume-
rant, de eo loqui, quo tum ipſi, tum Eccleſia univerſa
illo tempore utebatur; uſam vero fuiſſe eo tempore
univerſam Eccleſiam libris ſacris juxta editionem Græ-
cam, quam S. Hieronymus vulgatam appellare ſolet.
Unde naſcitur argumentum immotum:

Quali libro Judith uſa eſt Eccleſia tempore Niceni
Concilii, illum inter libros canonicos numera-
vit iſtud Concilium;

Atqui Eccleſia tempore Niceni Concilii uſa eſt libro
Judith Græco idiomate ſcripto;

Ergo & illum inter libros canonicos numeravit.

Utraque propoſitio ex jamjam laudato Bellarmini lo-
co manifeſtiſſima eſt. Et confirmat concluſionem in-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ſuper Sixtus Senenſis, lib. 1 Bibliothecæ ſanctæ, dum, de libro Judith agens; *Hunc librum*, inquit, *Hieronymus ex Chaldæo Latinum fecit, quem antea Græce ab incerto Interprete editum ſacroſancta Nicæna Synodus in canone ſanctarum Scripturarum aſciverat.* Quod ſi itaque Nicenum iſtud Concilium in canonem recepit librum Judith prout Græce ſcriptus eſt, qui contra Græcum textum excipere poterit Bellarminus? Obvertit quidem heic Gretſerus: *Forte Nicæni Concilii ætate Græca editio propius accedebat ad noſtram ex Chaldæo derivatam quam hodie; quia tanto temporis intervallo multa potuerunt vel addi vel detrahi Græco textui.* Sed quod particula illa de excidio templi jam tum Nicenæ Synodi tempore in codice Græco extiterit, ſupponit ipſemet Bellarminus, quando ſuſpicatur, iſtam Græci textus particulam in cauſa fuiſſe, cur inter alios Patres nonnullos Euſebius (qui utique illius Concilii tempore vixit eidemq; interfuit) in hac Judithæ hiſtoria ſuo tempore collocanda deceptus fuerit. Unde nec Erbermannus diffitetur, juxta Bellarminum verba illa jam tunc in Græco fuiſſe. Ait quippe; *Quamvis Synodus Nicæna approbarit librum* Judith, *non tamen mendum, ſi quod irrepſerat*, UTI SENSIT BELLARMINUS. Ubi tamen fruſtra eſt Erbermannus, quando hoc ſe effugio elabi poſſe credit, ſi dicat, Nicenam Synodum approbaſſe quidem librum, non tamen mendum quod irrepſerit. Si enim illam de excidio templi particulā pro mendo ac errore habuit Synod9, cur non ex Græco eam textu ſuſtulit, quando canonicū hunc pronunciavit? Sane qui librum aliquem in canonem refert, omnia ejus capita, ſingula commata, pro canonicis & θεοπνεύστοις, adeoq; infallibiliter veris, habere

*Gretſeri exceptio. col. 246.*

*Reſponſio.*

*p. 44.*

*Erbermanni periculoſum effugium.*

habere præſumitur, ni expreſſe moneat, irrepſiſſe in illum quippiam οὐ θεόπνευστον, idq; nominatim exprimat. Et profecto, ſi illa Erbermanni exceptione uti liceret, actum foret de omni certitudine autoritatis canonicæ. Quotiescunq; enim locus aliquis ex libro, etiam citra controverſiam canonico, pro orthodoxia adverſus hæreticos urgeretur, excipere poſſent illi, locum iſtum eſſe ſuppoſititium. Si obverteres, eum jam tum in textu extitiſſe, quando liber in canonem receptus, & ab univerſa Eccleſia approbatus fuit, dicere poſſent, quamvis Eccleſia approbarit librum, non tamen particulam illam ſuppoſitiam quæ irrepſerit.

XXXIX. Unum adhuc notari meretur. Ponamus ſcilicet, Chaldaicum iſtum textum, ex quo librum Judith tranſtuliſſe ſe ait Hieronymus, antiquiorem fuiſſe textu Græco, uti præſupponere videtur Bellarminus; ponamus, fuiſſe eundem profectum abs autore θεοπνεύστῳ; ponamus denique, nunquam illum habuiſſe aliquid de everſione templi, cujus in Græco eſt mentio; nondum per id quidquam adverſum nos obtinebitur. Nam, ſi Gretſero credimus, LXX Interpretes, Græci textus, ut ille quidem vult, autores, *quædam reddiderunt paraphraſtice, &, jure non tam interpretum, quàm Vatum, ſingulari Spiritus ſancti impulſu multa adjecerunt.* Si hoc, quidni ex impulſu Spiritus ſancti adjeciſſe etiam dici poſſint illa de everſione templi, poſito, quod non extiterint in fonte? *l. c.*

XL. Tandem, ſi quis dicere velit, ſe quidem haud negare, quidquid in Græco textu jam inde a primo ejus ortu extiterit, adeoq; a genuino illius autore profectum ſit, id omnino indubitatæ veritatis eſſe; interim *Novæ exceptioni occurritur.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

potuiſſe illam de excidio templi particulam per falſariam manum in textum irrepſiſſe; reſpondemus, unde vero certi erimus, non excidiſſe potius iſthanc particulam ex Chaldaico illo exemplari, ad quod verſionem ſuam Latinam expreſſit Hieronymus; vel etiam ex ipſa vulgata Latina, quam Hieronymi eſſe ſupponit Bellarminus? Si enim, quod ait Gretſerus, tanto temporis intervallo multa potuerunt vel addi vel detrahi Græco textui, quidni eadem facilitate Latino?

*Ad reliquas Bell. rationes reſpondetur.*

XLI. Atq; ex hoc fundamento, quod nimirum autoritatem textus Græci, per ipſius Bellarmini & Gretſeri hypotheſes, in dubium vocare non liceat, nullo nunc etiam negotio ſatisfit iis, quæ amplius adhuc movet Cardinalis, dum ſcilicet ait: *Si ſermo eſſet* (loco ex Judithæ v antea producto) *de Babylonica captivitate, non dicerentur Judæi exterminati a multis nationibus, ſed ab una, id eſt, Chaldæorum; nec dicerentur plurimi abducti captivi, ſed omnes: fuit enim generalis captivitas Babylonica; pauciſſimi enim remanſerunt relicti à Nabuchodonoſor, & illi ipſi paulo poſt fugerunt in Ægyptum*, 4. *Reg.* 25 *Ita diſperſio ac deſolatio pleniſſima fuit.* Nempe in textu Græco de his nihil. Neq; enim ibi Judæi dicuntur exterminati *a multis nationibus*, ſed ἐν πολλοῖς πολέμοις, *in multis bellis*: nec abducti *plurimi*, ſed ſimpliciter, ᾐχμαλωτεύθησαν. Quanquam & illa, quæ in vulgata Latina leguntur, parum juvant Bellarminum. Nam quod ibi dicuntur Judæi exterminati a multis nationibus, nil prohibet, quo minus ſermo fiat de ſolo etiam Chaldæorum exercitu, quippe quem ex variis nationibus, & non ex meris Chaldæis, fuiſſe conflatum, nemo negaverit. Et annon ipſe Eſaias Propheta, capite v, 26. de Chaldæorum

rum exercitu loquens, juxta quidem vulgatam Latinam; *Elevabit*, inquit, *ſignum in* NATIONIBUS *procul?* Quod porro dicuntur *plurimi* abducti, non *omnes*, generalitati captivitatis nihil obſtat. Ecquis enim ignorat, *plurimos* ſive *multos* in ſacris literis identidem notare *omnes*? Vide inter alia Dan. XII, 2. Eſ. LIII, 12. Matth. XX, 16, 28. XXVI, 28. Rom. V, 15. 19. IIX, 29.

## CAPUT XIII.

### *De libro* SAPIENTIÆ.

I.

Librum Sapientiæ canonicum eſſe, Bellarminus probare ſatagit tum ex Concilio Sardicenſi & Toletano II, tum ex Dionyſio, Melitone, Cyrillo, Auguſtino, Euſebio, Tertulliano, Cypriano, Hilario, Ambroſio, Baſilio, Epiphanio. Nos ſingula teſtimonia expendemus.

*Concilium Sardicenſe non facit pro αὐθεντίᾳ libri Sapientiæ.*

II. Itaq; Concilium Sardicenſe librum Sapientiæ canonicis ſcriptis accenſere, inde liquere arbitratur Cardinalis, quod in Epiſtola ad omnes Epiſcopos, quæ extat apud Theodoretum libro II Hiſt. Eccleſ. cap. IIX, ex dicti Sapientiæ libri capite VII probet, filium DEI eſſe rerum omnium effectorem, ac verum DEUM. Supponit nimirum tanquam certum, ex quo libro teſtimonia pro fidei dogmatibus petunt Patres vel Concilia, illum pro canonico ab iisdem haberi. At vero hanc hypotheſin falſiſſimam eſſe, multis exemplis remonſtravimus ſupra capite IX, 2. quibus heic illud addimus, quod, cenſente ipſomet Bellarmino infra cap. XIIX, Apoſtolus Judas, agens de ſupremo judicio in Epiſtola



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ſua commate 14. teſtimonium petat ex libro Henoch, & tamen ille liber ſit apocryphus. Soluturus quippe argumentum Cardinalis, quod contra Epiſtolæ ejus autoritatem canonicam urgeri ſolet; referri ſcilicet in illa vaticinium quoddam Henoch, & alia nonnulla, quæ non legantur in probatis Scripturis; *Reſpondeo,* ait, *quamvis Tertullianus libro de habitu muliebri contendat, librum Henoch eſſe canonicum, & Beda in hanc epiſtolam dicat, tempore Judæ librum Henoch verum & canonicum in manibus hominum fuiſſe, etſi modò non extet; tamen probabilius videri, librum eſſe apocryphum. Cæterùm, ut Hieronymus in caput primum ad Titum, & Auguſtinus lib.* 15. *de civitate Dei, cap.* 23. *& lib.* 18. *cap.* 38. *dicunt, etiam in apocryphis eſſe aliquid veri, & hoc Judam protuliſſe, nec tamen propterea totum librum approbaſſe: ſicut etiam Paulus Actor.* 17. 1. *Cor.* 15. *& ad Titum* 1. *profert teſtimonia ex Ethnicis Poëtis, Arato, Menandro, & Epimenide; nec tamen idcirco Poëtas illos conſecravit.* Sic ibi Bellarminus; quibus certe hypotheſin iſtam, quaſi nempe liber ille, ex quo teſtimonium pro aliquo fidei capite deſumitur, ſtatim ſit canonicus, manifeſto deſtruitur. Deinde, non citaſſe aliquid Synodum Sardicenſem ex libro Sapientiæ, tanquam ex libro canonico, etiam inde apparet, quod, qui eidem interfuit, Athanaſius, in Synopſi ſua, & fragmento XXXIX Epiſtolæ ἑορταστικῆς, iſthunc librum aperte inter non-canonicos rejicit, non facturus utiq; ſi in Sardicenſi Concilio, cui ſubſcripſit, pro canonico eum habuiſſet. Ut taceam doctores ceteros, Gregorium videlicet Nazianzenum, Cyrillum, Epiphanium, Ruffinum, Hieronymum, Patres Laodicenſes, alios; qui cum vel ipſo Concilii Sardicenſis tempore vixerint, vel non ita multo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

multo poſt, librum Sapientiæ e cenſu canonicarum Scripturarum removent. Unde & ingenue fatetur Sixtus Senenſis libro IIX Bibl. hær. IX, Eccleſiam ætate Hieronymi *non auſam eſſe* librum Sapientiæ *in canonem recipere ad dogmatum probationem*. Quod ſi ita eſt, non potuit utiq; Synodus Sardicenſis, quæ tempore Hieronymi habebatur, aut paulo prius, ex illo libro, tanquam ex libro canonico, teſtimonium ad probationem dogmatis de deitate filii depromere.

*Nec Synodus Toletana.*

III. In Concilio Toletano II, ad quod itidem Bellarminus provocat, non invenio librum Sapientiæ *Scripturam ſacram* nominatam. Extat duplex ejus editio apud Severinum Binium, tomo II, parte I, ſed in neutra tale quid legitur. Si tamen legeretur, nihil inde pro autoritate illius libri canonica liceret concludere. Repeteſis, quæ fuſe in hanc rem diſſeruimus ſupra capite VII, 6.

*Dionyſii Areopagitæ ſcripta ſuppoſititia.*

IV. Inter Patres primo loco Bellarminus ponit Dionyſium Areopagitam; quem ait capite IV divinorum nominum librum Sapientiæ ut librum ſacræ Scripturæ citare. Sed ſcripta, quæ ſub Dionyſii nomine vulgo proſtant, ſuppoſititia eſſe, dudum invictis argumentis demonſtrarunt eruditiſſimi viri, Andreas Rivetus, in Critico ſacro lib. I, cap. IX, & Apologia pro virgine Maria, lib. I, cap. XXI, Robertus Cocus, in Cenſura, pag. m. 94. ſeqq. Nicolaus Vedelius, Exerc. III Ignatiana, cap. X, Joh. Rainoldus, Collat. cum Jo. Harto, cap. IIX, ſect. II, pag. 778. ſeqq. Guilielmus Whitakerus, Contr. I, quæſt. VI, cap. XII, aliiq;. Et omnino notari meretur, cum in collatione illa, quæ anno Domini IↃXXXII, auſpiciis Imperatoris Juſtiniani, Catholicos

inter

inter & Severianos hæreticos Conſtantinopoli eſt habita, Severiani opinionem ſuam tueri vellent autoritate ac teſtimoniis Dionyſii Areopagitæ, Hypatium, Archiepiſcopum Epheſinum, iis reſpondiſſe huncin modum: *Illa teſtimonia, quæ vos Dionyſii Areopagitæ dicitis, unde poteſtis oſtendere vera eſſe, ſicut vos ſuſpicamini? Si enim ejus erant, non potuiſſent latere B. Cyrillum. Quid autem de B. Cyrillo dico? quando & B. Athanaſius, ſi pro certo ſciſſet ejus fuiſſe, ante omnia in Niceno Concilio de conſubſtantiali Trinitate eadem teſtimonia protuliſſet adverſus Arii diverſæ ſubſtantiæ blaſpemias. Si autem nullus ex antiquis recordatus eſt ea, unde nunc poteſtis oſtendere quia illius ſint, neſcio.* Vide tomũ II Conciliorum, parte I, pag. 659. edit. Binianæ. Antoni9 quoq; Poſſevinus, in Apparatu ſacro, verbo *Photius*, fatetur, a Photio, Patriarcha Conſtantinopolitano, *opera Dioniſii ut pſeudepigrapha videri notari*; inductus, ut opinor, ad hoc credendum, quod Photius, ſub ipſum *μυριοβίβλȣ* ſive Bibliothecæ ſuæ initium, recenſet argumenta, utiq; magni roboris, quibus demonſtratur, libros, qui ſub Dionyſii nomine circumferuntur, non eſſe ab eodem profectos, nec tamen addit, quid ad ea reſponderit, ex quo recitaverat, Theodorus Presbyter. Et ſane ex ipſo illo Thedori libro, quem pro operis Dionyſiani autoritate eum conſcripſiſſe ait Photius, apparet, jam tum illo tempore de iſtis ſcriptis maxime fuiſſe controverſum. Quin ex ipſis Pontificiis Card. Cajetanus, Comment. in Act. XVII, loquens de Dionyſio, cujus ibi fit mentio; *an iſtemet*, inquit, *ſit ille Dionyſius, qui ſcripſit libros de divinis nominibus, certum non eſt.* Et Franciſcus Ribera, Comment. in Heb. I, 14. aſſerit, *Gregorium PP. Dionyſii autoritati noluiſſe acquieſcere; ne forte*

*Hypatii Epheſini ſuffragium.*

*Teſtimonium Photii, judice Poſſevino.*

*Cajetani confeſſio.*

ne forte

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*ne forte Scripturæ divinæ verbis adverſari videretur.* Fatetur proinde, docere autorem operis vulgo Dionyſio tributi, quæ adverſentur ſacris literis: quod de genuino Areopagita, viro ab ipſis Apoſtolis edocto, nemo facile dixerit. Cumprimus vero heic notetur diſcurſus Dionyſii Petavii, viri inter Pontificios celebratiſſimi, qui legitur tomo ejus II Theologicorū dogmatum, libro I, cap. III, 3. Oſtenſurus nimirum ibi Petavius, Expoſitionem fidei, quæ vulgo Juſtino Martyri tribuitur, non eſſe revera ejus, ſcribit in hæc verba: *Expoſitio fidei, quæ Juſtini nomine eſt inſcripta, alterius eſt omnino. quod non modo ſtilus ipſe perſvadere cuivis poteſt linguæ illius non omnino rudi, ſed illud inſuper, quod Bellarminum movit, ut de auctore Juſtino ſolummodo dubitaret; quod & veteres* ejus non meminerunt, & multo apertius & diſtinctius diſſerit de myſteriis Trinitatis & incarnationis, quam ſcriptores ejus ſeculi facere ſoleant. *Quod profecto verum eſt.* ——— *Quare nemo doctus ac prudens librum iſtum, qui alioqui elegans eſt & eruditus, Juſtino tribuendum exiſtimet.* ——— *Cæterum quod & ex veterum ſilentio, & nimis enucleata dogmatis explicatione præjudicium de falſa Juſtini inſcriptione operi illi præfixa facit Bellarminus, non animadvertit itidem & de Areopagita Dionyſio poſſe fieri; cujus nec antiquorum mentionem facit quiſquam primis quinque, eoque amplius, ſeculis, & de Trinitatis incarnationisque myſteriis multo, quam ἔκθεσις illa Juſtini, diſertius expreſſiusque loquitur.* Quibus non tantum notat Petavius imprudentiam Bellarmini, ſcripta Dionyſiana tanquam genuina admittentis, cum tamen eadem illa argumenta, quæ, ut Expoſitionem Juſtini ſuppoſititiam eſſe agnoſceret, apud ipſum effecere, etiam adverſus Areopa-

*Item Petavii.*

gitæ libros militent; ſed diſerte præterea indicat, ſe illud opus, quod Dionyſium jactat autorem, pro ſpurio habere. Sed ne quis de poſteriori iſto dubitet, quod nimirum Petavius, tanti nominis Jeſuita, libros Dionyſii Areopagitæ, pro quibus alias Pontificii tanquam pro aris & focis dimicant, repudiet, rem certo ita ſe habere ad oculum demonſtrabimus. Videlicet repetit Petavius argumentum, quod Bellarminum induxerat, quo minus ἔκθεσιν, ſub Juſtini nomine circumferri ſolitam, pro genuino ejusdem ſcripto agnoſceret. Argumentum iſtud, ſi in juſta forma proponatur, ita habet:

> Cujus libri veteres non meminerunt, quiq; multo apertius & diſtinctius diſſerit de myſteriis Trinitatis & incarnationis, quam ſcriptores ejus ſeculi facere ſolent, ille non poteſt eſſe Juſtini;
> Atqui Expoſito illa, quæ Juſtini nomen vulgo præfert, eſt talis liber; E.

Hoc, inquam, argumentum ex Bellarmino repetit Petavius, illudq; tanti facit, ut, conceſſa Majori, ac Minori perſpicue inſuper confirmata, tandem concludat, neminem doctum ac prudentem librum iſtum Juſtino tribuendum exiſtimare debere. Deinde idem illud argumentum valere etiam ait contra opus Dionyſii Areopagitæ, idq; miratur non animadvertiſſe Bellarminum, qui ſcilicet pro illo pſeudo Dionyſio non uno in loco tantopere pugnet. Et ſane res luce clarior eſt. Sit argumentum:

> Cujus operis veteres non meminerunt, quodq; multo apertius & diſtinctius diſſerit de myſteriis Trinitatis & incarnationis, quam ſcripto-

re-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

res ejus ſeculi facere ſolent, illud non poteſt eſſe Dionyſii;

Atqui opus, quod ſub Dionyſii nomine vulgo circumfertur, eſt tale; E.

Majorem eſſe ejusdem rationis cum Majore ſyllogiſmi Bellarminiani jamjam propoſiti, nemo non videt; agnoſcitq;id,ceu dixi,Petavius.Sed&Minorem pro veriſſima habet idem Petavius. Verum de his ſatis. Adde nunc porro teſtimonium Eraſmi, qui Epiſtola præfixa paraphraſi in 1 ad Corinthios, *Dionyſius*, ait, *qui in Hierarchia ſecunda priſcos Eccleſiæ ritus ſatis copioſe deſcribit, eruditis recentior quiſpiàm fuiſſe videtur quam fuerit Areopagites ille Pauli diſcipulus.* Sic Eraſmus; qui & ibidem de Laurentio Valla teſtatur, quod opera, quæ Dionyſio tribuuntur, *ut ejus nomine conficta derideat*, (digitum intendens haud dubie in Annotationes Vallæ in Act. XVII,) quemadmodum etiam, ſcholiis in Hieronymi librum de ſcriptoribus eccleſiaſticis, & Declaratione ad cenſuras Theologorum Pariſienſium, tit. XXXI, num. XCI, de Gulielmo Grocino, viro, ut ait, magni judicii, eruditionis ac ſanctitatis, idem Eraſmus refert, quod, cum ſub initium ſuarum in Hierarchiam eccleſiaſticam prælectionum ſtomachatus eſſet in eos, qui negarent, autorem ejus libri eſſe illum, cujus nomen operi præponatur, paulo poſt, ubi propius ac familiarius introſpexiſſet ſcriptoris ingenium, *non dubitaverit apud eosdem auditores παλινῳδεῖν priorem ſententiam, profitens, ſibi nequaquam videri Dionyſii Areopagitæ.* Quæ cum ita ſint, non erat, quare Bellarminus illum pſeudo-Dionyſium Areopagitam (cujus opus poſt tempora Valentiniani ſcriptum eſſe contendit Joſ.Scaliger libro

*Eraſmi teſtimonium.*

*Item Vallæ,*

*& Grocini.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

vide emendatione temporum, circa quartum aut quintum ſeculum prodiiſſe cenſet Walo Meſſalinus, ſive Claudius Salmaſius, diſſert. de Epiſcopis & Presbyteris, cap. III, p. m. 162.) inter Patres, quos pro autoritate libri Sapientiæ adducit, primo loco poneret. Et hactenus de Dionyſio Voluimus autem de eo heic in occaſione aliquanto prolixius diſſerere, quod ſæpe tantæ autoritatis prætextu erroneis ſuis opinionibus gratiam quandam conciliare ſatagat Bellarminus. Nunc ipſum porro teſtimonium, quod ex hoc autore petit Cardinalis, in conſiderationem vocabimus.

*Ipſe Dionyſii locus expenditur.*

V. Scilicet occupatus in commendatione amoris (ἔρωτος) Dionyſius, ubi pro ſe locum adduxerat, ex Proverb. IV, 6. ſubjungit deinde: καίτοι ἔδοξέ τισι τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἱερολόγων, καὶ θειότερον εἶναι τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα τοῦ τῆς ἀγάπης. γράφει δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος· ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται, καὶ ἐν ταῖς προεισαγωγαῖς τῶν λογίων εὑρήσεις τινὰ λέγοντα περὶ τῆς θείας σοφίας· ἐραστὴς ἐγενόμην τοῦ κάλλους αὐτῆς. Extat opus Dionyſii Areopagitæ, ſub ipſum ſuperioris ſeculi initium Argentinæ excuſum, in quo habetur triplex translatio, vetus nimirum & nova, omnium Dionyſii librorum, ac tandem noviſſima libri de myſtica Theologia & de divinis nominibus, Marſilii Ficini. In veteri translatione verba Græca, quæ adſcripſimus, ita redduntur: *Quamvis viſum fuit quibusdam noſtrorum ſanctos ſermones dicentium, divinius eſſe amoris nomen nomine dilectionis. Scribit autem & divinus Ignatius: meus amor crucifixus eſt; & in Introductionibus eloquiorum invenies quendam dicentem de divina ſapientia: amator factus ſum pulchritudinis ejus.* Translatio nova ſic habet: *Atqui viſum eſt plerisq; ex tractatoribus noſtris, divinius eſſe amoris quam dilectionis*

*lectionis nomen.* *Scribit enim & divinus Ignatius: amor meus crucifixus eſt; & in primis Scripturarum Inſtitutionibus quendam de ſapientia divina dixiſſe comperies: amator factus ſum formæ illius.* Marſilius ita vertit: *Jam vero quibusdam ex noſtris ſacrorum tractatoribus viſum eſt amoris nomen dilectionis Charitatisve nomine dignius eſſe. Scribit enim & divinus Ignatius: meus amor crucifixus eſt. Atq; in ipſis inſtructionibus ad ſacra ducentibus quendam de divina ſapientia dicentem audies: amator equidem formæ ipſius ſum effectus.* Extat præterea verſio Joachimi Perionii, Henrici, Galliarum Regis, Interpretis, quæ ita Dionyſii verba transfert: *Atqui viſum eſt quibusdam ex noſtris, qui de divinis rebus diſſeruerunt, amoris quam Charitatis nomen etiam eſſe divinius. Scribit autem & divus Ignatius: meus amor cruci affixus eſt; & inprimis Scripturæ ſanctæ inſtitutionibus invenies quendam hæc dicentem de divina ſapientia: amator factus ſum pulchritudinis ejus.* Duo autem inprimis circa hunc Dionyſii locum veniunt notanda; quæ ſi probe obſerventur, luculenter patebit, tantum abeſſe, ut ille pro ſententia Bellarmini faciat, ut potius cum eadem e diametro pugnet. Primum eſt, quod Dionyſius autorem libri Sapientiæ diſerte referat inter τȣ̀ς ἱερολόγȣς. Poſtquam enim oſtenderat, a ſuis partibus ſtare Scripturam ſacram, progreditur mox ad ἱερολόγȣς, quodq; & illi ſecum faciant, demonſtrat teſtimonio primo Ignatii, deinde autoris libri Sapientiæ, proferens locum ex hujus capite IIX, 2. Per τȣ̀ς ἱερολόγȣς autem absq; dubio intelligit, quos mox vocat θεολόγȣς, Marſilius in ſua verſione *ſacrorum tractatores* nuncupat, ut Auguſtinus v.g. Scripturæ interpretes *divinarum Scripturarum & divinorum eloquiorum tractatores*, libro de præ-

deſti-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

deſtinatione ſanctorum cap. XIV. Translatio nova, quam citabamus, abſolute appellat *tractatores*; quo nomine ſacrarum literarum interpretes apud antiquos Patres venire notiſſimum eſt: Perionius, *qui de divinis rebus diſſeruerunt*. Quod ſi ergo autorem libri Sapientiæ ἱερόλογον fuiſſe credidit Dionyſius, hoc eſt, Scripturæ interpretem, utiq; non habuit eundem pro ſcriptore θεοπνεύστῳ, nec librum ipſius pro ſcripto canonico. Alterum, quod obſervari volumus, eſt, quod Dionyſius librum Sapientiæ accenſet ταῖς τῶν λογίων προεισαγωγαῖς, hoc eſt, ut Marſilius reddit, *inſtructionibus ad ſacra ducentibus*, ſive rudimentis iis, quibus informamur, priusquam ad Scripturam veniamus, & quorum cognitione præparamur ad percipiendas ſacras literas. Quid enim λόγια ſint, ex Rom. III, 2. liquet, ac probe intellexit autor translationis, quæ *nova* in ante laudata editione dicitur, quemadmodum & Perionius. Quid vero ſit εἰσαγωγὴ, vel ex ſola Iſagoge Porphyrii notum eſt. Quanquam magis emphatice loquatur Dionyſius, adhibens vocem προεισαγωγή. Solebant nimirum in Eccleſia priſca certi quidam libri Catechumenis prælegi, quibus ad cognitionem Scripturæ illi præparabantur; veluti manifeſto conſtat ex Athanaſio, qui, cum libros V. T. canonicos recenſuiſſet in ſua Synopſi; *præter iſtos*, ſubjungit, *ſunt adhuc alii ejusdem veteris Inſtrumenti libri, qui non ſunt in canone, ſed tantum leguntur Catechumenis* Atq; inter hos primo ibidem loco ponit, de quo nunc agimus, librum Sapientiæ. Eodem modo in fragmento Epiſtolæ ἑορταστικῆς, iterum poſt recitatos libros canonicos; *Sunt*, inquit, *alii etiam libri extra hos enumeratos, qui ad canonem quidem non pertinent, propoſiti autem ſunt a Patribus*

*Catechumenus quinam libri prælegi ſoliti.*

*tribus legendi* τοῖς ἄρτι προσερχομένοις καὶ βουλομένοις κατηχεῖσθαι τὸν τῆς εὐσεβείας λόγον, *iis, qui primùm ad Chriſtianiſmum accedunt, & volunt pietatis fundamentis informari.* Et mox rurſum nominat librum Sapientiæ. Quod ſi ergo & Dionyſius pro tali ſcripto iſthunc agnovit Sapientiæ librum, manet utiq;, quod ſupra dicebamus, eum ſententiæ Bellarmini, quod ille liber canonicus ſit, non tantum non ſuffragari, ſed & nobis argumentum ſuppeditare, quo eandem feliciter eamus impugnatum. Et tantum de teſtimonio Dionyſii Areopagitæ.

VI. Sequitur teſtimonium Melitonis; de quo Bellarminus: *Melito Africanus in epiſtola ad Oneſimum in catalogo ſanctarum ſcripturarum Sapientiam ponit.* Verum per Σοφίαν in catalogo Melitonis apud Euſebium libro IV Hiſt. eccl. cap. XXVI, non intelligi librum Sapientiæ, ſed Proverbia Salomonis, apud nos quidem certo certius eſt. Quod ſi enim legas: Παροιμίαι, ἣ καὶ Σοφία, uti ſane Ruffinus, qui vertit: *Proverbia, quæ eſt Sapientia*; vel παροιμίαι ἢ Σοφία, ceu legit Nicephori interpres, qui libro IV, cap. X, transfert: *Proverbia ſive Sapientia*; manifeſtum eſt, eidem Proverbiorum libro duo nomina abs Melitone tribui. Sed & ſi vulgatam retineas lectionem: Σολομῶνος παροιμίαι, ἡ Σοφία, ex prioribus illis facile liquet, non duos diſtinctos libros innui, ſed unum eundemque, idque per Appoſitionem Grammaticam, quam vocant. Et huc ſine dubio etiam pertinet, quod Amphilochius, Iconii Epiſcopus, dum tres tantum dicit eſſe libros Salomonis, Jambis ad Seleucum (prout extant tomo XV Bibliothecæ Patrum, edit. Pariſ. anni CIↃ IↃCLIV) mox tamen recenſet Proverbia, Sapientiam, Eccleſiaſten, Canticum canticorum. Ni

*Melito per Σοφίαν intelligit Proverbia, uti & alii Patres.*

enim

enim & heic Proverbiis *Sapientiæ* nomen ſimul dari, atq; ſic Appoſitionem adhiberi dixeris, quî ſibi conſtabit numerus ſcriptorum Salomonis ternarius? Nam quod Gretſerus ait, libros Sapientiæ ac Proverbiorum pro uno volumine olim fuiſſe habitos, ut primus & ſecundus Eſdræ, primus & ſecundus Regum, Ruth & liber Judicum, id commentitium eſſe nemo non videt, cum ne unicum quidem Gretſerus ex tota antiquitate afferre poſſit fundamentum vel indicium, quo inauditæ iſti aſſertioni fidem faciat; ubi contra alterum illud, quod nimirum Proverbiis *Sapientiæ* titulus fuerit inditus, omnium priſcorum Patrum teſtimoniis nitatur. Ita enim diſerte Euſebius libro IV Hiſt. eccl. cap. XXII: οὐ μόνος δὲ οὗτος (Ἡγήσιππος) ἀλλὰ καὶ Εἰρηναῖος, καὶ πᾶς ὁ τῶν ἀρχαίων χορὸς, πανάρετον σοφίαν τὰς Σολομῶνος παροιμίας ἐκάλουν. Wolfgangus Muſculus hæc ita convertit: *Non hic autem* (Hegeſippus) *tantum, ſed & Irenæus, & univerſus veterum chorus, Salomonis Parabolas Sapientiam omnis generis virtute plenam vocarunt.* Johannes Chriſtophorſonus, autor Pontificius, & cujus verſioni multum tribuere ſolent qui eandem cum ipſo fidem tuentur, hunc in modum tranſtulit: *Porro autem non hic ſolus, ſed Irenæus, & tota veterum turba, Proverbia Salomonis librum eſſe præclara eximiaq; ſapientia refertum affirmabant.* Perperam vero expreſſit, more ſuo, Ruffinus, videlicet ita: *Verum & hic ipſe, & Irenæus, & omnis antiquorum chorus, librum, qui adtitulatur Sapientia, Salomonis eſſe dixerunt, ſicut & Proverbia, & cætera.* Nihil profecto ineptius, & ab Euſebii mente magis alienum. Equidem Gretſerus heic; *Nec temere*, ait, *ita Ruffinus vertiſſe cenſendus eſt: fortè enim expreſſit, quæ ſuo in exemplari Græco repererat. Et aliam*

*Gretſerus pervertit locum Amphilochii. col. 253.*

*Gretſerus defendit ineptam verſionem Ruffini. l. c.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*aliam fuiſſe Codicis Græci lectionem inde etiam probabile effici-*
*tur, quia Euſebius ex antiquis ſcriptoribus enotare & excerpere*
*ſolebat rara quædam & peculiaria, & eam ob cauſſam ſingulari*
*obſervatione digna.* *Nil autem præter modum rarum eſt ac*
*ſingulare, ſi Dionyſius Corinthiorum Epiſcopus*, ( de Hege-
ſippo apud Euſebium ſermo eſt, non de Dionyſio ) *Ire-*
*næus, & omnis antiquorum chorus*, Paroemias *ſeu* Pro-
verbia *Salomonis vocarunt* πανάρετον σοφίαν, Sapientiam o-
mni virtutum genere refertam. *Quis enim hoc ignorat?*
Ita, inquam, Gretſerus. Sed inane id tantum κρησφύ-
γετον eſſe quis non videt? Et mirum certe, Gretſerum
candori Ruffini tantum tribuere, ut malit omnium
Euſebiani codicis exemplarium Græcorum fidem in
dubium vocare, quam in illius translatione errorem
agnoſcere; cum alias lippis etiam & tonſoribus no-
tum, qualis interpres Ruffinus. Quænam vero illa
probatio, aliam fuiſſe codicis Græci lectionem inde
probabile effici, quia Euſebius non niſi rara & peculia-
ri obſervatione digna ex antiquis ſcriptoribus enotare
& excerpere conſueverit? Ergone obſervatu minus
dignum, nomen *Sapientiæ*, quod communiter tantum
illi nos inter ac Pontificios controverſo Sapientiæ li-
bro titulum & inſcriptionem dare ſolet, etiam Prover-
biis ab antiquis tribui? annon, inquam, hoc obſervatu
dignum, ut evitetur confuſio libri canonici cum apo-
crypho, & ne, quoties *Sapientiam* citant veteres, librum
illum non-canonicum ab iiſdem laudari putemus? In-
terim bene habet, quod Gretſerus fatetur, adeo no-
tum eſſe omnibus, Proverbia Salomonis ab univerſo
antiquorum choro *Sapientiam* fuiſſe vocatam, ut ne
quidem opus eſſe judicet de eo quidquam moneri. Nec



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ſane deſunt ex Pontificiis alii etiam, qui hac in parte ipſi ſuffragantur. Sic Leonhardus Marius, prolegom. in ſacram Scripturam quæſt. IV, ſect. VI, num. LXIII, producturus teſtimonia Patrum pro libro Sapientiæ, *in Patrum*, inquit, *teſtimoniis illud hic peculiariter notari debet, quod ea ſeligenda ſint, in quibus citatur ſententia aliqua, quæ in hoc libro continetur. Nam ſi ſolummodo utantur nomine Sapientiæ, aut librum Sapientiæ vocent Canonicum, nec dum conſtat eos de hoc libro locutos eſſe, eo quod liber Proverbiorum etiam ab antiquis vocetur Sapientia.* Atq; priſcum iſthunc morem ſua etiam adhuc ætate obſervavit Magiſter Sententiarum Petrus Lombardus, quippe qui libro I, diſt. II, allegans aliquid ex Proverb. IIX, 22. ſcriptum id eſſe ait in *libro Sapientiæ*. Ceterum Melitonem in ſuo catalogo per Σοφίαν haud intelligere librum Sapientiæ, de quo in præſenti controvertimus, id porro ex Euſebio ita confirmamus:

*Melitonem per Σοφίαν non intelligere librum Sapientiæ, oſtenditur ex Euſebio.*

Qui liber non fuit communi omnium conſenſu in Eccleſia receptus, illum non ponit in catalogo ſuo Melito,

Atqui liber Sapientiæ, de quo nunc diſquiritur, non fuit communi omnium conſenſu in Eccleſia receptus,

Ergo illum non ponit in catalogo ſuo Melito.

Major patet ex Euſebio, qui expreſſe ait, Melitonem confeciſſe τῶν ὁμολογουμένων τῆς παλαίας διαθήκης γραφῶν κατάλογον, illorum V. T. ſcriptorum catalogum, de quorum autoritate a nemine unquam fuerit dubitatum, ſed quæ conſenſu omnium pro canonicis ſint habita. Minor itidem ex Euſebio manifeſta eſt, ut qui expreſſe librum Sapientiæ non minus quam v. c. ſcripta Barna-

bæ

bæ & Clementis ponit in numero γραφῶν ἀντιλεγομένων, libro VI Hiſt. eccl. cap. XIII. Addi & hoc poteſt; ſi Meli- *Idem porro probatur alia ratione.* tonis mens fuiſſet, librum Sapientiæ communiter ita nunc dictum in catalogo ſuo ponere, ſine dubio ipſum non præmiſiſſet Eccleſiaſtæ & Cantico. Conſtans nimirum mos eſt Eccleſiæ Doctorum, etiam eorum, qui, Pontificiorum judicio, Sapientiæ librum habent pro canonico, in catalogis, quos texunt, ſacrorum librorum hunc ordinem obſervare, ut, quem dixi, Sapientiæ librum poſt Proverbia, Eccleſiaſten, & Canticum collocent. Quin ipſum Concilium Tridentinum non aliter heic procedit; idemq; ordo ſervatur in Bibliis editionis Latinæ vulgatæ. Sed nolo huic rei diutius immorari; quam video ita eſſe liquidam, ut ipſe Mel- *Cani ſuffragium.* chior Canus, tantus inter Pontificios ſcriptor, a noſtris heic ſtet partibus. Ubi enim ſibi objeciſſet, libro II, cap. X, argum. X, conf. I, Cyprianum, Melitonem, Origenem, Euſebium, Damaſcenum, Epiphanium, ſex illos libros, de quibus nos cum Pontificiis contendimus, a canone ſemovere, reſponſurus ad iſtud argumentum capite ſequenti, non ſane dicit, quantum ad Melitonis teſtimonium attinet, excipiendum eſſe librum Sapientiæ, quem ille canonicis accenſeat, ſed abſolute de omnibus illis ſex controverſis libris concedit, repudiatos fuiſſe a memoratis Patribus, nec aliam excuſationem affert, quam quod factum id fuerit illo tempore, quo de canone nondum eſſet aliquid definitum. Et quid de Cano ego dico? Ipſe Bellarminus *Imo ipſius Bellarmini.* alibi noſtræ ſententiæ diſerte ſubſcribit. Quod ut evidenter pateat, tale formamus argumentum:

Quicunq; in canone exponendo T. V. aperte ſeqvu-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

tus eſt Hebræos, is non poſuit in canone librum Sapientiæ Proteſtantes inter ac Pontificios controverſum;

Atqui, juxta Bellarminum, Melito in canone exponendo T. V. aperte ſequutus eſt Hebræos;

Ergo, juxta eundem, Melito, *etc. E.*

Major nulla indiget probatione. Quid enim certius & notius, quam in Hebræorum canone non haberi librum Sapientiæ? Minorem invenies apud Bellarminum infra capite xx in fine. Sed tantum etiam de catalogo Melitonis.

VII. Succedunt teſtimonia Cypriani ac Cyrilli, quos dicit Bellarminus librum Sapientiæ *Scripturam divinam* vocare. Sed quam nullarum virium ſit iſtud a titulo *Scripturæ*, vel *Scripturæ ſacræ* aut *divinæ*, deſumptum argumentum, ſæpiſſime antehac fuit monitum, inprimis capite VII, *6.* 8. IIX, *6.*

*Cyrilli allegatum non eſt petitum ex libro Sapientiæ, ſed ex Proverbiis.*

Etſi, quantum ad Cyrilli locum attinet, in eo inſuper fallitur Bellarminus, quod ibi innui putat librum Sapientiæ, cum non in hoc, ſed in Proverbiis, citata verba inveniantur. Sic nimirum Cyrillus: Deum *ſuis operibus oblectari, Græcorum literæ affirmant. Nos idem aſſerimus, divina etiam atteſtante Scriptura. Sapientia enim inquit:* ἐγὼ ἤμην ᾗ προσέχαιρε, καθ' ἡμέραν δὲ ηὐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτοῦ, ἐν παντὶ καιρῷ ὅτε εὐφραίνετο τὴν οἰκουμένην συντελέσας; καὶ ἐνηυφραίνετο ἐν υἱοῖς ἀνθρώπων. At ipſiſſima hæc verba habentur Proverb. IIX, 30. 31 Unde & in nota marginali, tum quoq; in indice locorum Scripturæ, editionis operum Cyrillinorum Pariſienſis, anno CIↃ IↃC XXXIIX, per Joannem Aubertum, Laudinenſis Ec-

cleſiæ

eleſiæ Presbyterum Canonicum, & in Schola Pariſienſi Laudinenſis Collegii Magiſtrum ac Interpretem Regium, procuratæ, locum illum, quem allegat Cyrillus, ex Proverbiis petitum eſſe ſignificatur. Quanquam vero, ceu paulo ante oſtenſum, nihil antiquis ſit uſitatius, quam nomine *Sapientiæ* citare Proverbia, hoc tamen loco Cyrillum per Sapientiam non intelligere librum, ſed ipſam æternam DEI Sapientiam, quam Salomo laudata illa Cyrillo verba proferentem introducit, meridiana luce clarius eſt.

*Auguſtini locus de libro Sapientiæ ex I. de Præ-deſt. 14. expenditur.*

IIX. Porro Bellarminus ait, Auguſtinum ex profeſſo docere & probare, ex libro Sapientiæ poſſe confirmari dogmata, & librum eſſe canonicum, libro I de Prædeſtinatione cap. XIV, moxq; Chemnitium noſtrum inſimulat incredibilis impudentiæ, quod hunc Auguſtini locum truncate citet, & aſſerat, aperte inde colligi, librum Sapientiæ non fuiſſe Auguſtino divinum ac infallibilis veritatis. Operæ igitur pretium erit diſpicere, num ex iſto Auguſtini loco ſolide probari poſſit, quod habuerit ille librum Sapientiæ pro ſcripto vere ſtricteq; dicto canonico; & an Chemnitius in ejus citatione adeo incredibiliter impudentem ſe præſtiterit, uti quidem ſcribit noſter Cardinalis. Res ita habet. Cum Auguſtinus ex Sap. IV, II. produxiſſet illa verba: *Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus*; & vero nonnulli in Galliis (uti indicium fecerat Hilarius, Epiſtola, quæ tomo VII operum Auguſtini extat) excepiſſent, iſtud teſtimonium non legi in libro canonico, reſpondit Auguſtinus ad hunc modum: *Quaſi & excepta hujus libri atteſtatione res ipſa non clara ſit, quam volumus hinc doceri. Quis enim audet negare Chriſtianus, juſtum, ſi morte*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*præoccupatus fuerit; in refrigerio futurum? Quilibet hoc dixerit, quis homo ſanæ fidei reſiſtendum putabit?* Et poſtquam alia nonnulla interjeciſſet, addit: *Hæc eſt tota cauſa, cur dictum eſt, a quocunque ſit dictum: Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum ejus.* Ex his verbis Chemnitius colligit, *tempore Auguſtini iſtorum librorum, de quibus controverſia eſt, non fuiſſe parem authoritatem, ſicut aliorum vere canonicorum.* Quid vero heic impudentiæ? annon Euſebius toties diſtinguit inter libros Scripturæ ὁμολογȣμένȣς & ἀντιλογȣμένȣς, atque pro vere canonicis non niſi illos habet, qui prioris ſunt ordinis? annon Auguſtinus ipſemet libro II de Doctr. Chriſt. cap. IIX inculcat, Scripturas, quæ ab omnibus accipiuntur, præponi debere illis, quæ non recipiuntur ab omnibus? Si ergo Auguſtini tempore liber Sapientiæ fuit inter τȣ̀ς ἀντιλογȣμένȣς, ſi non fuit receptus ab omnibus, annon recte aſſerit Chemnitius, ejus tunc non fuiſſe *parem autoritatem* cum aliis ſcriptis vere canonicis? Jam vero ex memorato Auguſtini loco conſtat, non fuiſſe illa ætate librum hunc ut canonicum receptum ab omnibus. Si enim hoc factum, quis crederet, qui *Maſſiliæ & aliis etiam locis in Gallia* Auguſtini de Prædeſtinatione ſententiam in dubium vocabant, contra ejus autoritatem fuiſſe excepturos? Qualesquales enim alias fuerint illi Maſſilienſes, de ſcriptis tamen canonicis & apocryphis peculiarem eos, & quæ alioqui recepta non eſſet, opinionem foviſſe nemo facile dixerit: nec enim quisquam ſcriptorum veterum hoc nomine novitatis alicujus vel erroris ipſos poſtulat. Ergo quod librum Sapientiæ haud canonicum eſſe aſſeruerunt, id ſine dubio ex communi & recepta Eccleſiæ illius temporis, minimum

*Chemnitius inique impudentiæ accuſatus abs Bell.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

mum Gallicanæ, fecerunt ſententia. Quod vero Bellarminus ait, ſequentibus illis verbis, quæ Chemnitius non adduxit, Auguſtiuum ex profeſſo docere & probare, *ex libro Sapientiæ poſſe confirmari dogmata, & librum eſſe canonicum*; reſpondeo, utut verum ſit, quod cenſeat Auguſtinus, poſſe ex libro Sapientiæ confirmari dogmata, inde tamen non magis ſequitur, eum habuiſſe hunc librũ pro canonico, quam Epiſcopos Catholicos in Concilio Niceno habuiſſe pro canonicis librũ Aſſumptionis & librum Sermonum myſticorũ Moſis, eo quod æternam filii Dei eſſentiam inde adverſus Arianum Philoſophum confirmatum iverint, & quidem tanquam ex Scripturis; vel Irenæum habuiſſe pro canonico Paſtorem Hermæ, quod ex eo, de creatione hujus univerſi agens, itidem tanquam ex Scriptura, teſtimonium petat. Quanquam enim libri apocryphi non ſint idonei probandis ac roborandis dogmatibus, ſi nullum illa habeant fundamentum in Scripturis canonicis, ſi tamen in his primum fundentur, poſſunt utiq; ex illis ulterius confirmari. Vide ſupra cap. IX, 2. Cum itaque Auguſtinus diſerte ſcribat, illud, quod ex libro Sapientiæ ipſe confirmaverat, etiam ſepoſito hujus libri teſtimonio, aliunde clarum eſſe, non licet ex iſtiusmodi allegatione concludere, quod memorato iſti libro canonicam autoritatem tribuerit. At, inquit Cardinalis, Auguſtini verba ſunt, *non debere repudiari ſententiam libri Sapientiæ, qui meruerit in Eccleſia Chriſti de gradu Lectorum Eccleſiæ Chriſti tam longa annoſitate recitari, & ab omnibus Chriſtianis, ab Epiſcopis usq; ad extremos laicos, fideles, pœnitentes, Catechumenos, cum veneratione divinæ auctoritatis audiri*; item, *oportere, ut librum Sapientiæ omnibus tractatoribus*

*ctatoribus anteponant* Maſſilienſes, *quoniam ſibi eum ante-poſuerint etiam temporibus proximi Apoſtolorum egregii tractatores, qui eum teſtem adhibentes, nihil ſe adhibere niſi divinum teſtimonium crediderint.* Verumenimvero quantum ad prius attinet, meruiſſe videlicet Sapientiæ librum jam inde ab antiquo in Eccleſia recitari ſive publice prælegi, id quidē nihil omnino facit ad ſtabiliendam ejus autoritatem canonicam: quid enim notius, quam conſueviſſe etiam libros apocryphos in Eccleſia legi? Vide ſupra capite IX, I. Sic ſane & Athanaſius, v. c. tum in Synopſi, tum in Epiſtola ἑορταστικῇ, ſcribit, librum Sapientiæ Catechumenis prælegi ſolitum, & tamen diſerte negat eum eſſe canonicum. Similiter Hieronymus prologo librorum Salomonis. Quod autem porro Auguſtinus ait, eundem librum ab omnibus Chriſtianis cum veneratione *divinæ auctoritatis* audiri, neque illud ſatis eſt ad conciliandam ipſi autoritatem canonicam. Nam & de libris, quos agnoſcunt eſſe apocryphos, veteres Eccleſiæ doctores ad hunc modum loqui ſolere, ſupra cap. VII, *6*, 8. VIII, *6*. oſtenſum eſt. Tandem nec illud rem conficit, quod Auguſtinus urget, eſſe librum Sapientiæ anteponendum omnibus tractatoribus, hoc eſt, ſacrarum literarum interpretibus. Quamvis enim merito ei major concedatur autoritas quam quæ competit libris ab interpretibus humana opera abſque ullo dubio ſcriptis, non tamen inde ſequitur, eſſe illam autoritatem tantam, quanta eſt librorum citra controverſiam canonicorum & ſtricte loquendo θεοπνεύστων. Placet coronidis vice de præſente Auguſtini loco ſubjungere judicium judicioſiſſimi M. Ant. de Dominis. Ita vero ille libro

*M. A. de Do-*

VII de

VII de Republ. eccl. cap. I, 34. *Cum aliquando Auguſtinus* *minis ju-*
*contra Pelagianos libro Sapientiæ uſus fuiſſet, objecerunt ei ad-* *cium de*
*contra Pelagianos libro Sapientiæ uſus fuiſſet, objecerunt ei ad-* *præſente Au-*
*verſarii in Galliis Catholici, librum ſapientiæ non eſſe canoni-* *guſtini loco*
*verſarii in Galliis Catholici, librum ſapientiæ non eſſe canoni-*
*Ecclesiæ librum illum pro divino lege-*
*cum. Non igitur omnes Eccleſiæ librum illum pro divino lege-*
*bant, neq; illum in canone vere divinorum habebant. Neq; Au-*
*guſtinus reſpondit, librum illum ab omnibus Eccleſiis ut divi-*
*num recipi: ſed tantummodo, librum illum ſua autoritate*
*non carere, quia multi etiam divinam ei tribuunt autorita-*
*tem.* ———— *Cur non ait, illum librum eſſe ab omnibus*
*Eccleſiis pro divino receptum? Quia ſciebat ita non eſſe: &*
*conſequenter, ſecundum ipſius regulam,* (puta quam tradit
libro II de Doct. Chriſt. cap. IIX) *non eſt tantæ autoritatis,*
*quantæ ſunt illi libri, qui omnium conſenſu divini habentur.*
*Aliqua tamen autoritate illum pollere contendit, quia aliqui vi-*
*ri docti illo, tanquam divino, uſi ſunt: divinam tamen autori-*
*tatem non habebit, quia, licet divinus eſſet, cum ab omnibus*
*pro tali non habeatur, plenam divinam apud nos non obtinebit*
*autoritatem. Et Auguſtinus illi libro conciliare cupit ali-*
*quam autoritatem, ne reſpuatur, ubi divinæ gratiæ favere oſten-*
*ditur, divinam tamen illam plenam autoritatem ei tribuere*
*non enititur. Neq; enim objicientibus illum librum non eſſe*
*canonicum, (hoc eſt, primi ordinis,) reſiſtit, nec probat illum* Vide 2. de
*à tota Eccleſia eſſe receptum; ſed quia in aliquibus pro divino* D. C. 8.
*habetur, hinc vult illum tantam habere autoritatem, quanta*
*ſufficit, ut cuicunq; privato tractatori præferatur, non tamen*
*quæ rem abſolute faciat de fide.* Et hæc quoq; de teſtimo-
nio Auguſtini.

IX. Ultimo Bellarminus urget, quod omnes vete- *An ex eo,*
res librum Sapientiæ Salomonis eſſe aſſerant, ex quo *quod veteres*
manifeſte ſequatur eſſe canonicum. Ubi initio ob- *librum Sapi-*
ſerva, illud, quod heic tanquam omnino indubitatum *entiæ Salo-*
ſupponit *moni tribu-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*ant, ſequatur, eum eſſe canonicum.*

ſupponit Cardinalis, nimirum, ſi liber Sapientiæ ſit Salomonis, manifeſte ſequi, eſſe eundem canonicum, non eſſe adeo certum, ut ille exiſtimat. Quidni enim fieri potuerit, ut autor, qui hunc vel illum librum ex θεοπνευστίᾳ ſcripſit, alium quendam humana opera & induſtria concinnarit? Sane Auguſtinus lib. XIIX de Civ. DEI cap. XXXIIX, *Ego exiſtimo*, inquit, *etiam ipſos, quibus ea, quæ in autoritate religionis eſſe deberent, ſanctus utique Spiritus revelabat, alia, ſicut homines, hiſtorica diligentia, alia, ſicut Prophetas, inſpiratione divina, ſcribere potuiſſe: atque hæc ita fuiſſe diſtincta, ut illa tanquam ipſis, iſta vero tanquam* DEO *per ipſos loquenti judicarentur eſſe tribuenda: ac ſic illa pertinerent ad ubertatem cognitionis, hæc ad religionis autoritatem, in qua autoritate cuſtoditur canon.*

*Autor alias θεόπνευστος etiam humana opera ſcribere aliquid potuit.*

*Non omnes veteres librum Sap. Salomoni adſcribunt.*

Deinde non poſſumus non mirari temeritatem Bellarmini, adeo audacter ſcribentis, quod liber Sapientiæ ſit Salomonis, id OMNES veteres aſſerere. Quid enim? an ergo ex veterum numero non eſt Auguſtinus? at hic, de Sapientia & Eccleſiaſtico loquens, lib. XVII de Civ. DEI cap. XX, *Propter eloquii*, ait, *nonnullam ſimilitudinem, ut Salomonis dicantur, obtinuit conſvetudo. Non autem eſſe ipſius, non dubitant doctiores.* Eadem fere leguntur in Speculo. Et libro II de Doct. Chriſt. cap. IIX, *Illi duo libri*, inquit, *unus qui Sapientia, & alius qui Eccleſiaſticus inſcribitur, de quadam ſimilitudine Salomonis eſſe dicuntur. Nam Jeſus filius Sirach eos ſcripſiſſe conſtantiſſime perhibetur.* Et quanquam illud de Jeſu Sirach, quaſi & ipſe libri Sapientiæ autor eſſet, poſtmodum retractaverit Auguſtinus, libro II Retract. cap. IV, in eo tamen perſeveravit, non eſſe illum librum Salomonis. Porro, an ex veteribus non eſt Hieronymus? Sed & is, præfatione in Pro-

*Non Auguſtinus;*

*Non Hieronymus;*

Proverbia, conceptis verbis aſſeverat, librum, qui Sa-
pientia Salomonis inſcribitur, eſſe ψευδεπίγραφον. Am-
plius, annon & inter veteres numeratur Euſebius? ille *Non Euſe-*
vero, libro XI de Præpar. Evangel. cap. V, diſerte affir- *bius;*
mat, librum Sapientiæ non ab ipſo Salomone, ſed ab
alio quopiã ſub illius nomine fuiſſe conſcriptum. Poſt-
quam enim ex Scriptura ſummam naturalium rerum
ſcientiam in Salomone commendaverat, mox, ex li-
bro Sapientiæ quædam citans, ſubjungit: ἐντεῦθεν ὁρμώ- *Sap. 7, 17.*
μενος καὶ ὁ τὴν πανάρετον σοφίαν εἰς αὐτοῦ πρόσωπον ἀναθεὶς,
ἔφη· αὐτὸς γὰρ ἔδωκε γνῶσιν τῶν ὄντων ἀψευδῆ, *Hinc motus, qui*
*librum Sapientiæ in perſona ipſius* (Salomonis) *ſcripſit, di-*
*xit: Ipſe enim dedit mihi horum quæ ſunt ſcientiam veram.*
Paulo poſt autem, ex Eccleſiaſte aliquid proferens, a
*Salomone ipſo* id ſcriptum affirmat. Apud eundem quo-
que Euſebium lib. VI Hiſt. eccl. cap. XIII, liber Sapien-
tiæ audit ἡ λεγομένη Σαλομῶντος σοφία, *Sapientia quæ Sa-*
*lomonis eſſe dicitur*, & præterea inter Scripturas ἀντιλεγομέ-
νους ſeu non-canonicos numeratur: quod, ex Bellarmi-
ni quidem hypotheſi, fieri non poſſet, ſi autor ejus eſ-
ſet Salomo. Ait quippe, ex eo, quod veteres com-
muniter hunc librum Salomonis eſſe aſſerant, manife-
ſte ſequi, eum eſſe canonicum. Denique annon ex *Non Diony-*
veteribus eſt Dionyſius Areopagita? Jam autem & *ſius Areop.*
illeipſe in libro de divinis nominibus (quem genui-
num ejus ſcriptum eſſe credit Bellarminus) loco quem
ſupra num. V produximus & expendimus, luculenter
indigitat, ſe non agnoſcere autorem libri Sapientiæ
Salomonem, tum quod, uti ſupra demonſtravimus,
pro apocrypho eum habet, qualis, ex Bellarmini hy-
potheſi, non poteſt eſſe liber quia Salomone eſt pro-
fectus;



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

fectus; tum quod, ex eo aliquid citaturus, ad hunc modum loquitur: *invenies QUENDAM dicentem.* Patet proinde, falſum eſſe quod ſcribit Bellarminus, omnes veteres aſſerere, librum Sapientiæ eſſe Salomonis. Neq; eſt ut Euſebii prætexat autoritatem. Nam quod ille heic non de libro Sapientiæ loquatur, uti quidem fingit Ruffinus, ſed de Proverbiis, jam ſupra num. VI evicimus. Tum quoq; ex locis paulo ante ex eodem productis luce clarius eſt, non poſſe ipſius eſſe mentem, quam putat Cardinalis. Atq; hoc eſt unum.

*An veteres, qui nomine Salomonis librum Sap. citant, eum idcirco pro canonico habeant.*

X. Deinde quod ad Patres illos attinet, qui nomine Salomonis librum Sapientiæ citant, eos ideo unice id facere, quia illis temporibus *conſuetudo obtinuerat, ut propter eloquii nonnullam ſimilitudinem Salomonis diceretur*, licet *non eſſe ipſius non dubitarent doctiores*, jam ſupra capite IIX, 7. ex Auguſtino ac Iſidoro docuimus. Et ſane non ſtatim canonicum eſſe illum librum, qui ſub divini alicujus autoris nomine citatur, ipſe Bellarminus clare ſignificat infra capite XIIX, quando librum, quem Henochi nomine a Juda Apoſtolo allegari exiſtimat, eo non obſtante apocryphum eſſe contendit. Et quoties *v. c.* librum III & IV Eſdræ priſci ſcriptores citant ſub nomine Eſdræ? qui tamen, ipſomet fatente Bellarmino, ad canonem haudquaquam pertinent. Confer cap. XIV, I. Adde item, eſſe inter Patres, quos nomine Salomonis Sapientiam citare ſcribit Bellarminus, de quibus ipſe infra ſub hujus libri finem fatetur, quod in canone exponendo T. V. aperte ſequuti ſint Hebræos. Quod ſi ita, relinquitur utiq;, ex eo, quod veteres quidam librum Sapientiæ nomine Salomonis allegant, non illico ſequi, habuiſſe eos librum iſtum pro canonico.

XI. Sed

XI. Sed audet Cardinalis, quod Salomo ſit autor Sapien-
tiæ, ex ipſo illo libro probare: cũ ſcilicet, quæ in eo le-
guntur capite IX, 7. *Tu elegiſti me Regem populo tuo, & di-
xiſti me ædificare templum in monte ſancto tuo*; alii conveni-
re nequeant præterquam Salomoni. Verumenimvero
iſthæc ratio ad convincendos eos, qui librum illum ca-
nonicum eſſe negant, prorſus non eſt idonea: id quod
evidens evadet, ſi in juſta forma ſyllogiſtica propona-
tur. Erit quippe tunc argumentum hujusmodi:

*An ex ipſo libro Sap. probari poſſit, eſſe eum Salomonis.*

Quidquid in libro Sapientiæ dicitur, id neceſſario
ita ſe habet;
At vero in libro Sapientiæ dicitur Salomo eſſe autor
ejus libri;
Ergo id ita ſe habet; quod nimirum Salomo ejus li-
bri ſit autor.

Ubi quis non videt, Majorem negatum iri ab his, qui de
libri iſtius θεοπνευστίᾳ dubitant? Sic in canone LXXXIV
ſive ultimo eorum, qui Apoſtolis tribui vulgo ſolent,
talia leguntur, quæ nulli convenire queunt niſi Apo-
ſtolis: & tamen ipſe Bellarminus infra capite XX in eo
totus eſt, ut oſtendat, hunc canonem non eſſe Apoſto-
lorum, ſed ſpurium ac ſuppoſititium. Et fac, librum
Sapientiæ eſſe θεόπνευστον, nondum tamen neceſſario ſe-
queretur, verba, quæ ex capite ejus IX paulo ante pro-
ducebamus, eſſe ipſius Salomonis. Nam &, v. g. in
canone Apoſtolorum XXIIX, quem pro genuino agno-
ſcunt Pontificii, Apoſtolus Petrus introducitur in hæc
verba loquens: *Si quis Epiſcopus per pecunias hanc ſit
dignitatem aſſecutus, vel Presbyter, vel Diaconus, deponatur
& ipſe, & qui eum ordinavit, & a communione omnino ex-
ſcindatur, ut Simon Magus* A ME PETRO. An vero idcirco
cano-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

canonis. iſtius autor eſt Petrus? Imo vero Franciſcus Turrianus, dum pro Apoſtolorum canonibus diſputat, libro xi ſuæ canonum Apoſtolorum adverſus Centuriatores defenſionis, Clementem heic loqui ait, & quidem μιμητικῶς, per repræſentationem perſonæ. Quidni ergo & autor libri Sapientiæ, quisquis tandem ille, dici poſſit loqui in perſona Salomonis? Et ſane ita fieri agnoſcit ex Pontificiis Johannes Driedo, libro I, cap. IV, agnovit etiam longe antea Johannes Capiſtranus (is quantæ in Eccleſia Romana autoritatis ſit, e Poſſevino diſces) qui in præfatione Speculi Clericorum diſerte ſcribit, in perſona Salomonis ibi loqui Philonem. Cui Philoni etiam ab aliis communiter Sapientiæ liber tribui ſolet. Vide inter ceteros Thomam, Abbatem Vercellenſem, ad Dionyſium Areopagitam de divinis nominibus cap. IV, & Marſilium Ficinum in eundem locum, nec non Marianum Victorium Scholiis in præfationem Hieronymi in Proverbia.

*Liber Sapientiæ nonnullis creditur eſſe Philonis.*

XII. Et quidem nec ipſe Bellarminus adeo diffitetur, Philonem poſſe dici autorem libri Sapientiæ, prout ſcilicet ſententias Salomonis collegerit. Addit autem, non eſſe Philonem hunc illum, qui vixit poſt Chriſtum, ſed alium antiquiorem, qui verbis Græcis Salomonis ſententias complexus ſit, Spiritu ſancto dictante. At hæc opinio ne ipſis quidem Pontificiis aliis probatur. Ex his Sixtus Senenſis, libro I Bibliothecæ ſanctæ, ipſum Joſephum illi ſententiæ apertiſſime reclamare ait, *dum in primo adverſus Apionem libro ſeniorem Philonem non inter Judæos, ſed inter ethnicos Hiſtoricos, & eos præſertim, qui nunquam ſacros legerunt libros, recenſeat.* Confer & ejusdem librum IIX, hær. IX; ubi tamen iſt-

hanc

hanc de ſeniore Philone opinionem a nonnullis Lutheranis inventam eſſe perperam aſſerit. Porro & Jacobus de Valentia, Epiſcopus Chriſtopolitanus, in præfatione Cantici Canticorum, autorem Sapientiæ facit Philonem, *ſapientiſſimum Judæum, Athenis nutritum, & in lingua Græca & Chaldaica peritiſſimum, qui tempore Apoſtolorum ſurrexit.* Ludovicus Vives, ad Auguſtini de Civ. Dei librum XVII, cap. XX, librum Sapientiæ credi ait *Philonis, Judæi Alexandrini, qui vixit temporibus Apoſtolorum.* Eadem in ſuo commentario habet Bonaventura. Aſſerit idem Nicol. Liranus, qui, ubi ſub ipſum Commentarii ſui initium affirmaverat, quod *Philo, diſertiſſimus Judæorum, librum* Sapientiæ *Græce ſcripſerit*, & quod hoc *communiter dicant Doctores & Hiſtoriographi*, poſtea in caput XV diſerte addit, vixiſſe Philonem iſthunc tempore Caji Imperatoris. Adde Petrum Galatinum lib. I de Arcanis Catholicæ veritatis cap. IV. quanquam is perperam contendat, illum Philonem fuiſſe Chriſtianum. Sed hoc in præſenti nos non curamus; quibus nempe ſufficit, quod Galatinus ut certum ſupponat ac indubitatum, poſt Chriſtum vixiſſe Philonem, a quo liber Sapientiæ perhibetur conſcriptus.

## Caput XIV.

### *De Eccleſiaſtico.*

I.

Auctoritatem Eccleſiaſtici multis veterum teſtimoniis confirmari poſſe ſcribit Bellarminus. Sed videamus, quomodo id probet. Nempe duplici utitur argumento. Unum eſt, quod Clemens Alexan-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

drinus, Epiphanius, Cyprianus, Ambroſius, Auguſtinus, hunc librum citent ſub titulo *Scripturarum*, *Scripturæ divinæ*, a *Spiritu ſancto* profectæ, *divinorum oraculorum*; alterum, quod Clemens, Cyprianus, Sixtus II, Damaſus, Baſilius, Ambroſius, Hieronymus, Gregorius, eundem librum non ſolum citent, ſed etiam Salomoni tribuant; nunquam autem dubium fuerit, quin Salomonis libri canonici ac divini habendi eſſent. Verum utriq; iſti rationi nullo negotio ſatisfieri poteſt ex iis, quæ ſupra toties inculcata ſunt & demonſtrata, præprimis cap. VII, 6. 8. IIX, 6. 7. IX, 1. XIII, 9. 10. quibus heic non niſi illud addimus, quod Clemens Alexandrinus, libro IV ϛρωματέων, prolaturus aliquid ex celebri illa Clementis ad Corinthios Epiſtola, nomine Apoſtoli autorem iſtum citet, quemadmodum & Barnabam ita laudat aliquoties libro II; cum tamen nec Clementis nec Barnabæ ſcripta ad canonem pertinere in aprico ſit.

*Salomo non poteſt autor eſſe Eccleſiaſtici.*

II. Et certe Salomonem nullo modo poſſe Eccleſiaſtici autorem eſſe, non tantum conſtat ex ejus prologo, ſed inde etiam demonſtratur efficaciſſime, quod in libro iſthoc capite XLIIX, ſeqq. referuntur, quæ poſt Salomonis demum tempora contigerunt, item ex capite LI, 18. ubi ait autor, ſe, cum eſſet adoleſcens, quæſiviſſe ſapientiam, & oraſſe pro ea ἔναντι ναοῦ. quod utiq; Salomo de ſe dicere non potuit, utpote quo exiſtente adoleſcente nondum extructum erat templum. Equidem Gretſerus hunc nodum ſolvi poſſe putat, ſi dicatur Jeſus Sirach ſententiis Salomonis divino inſtinctu aliquas proprias ſententias adjeciſſe: & hujusmodi eſſe dicta de laudibus ſanctorum qui poſt Salomonem claruerunt.

fuerunt. Sed quia ipſe reſponſioni iſti parum fidit, id-eo mox ſubjicit. *Mihi tamen ſemper magis arriſit eorum ſententia, qui & librum Sapientiæ & Eccleſiaſticum Salomoni attributum exiſtimant, ob ſimilitudinem ſapientiæ, doctrinæ, parabolicæq; ſeu proverbialis locutionis, quam liber Sapientiæ & Eccleſiaſticus cum libris Salomonis habent.*

*Gretſerus Bell ſuum deſerit. col. 264.*

III. Poteramus ita nunc acquieſcere, cum per ea, quæ dicta ſunt, argumentis Bellarmini abunde ſit ſatis factum: placet nihilominus ad unum & alterum abs eo allatum teſtimonium in ſpecie aliquid monere inſuper. Quantum ergo ad Epiphanium attinet, illum Cardinalis ait in hæreſi Anomœorum numerare inter ſacros ac divinos libros Sapientiam Salomonis & filii Sirach, ſive Eccleſiaſticum; ex quo liceat intelligere, eundem, cum in libro de menſuris & ponderibus dicit, hos libros non eſſe receptos, de ſententia Judæorum eſſe loquutum. Verum quod Epiphanius in libro de menſuris ac ponderibus non ex Judæorum, ſed ex propria ſententia loquatur, quando duos iſtos libros extra canonem collocat, id jam ſupra capite XII, 6. evicimus. Imo vero ipſe Bellarminus idem manifeſte teſtatur infra cap. XX, dum ſcilicet fatetur, Epiphanium in canone exponendo Teſtamenti veteris aperte ſecutum eſſe Hebræos. An ergo ſibi ipſi contradicit Epiphanius, & aliter de canone in libris de menſuris ac ponderibus ſcribit, aliter in hæreſi Anomœorum? Minime vero. Verba ejus, quæ poſteriori illo loco habentur, hæc ſunt: *Si ex Spiritu ſancto genitus eſſes, & a Prophetis ac Apoſtolis edoctus, oportebat, ut pervolutis libris ab initio creationis mundi usq; ad Eſtheris tempora, qui ſunt ſeptem & viginti libri Teſtamenti veteris, & viginti duo numerantur, tum ſacro-*

*Epiphanius an ullibi in canone ponat librum Sapientiæ & Eccleſiaſticum.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*ſacroſanctis quatuor Evangeliis, & quatuordecim Epiſtolis ſancti Apoſtoli Pauli, nec non & Apoſtolorum Actis, quæ vel ſuperiora illis tempora vel poſteriora continent; Catholicis item Epiſtolis Jacobi, & Petri, & Joannis, & Judæ, & Joannis Apocalypſi; Sapientiæ inſuper libris, Salomonis, inquam, & filii Sirach; omnibus deniq; omnino ſcripturis divinis; temetipſum damnares.* Hæc ſi cum iis contuleris, quæ in libro de menſuris & ponderibus leguntur, ex aſſe illa inter ſe convenire videbis. Nempe dicit heic Epiphanius, eſſe XXVII veteris Inſtrumenti libros, numerari autem XXII. Eadem ratione loco illo altero ait, XXVII eſſe libros, ſed ad XXII, pro literarum Hebraicarum numero, (κατὰ τὴν τοῦ ἀλφαβήτου παρ' Ἑβραίοις στοιχείωσιν) redigi. Quod quo pacto fiat, amplius ibidem Epiphanius exponit. Deinde, poſtquam omnes non tantum Veteris, ſed & Novi Teſtamenti libros canonicos recenſuiſſet, loco ſupra adſcripto, ſubjungit librum Sapientiæ & Eccleſiaſticum. Pari modo & loco illo altero. Tantum id diſcriminis ſupermanet, quod in libro de ponderibus ac menſuris, de duobus illis libris conceptis verbis dicitur: αὗται χρήσιμοι μέν εἰσι καὶ ὠφέλιμοι, ἀλλ' εἰς ἀριθμὸν ῥητῶν οὐκ ἀναφέρονται, *Hi utiles quidem ſunt & commodi, ſed in numerum dictorum* (librorum canonicorum) *non referuntur:* quæ totidem ſyllabis haud leguntur in hæreſi Anomœorum. Sed quid inde lucrabitur Bellarminus? annon ſufficit, remipſam heic non minus exprimi quam ibi? quod ſane manifeſto fit, dum duo illi libri ſeorſim ponuntur a libris V. T. canonicis, & non niſi poſt enumeratos omnes N. T. libros nominantur. Quod ſi enim Epiphanius, quando de hæreſi Anomœorum ſcribebat, crediidiſſet, librum Sapientiæ & Eccleſiaſti-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ſiaſticum in numerum canonicorum V. T. librorum referendos eſſe, utiq; non ſejunxiſſet eos ab illis usq; adeo, ut omnes libros N. T. inter hos & iſtos interjiceret.

*Sixti 2. Epiſtola ſuppoſititia.*

IV. Quod porro ſpectat ad Sixtum II, hujus Epiſtolam ad Gratum adulterinam eſſe vel inde ſufficienter liquet, quod *data* ſcribitur *Calendis Septembris*, *Valeriano & Decio*, *viris Clariſſimis*, *Conſulibus*. Sixti enim II tempore nullos fuiſſe Coſs. ita appellatos, ipſa Annalium Romanorum inſpectio unumquemq; docere poteſt. Nam ſive evolvas Chronicon Aurelii Caſſiodori, viri Senatorii, qui omnes Conſules a Tarquinio ad Juſtinianum, quo regnante Coſs. defecerunt, ordine recenſet, ſive alios, qui eandem pertractant materiam, conſulas, neminem invenies, qui illis temporibus, quibus vel Sixtus II vixit, vel ejus deceſſor, vel ſucceſſor, Conſules aſſignet Valerianum & Decium: imo forte nusquam hos ſimul Coſs. reperias, niſi apud Marianum Scotum, ab ipſa illa pſeudo-Sixti Epiſtola haud dubie in errorem inductum, (tractans enim Sixti vitam, Valerium & Decium Coſs. ab eo commemorari ſcribit) ſed qui ſeipſum confodit, dum Decium, quem quarto Conſulem ponit ad annum Chriſti CCLXII, occiſum memorat anno CCLIV; ſicut Oroſius, Jornandes, Eutropius, Caſſiodorus, ante illum CCLXII annum ipſum interemptum eſſe teſtantur. Ergo dum data eſſe dicitur Epiſtola Sixti Kal. VIIbr. Valeriano & Decio Coſs. perinde eſt ac ſi data diceretur ad Kalendas Græcas. Atque ex ſimili fundamento ſpuria etiam & ſuppoſititia eſſe agnoſcitur, quam itidem Bellarminus adducit, Damaſi ad Epiſcopos Italiæ epiſtola. Nam & hæc

*Damaſi Epiſtola ſuppoſititia.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

hæc data ſcribitur *Syricio & Ardubure Coſ.* cum Syricium & Arduburem ſimul nec Caſſiodorus ponat, nec Haloander, nec Marianus Scotus, nec ipſe etiam Baronius. Præterea quid in communi de Epiſtolis, quæ priorum temporum Epiſcopis Romanis tribuuntur, eruditi cenſeant, jam ſupra monuimus capite XI, 3.

*Baſilius non citat Eccleſiaſticum, ſed Proverbia.*

V. De Baſilio affirmat Bellarminus, quod libro IV in Eunomium, Eccleſiaſticum non ſolum citet, ſed etiam Salomoni attribuat; reſpiciens videlicet ad locum, ubi tractat Baſilius illa verba: Κύριος ἔκτισέ με. quæ deſumpta eſſe putat Cardinalis haud dubie ex Eccleſiaſtici XXIV, 13. ubi Sapientia inter alia, *Ab initio*, inquit, *& ante ſecula creata ſum.* Verum quod iſte locus, de quo ibi agit Baſilius, non ſit depromptus ex Eccleſiaſtico, ſed ex Proverbiis, tam manifeſtum eſt, quam Solem lucere in meridie. Etenim primo illa ipſa verba, nec ſyllaba una unave litera mutata, expreſſe leguntur Proverb. IIX, 22. juxta quidem translationem τῶν LXX, qua Patres illius ætatis communiter uſos fuiſſe conſtat; ubi contra locus Eccleſiaſtici ſic habet: Πρὸ τοῦ αἰῶνος ἀπ' ἀρχῆς ἔκτισέ με. Deinde ipſe Baſilius aperte indicat, ex quo Scripturæ libro petita ſint verba, quæ in conſiderationem ibi vocat; dum ſcilicet autorem ejus appellat παροιμιαστὴν, *Proverbiorum ſcriptorem.* Porro idem Baſilius, eadem verba expendens libro II contra Eunomium, manifeſto innuit, librum, ex quo illa deſumpta, primitus Hebraice eſſe ſcriptum. Ait quippe, *nonnullos Interpretum, qui commodius, quam LXX, Hebraicarum vocum ſignificationes aſſequuti ſint,* , ἐκτήσατό με *pro* ἔκτισεν *edidiſſe:* quod ipſum etiam monet Epiphanius hæreſi LXIX, contra Ariomanitas, num. XXV. Jam vero Ec-

cleſiaſticus non eſt Hebraice ſcriptus, ſed tantum Græce. Unde etiam Epiphanius, memorato loco, num. xii & xiv, non minus quam Baſilius ex Salomonis Proverbiis verba iſthæc deſumpta aſſeverat; quemadmodum item Athanaſius Oratione ii & iii adverſus Arianos, Epiſtola ad Serapionem, contra eos, qui dicunt, filium creaturam eſſe, libro de decretis Synodi Nicenæ, de humana natura ſuſcepta, & Sermone contra omnes hæreſes: nec nõ autor Expoſitionis fidei, quæ vulgo Athanaſio tribui ſolet: ut de aliis antiquis Patribus, eundem locum ita citantibus, nihil nunc dicam. Atque hoc ipſum probe obſervavit, qui editioni Baſilii Pariſienſi anni clↃ IↃc xxxɪɪx, notas marginales & indicem locorum Scripturæ adjecit. Neque enim is ad ſupra memorata verbã Eccleſiaſticũ citat, ſed Proverbia: quemadmodum idem quoque facit in ſua Epiphanii editione Petavius. Et quid? annon Bellarminus ipſemet libro i de Chriſto cap. xɪɪx fatetur ingenue, verba: *Dominus creavit me*, contra æternam Chriſti deitatem a veteribus Arianis urgeri ſolita, prolata eſſe ex Proverb. ɪɪx? Sed nolo in re tam evidenti eſſe prolixior. Illud autem non poſſum non adhuc monere, Bellarmi- *Bell. impru-*
num, dum in quæſtione de autoritate canonica Eccle- *dens propria*
ſiaſtici ad Baſilium provocat, ejusque teſtimonio ſuam *cædit vine-*
firmare ſententiam ſatagit, novum nobis argumen- *ta.*
tum monſtrare, quo canonicam iſtius libri autoritatem eamus impugnatum. Ita nimirum colligimus:

Qui liber habet illum locum: Κύριος ἔκτισέ με, nec tamen eſt liber Proverbiorum Salomonis, is non pertinet ad Scripturam canonicam;

Atqui Eccleſiaſticus habet illum locum, nec tamen
eſt liber Proverbiorum Salomonis;
Ergo Eccleſiaſticus non pertinet ad Scripturam canonicam.

Major manifeſtiſſima eſt ex Baſilio, ut qui libro II contra Eunomium diſerte ait, in univerſa Scriptura (ἐν πάσαις ταῖς γραφαῖς) non niſi ſemel memoratum iſthunc locum legi, nempe in Proverbiis. Quod confirmat Epiphanius hæreſi LXIX,20. Si itaq; præter Proverbia etiam Eccleſiaſticus locum illum continet, neceſſario ſequitur, ex hypotheſi quidem Baſilii atq; Epiphanii non eſſe eum partem Scripturæ canonicæ. Minor eſt ipſius Bellarmini. Et tantum etiam de Eccleſiaſtico.

## CAPUT XV.

*De libris Maccabæorum.*

I.

BEllarminus, ſolita incedens via, Maccabæorum libris inde autoritatem canonicam lucrari ſatagit, quod honorifice producantur a Cypriano, Nazianzeno, Ambroſio; quodque diſertis verbis *Scriptura divina* appellentur a Cypriano ac Iſidoro; quod tandem Auguſtinus libro XIIX de Civ. DEI cap. XXXVI, & libro II contra Epiſtolas Gaudentii cap. XXIII, eorundem auctoritatem ſtudioſe defendat. Sed quia reſponſio ad duo priora fundamenta ſufficienter peti poteſt ex ſupra dictis, videlicet ex cap. VII, 6.8. IIX, 6. IX, 2. XIV, I. ideo, ne actum agere cogamur, eo benignum lectorem remittimus.

*Auguſtini* II. Auguſtini loca citata quod attinet, itidem uterque

que a nobis jam ſupra fuit conſideratus capite x, 2. & 18. *locus ex 2.*
Quia tamen adeo audacter ſcribit Bellarminus, Augu- *contra Epp.*
ſtinum libro II contra Epiſtolas Gaudentii cap. XXIII li- *Gaudentii*
brorum, de quibus agimus, *auctoritatem ſtudioſe defende-* *23. expendi-*
*re*, placet denuo iſtum locum in conſiderationem heic *tur.*
vocare, &, num pro Pontificiorum ſententia, an con-
tra eam potius ille faciat, disquirere. Notum eſt ex
hiſtoria eccleſiaſtica, Donatiſtas pium putaſſe marty-
rium, ſi quis ſibi ipſi necem conſciſceret. Cum pro-
inde adverſus eos edicta promulgata eſſent Imperia-
lia, ut nimirum ex poſſeſſione eccleſiarum, quas tene-
bant, ejicerentur, inque loca ipſorum ſuccederent
Catholici, & hujus decreti executor in Africam mit-
teretur Dulcitius, Tribunus, ſcripſit is ad Gaudenti-
um, Tamugadenſem Donatiſtarum Epiſcopum, unum
e ſeptem iſtis, quos, ut ipſorum cauſam adverſus Ca-
tholicos tuerentur, illi hæretici elegerant, exhortans
eum ad unitatem Catholicam, & disſvadens incendi-
um, quo ſeipſum & ſuos cum univerſa, in qua erant,
Eccleſia ſe concrematurum minabatur. Legeſis Augu-
ſtinum, libro II Retract. cap. LIX, libro I contra Gauden-
tii Epiſtolam, & Epiſt. LXI ad Dulcitium. Ad iſtas itaque
Dulcitii literas gemina epiſtola reſpondit Gaudentius;
& in harum quidem poſteriori *furioſiſſimas* illas *mortes*
(ſic vocat Auguſtinus) defendere conatur ex II Mac- *Ep. 61.*
cab. XIV, ubi Razias ipſe violentas ſibi manus intuliſſe
memoratur. Rogatus abs Dulcitio Auguſtinus, utri-
usq; Gaudentii epiſtolæ examen inſtituit: in quo ubi ad
illud e Maccabæorum libris petitum perveniſſet argu-
mentum, licet initio totus in eo ſit, ut oſtendat, Razi-
am vel ibi non laudari, (ſiquidem *iſtam ejus mortem, mi-*
*rabi-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*rabiliorem quam prudentiorem, narraverit quemadmodum facta eſſet, non, tanquam facienda eſſet, Scriptura laudaverit;)* vel, ſi laudetur, laudari ut ſolent viri fortes hujus ſeculi in hiſtoria gentium, non vero ut martyres Chriſti; quia tamen advertit, cum nimis manifeſta ſint autoris verba, vix ea ratione Gaudentium de ſua opinione depulſum iri, tandem elevat librorum Maccabæorum autoritatem, *Hanc quidem Scripturam*, inquiens, *quæ appellatur Maccabæorum, non habent Judæi ſicut Legem, & Prophetas, & Pſalmos; quibus Dominus teſtimonium perhibet tanquam teſtibus ſuis, dicens: oportebat impleri omnia, quæ ſcripta ſunt in* Lege, *& Prophetis, & Pſalmis, de me: ſed recepta eſt ab Eccleſia non inutiliter, ſi ſobrie legatur & audiatur, maxime propter illos Maccabæos, qui pro* DEI *lege, ſicut veri martyres, a perſecutoribus tam indigna atq; horrenda perpeſſi ſunt, ut etiam hinc populus Chriſtianus adverteret, quoniam non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis ad futuram gloriam, quæ revelabitur in nobis, pro quibus paſſus eſt Chriſtus.* Ubi vides, quod libri Maccabæorum cum Scripturis citra controverſiam canonicis non ejuſdem autoritatis ſint, id Auguſtinum duplici ratione probare: primum inde, quod Judæi iſtos libros non habeant ſicut Legem, Prophetas, & Pſalmos, hoc eſt, ſicut Scripturam vere canonicam: nomine enim *Legis*, *Prophetarum*, *& Pſalmorum*, univerſas Scripturas θεοπνεύστους innui, ex Luc. XXIV, comm. 44 collato cum comm. 27. (quem locum heic citat Auguſtinus) manifeſtum eſt; deinde hinc etiam, quod Chriſtus iis non perhibeat teſtimonium tanquam teſtibus ſuis; quemadmodum illud perhibeat Legi, Prophetis, ac Pſalmis. Quia vero opponi poterat autoritas & conſuetudo Eccleſiæ, quæ illos Maccabæorum

rum

rum libros receperat, reſpondet Auguſtinus, receptos eſſe ad ædificationem plebis, ut ſcilicet inde diſceret populus Chriſtianus, nequaquam pares eſſe præſentis temporis perpeſſiones gloriæ in nobis revelandæ: quomodo de libris apocryphis vetuſtiores Eccleſiæ Patres, & recentiores etiam Doctores, communiter loqui ſolere, nemo, qui vel aliqualiter in ipſorum ſcriptis verſatus eſt, ignorare poteſt. Vide ſupra capite XII, 13. Atque ita arbitrandum nunc relinquimus lectori cordato, qua veritate ſcribat noſter Bellarminus, Auguſtinum, loco quem hactenus conſideravimus, Maccabæorum librorum autoritatem, canonicam puta, *ſtudioſe defendere*.

*Nazianz. non allegat libros Maccab. heic controverſos, ſed librum Joſephi de Maccabæis.*

III. Porro de Gregorii etiam Nazianzeni loco neceſſario heic aliquid monendum eſt. Eum Bellarminus ait in oratione de Machabæis honorifice producere libros Machabæorum. Equidem ſi id faceret, nihil tamen pro canonica eorundem librorum autoritate inde liceret concludere. Sed fallitur omnino Cardinalis, dum illos Maccabæorum libros, de quibus nos in præſens diſquirimus, ibi citari autumat. Nam digitum intendit Nazianzenus ad librum, quem de Maccabæis conſcripſit Joſephus. Id oſtendimus immoto hoc argumento:

Qui Maccabæorum liber agit de ratione animi perturbationibus imperante, is autorem agnoſcit Joſephum,

Atqui liber Maccabæorum, quem citat Nazianzenus, agit de ratione animi perturbationibus imperante, E.

Major manifeſta eſt. Scripſit nimirum Joſephus librum



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

brum περὶ αὐτοκράτορος λογιμοῦ, *de ratione imperatrice*, in quo Maccabæorum hiſtoriam operoſe pertractat. Ejus mentionem facit Hieronymus libro de Scriptor. eccleſ. cap. XXIII, his verbis: *Alius quoq; liber ejus* (Joſephi) *qui inſcribitur* περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, *valde elegans habetur, in quo & Machabæorum ſunt digeſta martyria.* Quin ob huncipſum librum Joſephum *Machabæorum ſcriptorem hiſtoriæ* nuncupat idem Hieronymus libro II in Pelagianos, *Joſephus*, inquiens, *Machabæorum ſcriptor hiſtoriæ, frangi & regi poſſe dixit perturbationes animi, non eradicari.* Minor ex ipſis Nazianzeni verbis evidens eſt. Sic videlicet illa habent: *Qui fuerint* Maccabæi, *quaq; primum ex inſtitutione in eam virtutis frugem gloriamq; pervenerint, ut anniverſariis feſtis ornentur,* ——— ἡ περὶ αὐτῶν βίβλος δηλώσει τοῖς φιλομαθέσι καὶ φιλοπόνοις, ἡ περὶ τοῦ αὐτοκράτορα εἶναι τῶν παθῶν τὸν λογισμὸν φιλοσοφοῦσα, *liber de ipſis conſcriptus ſtudioſis & diligentibus viris manifeſte oſtendet; qui & rationem animi perturbationibus imperare docet.* Atque ita conſtat, deceptum fuiſſe Bellarminum, quando credidit, librum de Maccabæis, quem laudat Nazianzenus, eſſe unum ex his, qui in codice Biblico habentur; cum ſit liber περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ Flavii Joſephi. Quod ſane nobiſcum fatetur Jacobus Billius, Abbas S. Michaelis in eremo, in Britannia, *vir*, Poſſevino teſte, *ſolide Catholicus*, id eſt, Romanæ curiæ addictiſſimus. Hujus quippe diſerta ſunt verba in Annotationibus ad Nazianzenum: *Edidit Joſephus tractatum pulcherrimum* περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, *in quo fuſiſſime totam Machabæorum hiſtoriam perſequitur. Quam Nazianzenus ob eam cauſam repetendam non putavit, ne crambem bis coqueret, ſed expolit & amplificat ſolum eam variis ſermocinationibus.*

*Suffragium Billii.*

IV. At

IV. At videamus nunc, quid ad argumenta contra *Reſponſio-*
canonicam libri Maccabæorum autoritatem a Prote- *nes Bell. ad*
ſtantibus urgeri ſolita reſpondere conetur Bellarmi- *argumenta*
nus. Sic ergo ille incipit: *Primùm objicit Calvinus lib.* *contra au-*
*3. Inſtit. cap. 5. §. 8. quòd auctor horum librorum laudat præ-* *toritatem*
*poſterum Zelum & ſuperſtitioſum factum Judæ Macchabæi,* *libb. Mac-*
*qui pro mortuis ſacrificium offerri juſſit, 2. Machab. 12. Nam* *cab urgeri*
*præterquam quod ſuperſtitioſum eſt pro quibuscunq; mortuis* *ſolita ex-*
*orare, accedit etiam, quod iſti, pro quibus Judas orare juſſit, de-* *aminantur.*
*ceſſerant letali crimine obligati, pro qualibus non eſſe orandum*
*etiam Catholici docent. Sic autem eos deceſſiſſe patet: Nam,*
*ut ibidem dicitur*, inventa ſunt ſub veſtibus mortuorum
omnium quædam de donariis idolorum, contra prohi-
bitionem Domini, *quæ habetur Deuter. 7.* Ubi ſane can- *Bell. plane*
dorem in Cardinali merito deſideramus, quod Calvi- *pervertit*
no affingat, quæ ab ejus mente ſunt alieniſſima. Neq; *mentem*
enim ille l. c. ex eo, quod in Maccabæorum hiſtoria *Calvini.*
laudetur factum Maccabæi, pro mortuis ſacrificium
offerre jubentis, deducit ac infert, libros illos non eſſe
canonicos; ſed plane diverſa ratione, quia conſtat iſtos
libros non eſſe canonicos, concludit, argumentum,
quod inde ad purgatorium & ſacrificia pro defunctis
ſtabilienda petunt Pontificii, vix reſponſionem ali-
quam mereri. Scilicet, poſtquam unum atq; alterum
Scripturæ teſtimonium, pro purgatorio urgeri ſoli-
tum, examinaſſet Calvinus, ſubjungit: *Quod ex Ma-*
*chabæorum hiſtoria proferunt, reſponſione non dignabor, ne o-*
*pus illud videar in ſacrorum librorum catalogum referre.* Quia
vero objici poterat autoritas Auguſtini, hiſtoriam iſtam
pro canonica recipientis, mox ex hujus libro II contra
Gaudentium (quem locum num. II expendimus) de-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

monſtrat, quousq; ille receperit. Deinde provocat ad Hieronymum & Autorem Expoſitionis Symboli, ſimpliciter hos Maccabæorum libros e canone diſpungentes. Et tandem ipſum hiſtoriæ ejus autorem ſatis oſtendere ait, quantum ſibi deferendum ſit, quum veniam in fine precetur, ſi quid minus bene dixerit. Ad hunc modum procedit Calvinus: qui quomodo cum eo, quem ipſi Bellarminus tribuit, conveniat, nemo tam obtuſæ mentis eſt qui non intelligat. Nempe Bellarminus ei affingit hoc argumentum: Autor hiſtoriæ Maccabæorum laudat ſuperſtitioſum factum Judæ Maccabæi, qui pro mortuis ſacrificium offerre juſſit; ergo libri Maccabæorum non ſunt canonici; Calvinus autem ipſe ſic argumentatur: Libri Maccabæorum non ſunt canonici; ergo argumentum, quod inde pro purgatorio petunt Pontificii, nullius valoris eſt, nec dignum ad quod reſpondeatur. Ut ita Calvino id ſit antecedens, quod Bellarminus fingit ipſi eſſe conſequens ſeu concluſionem. Atque hoc eſt primum, quod circa argumentum Pontificiorum e Maccabæorm libris deſumptum monet Calvinus. Quo præmiſſo, pergit deinde oſtendere, ne ipſum quidem illud, quod de ſacrificio pro mortuis oblato in hiſtoria Maccabæorum annotatum extat, Pontificiorum de purgatorio dogma aliquid juvare. Verba ejus hæc ſunt: *Adde, quod non alio nomine laudatur Judæ pietas, niſi quia ſpem firmam de ultima reſurrectione habuerit, ubi oblationem miſit pro mortuis Hieroſolymam. Neq; enim ad pretium redemptionis trahit ſcriptor hiſtoriæ, quod ille egit, ſed ut conſortes æternæ vitæ eſſent cum reliquis fidelibus, qui pro patria & religione occubuerant. Superſtitione quidem & præpoſtero Zelo non caruit*

*ruit hoc factum, ſed plusquam fatui ſunt, qui ſacrificium legale ad nos usq; trahunt, quando adventu Chriſti ſcimus ceſſare quæ in uſu tunc fuerunt.* Ubi quidem ait Calvinus, factum Judæ, quod hiſtoriæ Maccabæorum ſcriptor laudat, ſuperſtitione & præpoſtero Zelo non caruiſſe; nequaquam vero inde concludit, hiſtoriam illam non eſſe canonicam: ſed potius, qualecunque tandem fuerit iſtud factum, nihil ex eo pro ſacrificiis in N. T. pro defunctis offerendis concludere licere. Unum præterea heic nota; ſcilicet rationem, quare factum Judæ ſuperſtitioſum fuerit, quam veluti ex citato Calvini loco depromptam affert Bellarminus, ibi plane non inveniri. Simulac enim Calvinus de iſto facto ſcripſerat quæ jamjam apponebamus, miſſo illo Maccabæorum loco, ad aliud teſtimonium conſiderandum pergit. Atq; ita patuit, argumentum, quod contra hiſtoriæ Maccabæorum autoritatem canonicam ex Calvino ſibi objicit Bellarminus, apud eundem non reperiri; & contra, argumentum, quod ibi reperitur, deſumptum videlicet ab autoritate Auguſtini, Hieronymi, Autoris Expoſitionis Symboli, quin a confeſſione ipſius hiſtoriæ ſcriptoris, a Bellarmino, heic quidem, ubi examinanda ſibi ſumpſerat quæ libro III Inſtitutionis Calvini, capite V, §. IIX, contra Maccabæorum libros diſputantur, nec verbo tangi.

*Bellarmini ſphalma mnemonicum.*

V. Poteramus ergo nunc ad alia tranſire, nec opus eſſet, ut circa reſponſionem Bellarmini ad argumentum, quod falſo Johanni Calvino abs eodem tribui oſtendimus, quicquam moneremus. Interim notamus obiter, quando Cardinalis tria ex Auguſtino loca citat, ubi ille ex libro II Maccab. cap. XII, 43. ſeqq. pro-



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

bet, pium eſſe orare pro mortuis, nempe Epiſt. LXI ad Dulcitium, libro I de moribus Eccleſiæ, cap. XXIII, & libro de cura pro mortuis cap. I, memoriam inſigniter ipſi impoſuiſſe. Etenim in duobus prioribus illis memoratis locis de facto Judæ Maccabæi ne γρῦ quidem habetur; ſed in primo de Raziæ αὐτοχειρίᾳ, ex II Maccab. XIV, in ſecundo de illa ſtupendæ fortitudinis feminæ martyre, ex II Macc. VII, agitur. Deinde & hoc monemus, ne quidem ex libro de cura pro mortuis probari poſſe, quod aſſeverat Cardinalis, *Auguſtinum, quia libros Machabæorum credat eſſe canonicos, inde colligere, bonum eſſe orare pro mortuis.* Nihil quippe ibi habetur aliud, quam hocipſum: *In Machabæorum libris legimus, oblatum pro mortuis ſacrificium. Sed etſi nusquam in* SCRIPTURIS VETERIBUS *omnino legeretur, non parva eſt univerſæ Eccleſiæ, quæ in hac conſuetudine claret, autoritas.* Ubi nulla mentio autoritatis canonicæ. Quod ſi forte Bellarminus inde, quod ex Maccabæorum libro teſtimonium heic petit Auguſtinus & probationem quandam in quæſtione de cura pro mortuis gerenda, liquere putat, habuiſſe eum hunc librum pro canonico, falſæ ipſum hypotheſi inniti, ex iis quæ ſupra capite IX, 2. dicta ſunt, abunde pateſcit. Ceterum quod ipſam quæſtionem & controverſiam de oratione ac ſacrificiis pro defunctis attinet, de illa operoſe disquirere non eſt præſentis loci. Id alio rejicientes itaq;, nunc in propoſito pergamus.

*Ex Auguſtini libro de cura pro mortuis probari nequit, ipſum habuiſſe libros Macc. pro canonicis.*

*Bell. reſponſio ad argumentum ab ipſius auto-*

VI. Objicit ſibi porro Bellarminus, non poſſe autorem hiſtoriæ Maccabæorum haberi canonicum, cum libro II, capite ultimo, veniam petat erratorum, capite item II dicat: *Et nobis quidem ipſis, qui hoc opus breviandi*

*andi cauſa ſuſcepimus, non facilem laborem, imo vero negoti-* *ris Macc.*
*um plenum vigiliarum & ſudoris aſſumpſimus.* Quibus ver- *confeſſione*
bis indicet, ſe humano more hunc librum compoſuiſſe: *deſumptum*
auctores enim vere ſacros non ingenio & labore ſuo,
ſed Spiritu ſancto revelante ſcripſiſſe. Reſpondet au-
tem Cardinalis, *DEUM quidem eſſe auctorem omnium divi-*
*narum Scripturarum, ſed aliter tamen adeſſe ſolitum Prophe-*
*tis, aliter aliis, præſertim Hiſtoricis. Nam Prophetis,* in-
quit, *revelabat futura, & ſimul aſſiſtebat, ne aliquid falſi ad-*
*miſcerent in ſcribendo, & ideo Prophetæ non alium habuerunt*
*laborem, quam ſcribendi vel dictandi: aliis autem ſcriptoribus*
DEUS *non ſemper revelabat ea quæ ſcripturi erant, ſed excita-*
*bat, ut ſcriberent ea, quæ viderant, vel audierant, quorum re-*
*cordabantur, & ſimul aſſiſtebat, ne falſi aliquid ſcriberent: quæ*
*aſſiſtentia non faciebat, ne laborarent in cogitando, & quæren-*
*do, quid & quomodo ſcripturi eſſent.* Pergit deinde: *Quod*
*autem ad veniam attinet, non petit veniam iſte auctor errato-*
*rum, quippe qui nulla eſſe ſciebat, ſed orationis minus politæ;*
*quemadmodam etiam B. Paulus ſe imperitum ſermone confite-*
*tur* 2. Cor. 11.

VII. Sed huic Bellarmini diſcurſui primo opponi- *Examen.*
mus diſcurſum illius *Doctoris Doctorum* (ſic ab ipſomet
Pontifice Clemente IIX eum fuiſſe appellatum, refert
Ad. Conzen lib. V Polit. cap. 1, & ex hoc Philippus Ale-
gambe in Bibliotheca ſcriptorum Soc. Jeſu) Gregorii *p. 167.*
de Valentia: qui, de omni in univerſum Scriptura ca-
nonica agens, Comment. in ſecundam ſecundæ, diſp.
1, quæſt. 1, puncto VII, § XLIII, *Cum,* inquit, *doctrinam* *Greg. de Va-*
*hanc Spiritu ſancto dictante eſſe à ſacris auctoribus exceptam* *lentia de*
*literisq; mandatam dicimus, non utcunq; ſignificare volumus* *θεοπνευ-*
*Spiritu ſancto dirigente ſacros auctores illam infallibiliter ſcri-* *ςία.*
*pſiſſe.*

*pſiſſe. Nam & Pontifices ſummi certam quandam Spiritus ſancti aſſiſtentiam habent, cum definiunt controverſias fidei, neq; tamen illorum definitiones, quantumvis ab ipſis conſcriptæ, Scripturæ ſacra ſunt aut eſſe dicuntur, ſicut nunc quidem loquimur de Scriptura ſacra. Auctores igitur Canonicos ſcribere Spiritu ſancto dictante, ob eam rem proprie dicimus, quoniam in doctrina ſcripto tradenda ſic illorum opera Spiritus ſanctus utitur, ut in eo quidem negotio non tam illi agant, quam agantur à Spiritu ſancto, plane inſtar calami, cum uſurpatur à ſcriptore. ——— Porro ſacrum ſcriptorem agi potius à Spiritu ſancto quam agere, aſſerimus; primo propter* FACILITATEM, *qua is, Spiritu ſancto docente ac dirigente, cognoſcit ac ſcribit omnia etiam minutiſſima veriſſime: cum tamen Pontifex, ut recte, hoc eſt, ſine culpa definiat, ſtudio ac diligentia majore opus habeat, nec etiam omnia ſint certa ac infallibilia, quæ obiter ille inter definiendum aſſerit. ——— Deinde ob eam cauſam quoq; ſcriptorem ſacrum agi potius a Spiritu ſancto aſſerimus, quia, etſi ſponte quidem ſcribat, at ſcribit tamen omnino neceſſario, ita ut (Spiritu ſancto ſic efficaciter volente) minime in ipſius arbitrio ſit poſitum, aut non ſcribere, aut* ALIO MODO, ALIIS VERBIS *ſcribere: cum tamen ſummus Pontifex (quod ad eas quidem attinet definitionis circumſtantias) arbitrio ſuo libero in definiendo utatur.* Gemina legas apud eundem libro IIX Analyſ. fidei cap. V.

*c Sriptoribus θεοπνεύστοις illa etiam, quæ jam ante ipſis erant nota, divinitus fuere inſpirata.*

IIX. Et ſane, quantumvis certum ſit, multa a ſcriptoribus ſacris in literas fuiſſe relata, quæ ut ſupernaturaliter a DEO ipſis revelarentur, quantum quidem ad res ipſas attinebat, nil erat opus, cum ſatis nota iis eſſent, vel ex lumine naturæ, vel ex oculari inſpectione & propria experientia, vel ex aliorum relatione, vel etiam (uti cumprimis Prophetis) ex viſione; nihil-

nihilominus tamen & hæc ipſa divinitus illis inſpirata
ſunt, quando literis debuerunt conſignari: ſiquidem
autores illi θεόπνευστοι in concinnanda Scriptura ſacra
habuerunt ſe tanquam amanuenſes, quibus non eſt
integrum quidquam, niſi quod ad calamum ipſis di-
ctatur, literis mandare; ſive illa, quæ ex alterius ore
excipiunt, jam ante iis nota fuerint, ſive minus. Atque
hoc alibi, libro nempe II de Conciliis cap. XII, agnoſcit *Confeſſio*
Bellarminus ipſemet, dum diſerte ait, DEUM illa etiam *ipſius* Bellar-
ſcriptoribus ſacris *immediate inſpiraſſe*, quæ viderant vel *mini.*
audierant; & mox addit: *Ut dicitur verè epiſtola Prin-*
*cipis, quæ à Principe dictatur, etiamſi is, qui eam ſcripſit, an-*
*tea ſciebat, quæ ſcripturus erat: ita dicitur & eſt immediatum*
*DEI verbum, quod ſcriptum eſt ab Evangeliſtis DEO inſpirante*
*& dirigente, licet ſcripſerint ea, quæ viderant vel audierant.*
Sic ibi Bellarminus; qui & paulo poſt inter ſcriptores
θεοπνεύστους & Patres in Concilio aliquo congregatos di-
ſcrimen aſſignaturus, *Scriptores ſacri*, ait, *non debuerunt*
*multum laborare in ſuis libris edendis: ſatis enim erat, ſi labo-*
*rarent ſcribendo, vel dictando, ſi edebant vaticinia; vel ad*
*ſummum revocando ad memoriam, quæ viderant, vel audie-*
*rant, & cogitarent verba, quibus ea ſcriberent, ſi ſcribebant*
*hiſtorias, vel epiſtolas, vel aliquid ſimile. At Patres in Con-*
*ciliis debent rem ipſam quærere, id eſt, concluſiones inveſtiga-*
*re, diſputando, legendo, cogitando. Unde Actor. 15. legi-*
*mus, in primo Concilio magnam conquiſitionem fuiſſe factam.*
*Idem teſtatur de Nicæno Concilio Ruffinus lib. 10. c. 5. hiſt. Eccle-*
*ſiaſticæ. Quocirca Act. 15 dicunt Patres Concilii: VISUM*
*EST SPIRITUI SANCTO, ET NOBIS, id eſt, Spiritu ſancto*
*noſtram induſtriam & diligentiam adjuvante. At ſcriptores ſa-*
*cri ſoli DEO tribuunt quæ ſcribunt, ac propterea tam ſæpe repete-*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*bant Propheta illud:* *DICIT DOMINUS.* Ex quibus verbis ita argumentamur:

Qui autor MULTUM LABORAVIT in ſuis libris edendis; & non tantum opus habuit cogitare verba, quibus eos ſcriberet, ſed inſuper REM IPSAM QUÆRERE & COGITARE; qui denique non SOLI DEO tribuit ea quæ ſcribit; ille non eſt ſcriptor θεόπνευςος,

Jam vero autor hiſtoriæ Maccabæorum eſt talis, E.

Major ex jamjam citatis Bellarmini verbis manifeſtiſſima. Minor æque eſt evidens ex ipſomet hiſtoriæ autore; ut qui conceptis fatetur verbis, ſe, dum ſuum iſthunc librum edere ſit aggreſſus, NON FACILEM LABOREM, imo vero NEGOTIUM PLENUM VIGILIARUM ET SUDORIS aſſumpſiſſe: fatetur, ſibi non tantum cogitandum fuiſſe de verbis, ſed inſuper *remꝗ ipſam quærendam*, quando videlicet ſua illa tam oneroſa induſtria & diligentia, quæ quinque libris tractaſſet Jaſon Cyrenæus, in epitomen ſe redegiſſe ait; denique *non ſoli DEO tribuit ea quæ ſcribit*, quandoquidem, ſub libri epilogum, dubitat, an *bene* ſcripſerit, *& ut hiſtoriæ competit*, an vero *minus digne*: petitque *SIBI concedi* ſeu ignoſci, ſicubi minus digne ſcripſerit; (in Græco eſt: εἰ δὲ εὐτελῶς καὶ μετρίως, τοῦτο ἐφικτὸν ἦν μοι, *quod ſi exiliter tenuiterq; præſtiti, tantum eſt, quantum potui pertingere*) qualia utique non ſine blaſphemia protuliſſet, ſi ſoli DEO, quæ ſcripſerat, tribuenda credidiſſet.

IX. Atque ita patuit, fruſtra omnino eſſe Bellarminum, & ſecum pugnare ipſo, quando ad argumentum, quod ex II Maccab. II adverſus canonicam ejus voluminis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

luminis autoritatem Proteſtantes petere ſolent, re-
ſpondere conatur. Imo eadem quoque opera ſatisfa-
ctum eſt illis, quæ præterea Cardinalis movebat, ut
non opus ſit peculiariter aliquid circa ea monere. Nam
quod ait, autorem Maccabæorum non petere veniam
*erratorum*, (neq; id dixerat Calvinus, ex quo hoc obji-
cit Bellarminus; ſed verba ejus in Antidoto Concilii
Tridentini ita habent: *Quisquis Machabæorum ſcripſit*
*hiſtoriam, in fine optat, ut ſi bene & congruenter ſcripſerit: ſin*
*minus, veniam deprecatur*) ſed *orationis minus politæ*, cau-
ſam ipſius parum juvat. Manet quippe nihilominus,
ſcriptorem illum non poſſe eſſe θεόπνευστον, cum, qui hu-
jusmodi ſunt, ſatis ſciant, ſe in conſignandis ſuis ſcri-
ptis per ſpecialem Spiritus ſancti gratiam & aſſiſtentiam
ſic gubernari, ut non tantum in reipſa non labantur,
ſed & verbis ſtyloque idoneo omnia exprimant. Quod
niſi ita, quî ſibi conſtiturum eſſet, quod libro II de Con-
ciliis cap. XII affirmat noſter Cardinalis, *in Scriptura non*
*ſolum ſententias, ſed etiam* VERBA OMNIA ET SINGULA *ad*
*fidem pertinere?* S. Paulus quid velit, quando ſe vocat *Paulus quomodo*
ἰδιώτην τῷ λόγῳ, II Cor. XI, 6. omnium optime exponit ἰδιώτης τῷ
ipſemet I Cor. II, 13. dũ videlicet proteſtatur, ſe τὰ πνευμα- λόγῳ
τικὰ loqui, *non ſermonibus quos docet humana ſapientia, ſed* 2. Cor. II, 6.
*ſed quos docet* (ſuppeditat, ſuggerit) *Spiritus ſanctus*; hoc
eſt, ſe fucos & lenocinia verborum, aut blanditias ſer-
monis, (in quibus videlicet omne eloquentiæ momen-
tum ponebant, ad quorum opinionem heic Apoſto-
lum loqui, Aquinas, Lyranus, Catharinus, aliique ob-
ſervant, pſeudapoſtoli) nõ affectare, ſed propriis, & ad
id, de quo agitur, accommodatis vocabulis ac formu-
lis uti, ſicque in tradendis fidei myſteriis non huma-

 nam,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

nam, ſed divinam eloquentiam uſurpare. Num vero ullibi dubitavit Paulus, an ita loqueretur vel ſcriberet, ut Theologiæ ſeu doctrinæ fidei competit; quemadmodum ſane dubitat autor Maccabæorum, an ſcripſerit *ut hiſtoriæ competit*? Sed ad alia nunc progrediamur.

*Bell. reſponſio ad Proteſtantium argumentũ ex 2 Macc. 1.*

X. Objicit ſibi Bellarminus amplius, quod II Maccab. I dicatur: *Cum in Perſidem captivi ducerentur patres noſtri*; certum vero ſit, non in Perſidem, ſed in Babyloniam, abductos fuiſſe Judæos. Reſpondet autem, auctorem hujus libri *Perſidem* vocare, non ſolum eam regionem quæ proprie ita dicitur, ſed etiam alias finitimas: id quod patere ait ex I Maccab. VI, ubi nuncius, qui venit in Babylonem ad Antiochum, dicatur veniſſe ad eum in Perſidem. Addit, iſtum loquendi modum etiam ab aliis ſcriptoribus alienum non eſſe; cum Chryſoſtomus homil. VI in Matthæum dicat, Judæos ex captivitate Perſica liberatos.

*Examen.*

Sed vix apparet veroſimile, ſi a ſcriptore θεοπνεύςῳ editus eſſet ille liber, ejus ſtylum tam longe receſſurum a ceterorum ſacrorum ſcriptorum ſtylo, ut, cum alibi in Scriptura canonica Spiritus ſanctus nuſpiam Judæos dicat abductos fuiſſe in Perſidem, ſed ſemper in Babyloniam, in ſolis Maccabæorum libris aliter loqui voluerit. Quanquam locus ille alter ex priori Maccabæorum libro male adducitur abs Bellarmino. Neque enim ibi dicitur nuncius veniſſe Babylonem; ſed verba ſic habent: *Antiochus fugit inde* (e Perſide) *& abiit in triſtitia magna, & reverſus eſt in Babylonem. Et venit qui nunciaret in Perſidem, quia fugata ſunt caſtra quæ erant in terra Juda.* Græcus textus ita; ἔφυγε καὶ ἀπῆρεν ἐκεῖθεν μετὰ λύπης μεγάλης, ἀποςρέψαι

εἰς Βαβυλῶνα, *fugit & profectus eſt illinc cum triſtitia magna,*
*UT REVERTERETUR in Babylonem.* Ubi quis non videt,
ſenſum eſſe, cum Antiochus iter ingreſſus eſſet ut re-
diret Babylonem, perveniſſe ad eum, puta, quando
in itinere adhuc erat, Perſidisque limites nondum
egreſſus, nuncium. Verba igitur Latina: *reverſus eſt in Ba-*
*bylonem*, ſicubi Græco reſpondere debent, non verten-
da ſunt: er kam zu Babylon wieder an; ſed (uti rectiſ-
ſime noſter transfert Lutherus) er kehret ümb gegen
Babylon. Chryſoſtomus ſi vel maxime, dum Judæos
liberatos fuiſſe dicit captivitate Perſica, ad celebrem
illam captivitatem Babylonicam reſpiceret, nihil ta-
men id ad ſtylum Scripturæ. Verum ſi recte expen- *Chryſoſto-*
datur contextus, nondum ſatis liquidum eſſe videtur, *mus an Baby-*
an ſermo ibidem ſit magno illi Doctori de captivitate *loniam vo-*
Babylonica. Supponens quippe ille, Magos, qui, ut *cet Perſiam.*
recens natum Judæorum Regem adorarent, Jeroſoly-
mam veniſſe dicuntur ex oriente, Matth. II, 1. adveniſſe
ex Perſia, Judæos ait advertere debuiſſe, quantum ſibi
acceſſiſſet dignitatis ex tanti Regis nativitate, *qui Per-*
*ſarum ad ſe regionem ortu ſuo triumphante traxiſſet:* ſed illos
ne ſic quidem mutatos eſſe in melius, *cum paulo ante*
*captivitate fuiſſent Perſica liberati.* Ubi ſi intelligi debeat
captivitas Babylonica, qua veritate dicuntur inde Ju-
dæi fuiſſe liberati *paulo ante* nativitatem Chriſti, cum ſa-
ne inter Salvatoris incarnationem & tempora Cyri, Ju-
dæorum ex Babylonica captivitate liberatoris, anni
interceſſerint plures quam quingenti? Et præterea,
quod *Perſiæ* vocem in genuino ſuo proprioq; ſignificatu
heic uſurpet Chryſoſtomus, inde videtur ſvaderi poſ-
ſe, quod de iſta loquitur Perſia, ex qua veniſſe arbitra-

tur Magos Chriſti adoratores: per quam quidem non aliam niſi illam proprie ſic dictam Perſiam intelligere poteſt; cum ea ſola reſpectu Palæſtinæ, &, quæ hujus metropolis, Jeroſolymæ, ad orientem (unde videlicet Magi adventaſſe dicuntur) ſita ſit. Ceterum quamnam captivitatem Perſicam heic intelligat Chryſoſtomus, ſi non illam Babylonicam, de eo nos in præſentia non magnopere laboramus; quibus ſufficit oſtendiſſe, locum, quem pro ſua opinione adducit Bellarminus, non ita eſſe clarum, uti quidem ipſe putat. Quanquam ſane, multa Judæos poſt libertatem a Cyro conceſſam paſſos a Perſis, ex hiſtoria notum.

*Argumentum Proteſtantium ex 2. Macc. 2. abs Bell. propoſitum.*

XI. Ulterius ſibi Bellarminus objicit, quod II Macc. II dicatur Hieremias, cum ſpoliaretur & incenderetur Hieruſalem & templum a Chaldæis, abſcondiſſe tabernaculum & arcam fœderis in ſpelunca quadam montis Nebo, & dixiſſe, locum illum fore occultum, donec Deus iterum congregaret populum ſuum. Ubi duo mendacia contineantur: unum, quod Hieremias illud fecerit; qui tamen nec ante nec poſt urbem a Chaldæis captam id præſtare potuerit: non ante, quia tunc ſemper fuerit in carcere, & inviſus pene omnibus Hieruſalem, Jer. XXXVII & XXXIIX, ut ita nec per ſe, nec per alios, potuerit id efficere: non poſt, ſiquidem tunc Chaldæi omnia diripuerint, IV Regg. ult. atq; ita non remanſerit aliquid, quod Hieremias poſſet abſcondere: alterum, quod iterum revertentes a captivitate, eſſent arcam & tabernaculum habituri: neq; enim unquam eam poſtea ipſos habuiſſe. Ad hunc modum argumentum illud noſtrum proponit Bellarminus. Qui ſi veritati manus heic dare voluiſſet ac potuiſſet, non

minus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

minus ob Judaicum iſtud de abſcondita ſuoq; tempore reſtituenda federis arca commentum poſteriorem Maccabæorum librum a canone ſequeſtraſſet, quam ob ſimilia Rabbinorum Talmudiſtarum ſomnia infra capite XX librum IV Eſdræ rejicit. Neque enim ullibi apud Prophetam Jeremiam (quod tamen libenter perſuaderet autor hiſtoriæ Maccabæorum) ſed apud Rabbinos legas, quæ II Maccab. II, 1. ſeqq. de arca narrantur. Sic R. Juda in Gemara ad tit. Talmudicum Joma, cap. V, aſſeverat, arcam cum reliquis vaſis nequaquam abreptam fuiſſe, ſed de induſtria ante templi excidium occultatam. Similiter R. Abarbenel Comment. in Danielem, pag. 64. confidenter ſatis, *Nos novimus*, inquit, *arcam cum reliquis vaſis, quæ Rex Babylonis abſtulit, non fuiſſe abductam.* Etſi de eo non ſatis inter illos Magiſtros convenit, cujus auſpiciis arca fuerit abſcondita. Nam modo citatus Abarbenel, Comment. in 1 Regg. IIX, juxta traditionem Doctorum ſuorum Regem Joſiam id feciſſe ait. Idem aſſeritur in Jalkut, parte II, fol. 162. ubi etiam cauſa aſſignatur, quamobrem arcam & reliqua vaſa abſcondere voluerit Joſias, quia videlicet ſcriptum invenerit, Deuter. puta XXIIX, 36. *abducet te & Regem tuum*: quin provocatur quoque ad verba II Paral. XXXV, 3. quem poſteriorem locum non minus de arcæ occultatione interpretatur celeberrimus ille R. Moſes ben Maimon (cui alioqui hoc elogium impertitur P. Cunæus lib. I de Republ. Hebræorum cap. II, quod *fato quodam & ſorte naſcendi primus ſolusq; in illa gente recte intellexerit, quid ſit, non ineptire*) tomo III, operis Jad, Hilkot Beth Habechira, cap. IV, §. I; ubi etiam addit, Salomonem, quando ædificaret templum, minime ignarum,

*De arca abſcondita Rabbinorum commenta.*

ignarum, aliquando id deſtructum iri, peculiarem exſtruxiſſe locum ad abſcondendam arcam infra in profunda & tortuoſa ſpecu: atq; in iſtam poſtmodum, juſſu Joſiæ, arcam fuiſſe repoſitam. Subſcribit inſuper jam memoratæ verborum II Paral. XXXV explicationi R. Abarbenel, loco paulo ante citato. Quanquam non probetur illa R. Davidi Kimchi, nec etiam (qui Talmudiſtis alioqui addictiſſimus) R. Salomoni; uti ex eorum in ſæpe laudatum locum commentariis pateſcit. R, vero Gorionides cum autore libri II Maccabæorum arcæ occultationem Prophetæ Jeremiæ tribuit, & cetera quoq; cum ſcriptore iſto egregie conſpirat. Sic nimirum ſcribit libro I, cap. III: *Et fuit ſuper altari ignis ſubinde usq; ad alteram captivitatem: ſed arca non erat ibi, quippe quam Jeremias Propheta, ſuper quem ſit pax, cum omnibus tentoriis, quæ fecerat Moſes in deſerto, in montem Nebo tulerat. Ibi inventa eſt ſpelunca, in quam abdidit arcam. Cum vero Sacerdotes id temporis viventes Jeremiam ſequerentur, ut viderent, quid arca & tentoriis eſſet futurum, & locum obſervarent; Jeremias reſpexit, iisq; viſis ſuccenſuit, & juravit dicendo: vivit Dominus, non innoteſcet hic locus ulli illorum, donec veniat Elias, ſervus Domini, diebus poſterioribus. Ille arcam in locum ſuum in ſanctum ſanctorum ſub alas Cherubim referet.* Sed miſſis iſtis Rabbinorum fabulis, quid Bellarminus ad ſupra propoſitum argumentum reſpondere conetur, videamus.

*Bell. reſponſio ad propoſiti argumenti membrum I.*

XII. Quantum ergo ad prius objectionis illius membrum attinet, quod nimirum Jeremias nec ante nec poſt urbem Jeruſalem a Chaldæis captam, arcam potuerit abſcondere, reſpondet, *potuiſſe illud optimè fieri, & ante ſpoliationem urbis & templi (ut Epiphanius ſentit*

*in vita*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*in vita Hieremiæ*) *& etiam poſtea, ut alii volunt. Ante qui-*
*dem, non tempore Sedeciæ, ſed Joachin. Ter enim,* inquit,
*Nabuchodonoſor venit in Judæam, & abduxit inde captivum*
*Regem & populum: primùm tempore Joachim, ut habetur 2.*
*Paralip. ultimo; ſecundò tempore Joachin, ut habetur 4. Reg.*
*24. & tertiò tempore Sedechiæ, 4. Reg. 25. Tametſi autem tem-*
*pore Sedechiæ Hieremias fuerit fere ſemper in carcere, & omni-*
*bus inviſus, tamen tempore Joachin liber erat, & magnæ au-*
*ctoritatis, ita ut credibile ſit, ad ejus perſvaſionem Joachin*
*ſponte ſe tradidiſſe Regi Babylonis. Conſtat enim, Hieremi-*
*am hoc ſvaviſſe, Hierem. 27. & ſimul conſtat, Joachin id fe-*
*ciſſe, Hieremiæ 29. Potuit igitur Rege conſentiente arcam & ta-*
*bernaculum aſportare, potuit etiam, poſteaquam civitas capta*
*eſt. Nam Hieremias à Nabuchodonoſor maximi fiebat, ut pa-*
*tet Hier. 39. Non fuiſſe autem à militibus, diripientibus urbem*
*Hieroſolymam, ablatam arcam aut tabernaculum, ſatis patet*
*ex Hier. 52. ubi enumerantur omnia, quæ ex templo Domini Chal-*
*dæi abſtulerunt, usq; ad phialas & mortariola, & arcæ ac ta-*
*bernaculi nulla mentio fit.* Ita Bellarminus. Ad cujus diſ- *Liber de vitis Prophetarum non eſt Epiphanii.*
curſum initio notamus, quod ad librum de vitis Pro-
phetarum in hac controverſia ita provocet, ac ſi is ge-
nuinus Epiphanii eſſet partus; *quem tamen* ψευδεπίγρα-
φον *eſſe, ſexcentæ mendaciorum nugæ perſvadent, quibus ille*
*refertus eſt*; veluti in præfatione tomi II Epiphanii inge-
nue fatetur ipſe Jeſuita Petavius. Quantæ, obſecro,
nugæ, quod in ipſa illa Jeremiæ vita, quam heic citat
Bellarminus, ille pſeudo-Epiphanius, ex mente quaſi
& ore Jeremiæ, ſcribit: *In reſurrectione primum reſur-*
*get arca, & prodibit e ſaxo* (a quo nimirum Jeremias ab-
ſorberi eam curaverat) *inq; Sina monte locabitur; & omnes*
*ſancti ad eam confluent.* Nempe juxta effatum Apoſtoli

 1 Theſſal.

1 Theſſal. IV, 16. 17. Et quis ille *mons*, in quo Moſen jacere ſepultum ibidem Epiphanius iſte memorat? num forte *vallis* terræ Moab, de qua Deuter. XXXIV, 6.? Sed ad ipſum Bellarmini diſcurſum conſiderandum propius accedamus.

*Examen reſponſionis Bellarmin.*

XIII. Ait ille primo, Jeremiam tempore Joachin ſeu Jechoniæ liberum fuiſſe & magnæ autoritatis; potuiſſe ergo eum Rege conſentiente arcam & tabernaculum aſportare atque abſcondere. Sed unde probabit Cardinalis, fuiſſe Jeremiam adeo magnæ autoritatis ſub Jechonia? Nam quod credibile dicit eſſe, ad ejus perſvaſionem Joachimum ſponte ſe tradidiſſe Regi Babylonis, mera conjectura eſt, (neq; enim ex citatis ab ipſo locis, Jerem. XXVII & XXIX ulla id ratione poteſt evinci) cui nos opponimus conjecturam aliam; videlicet, cum Jeremias tam exoſus fuerit Joakimo, minime eſſe probabile, eum tantæ fuiſſe autoritatis apud Jechoniam, quippe quem patris Joakimi veſtigia preſſiſſe, & feciſſe quæ mala erant in oculis Domini, ex II Regg. XXIV, 9 & II Chron. XXXVI, 9. novimus. At eſto, æſtimaverit Jeremiam Jechonias, & tanti quidem, ut ipſo conſentiente arcam potuiſſet & tabernaculum abſcondere, nondum per id ſublata eſt objecta difficultas. Si enim vel maxime per Regem id licuiſſet Prophetæ, num conſenſuri fuiſſent Sacerdotes? Certe quando Rex Ozias ingredi vellet in templum, ut adoleret ſuper altare ſuffitus, obſtiterunt ei Sacerdotes, dicentes: *Non eſt tuum, o Ozia, adolere Jhovæ, ſed Sacerdotum filiorum Aaronis, qui conſecrati ſunt ad adolendum*; atque ita e ſanctuario exire ipſum juſſerunt, II Chron. XXVI, 16. ſeqq. Quis ergo credet, paſſuros fuiſſe Sacer-

dotes

dotes ac Levitas, ut Jechonias, vel, hujus juſſu aut permiſſu Jeremias (quem tanto odio proſequebantur) non ſolùm ſanctuarium ingrederetur, ſed & inde aſportaret arcam aramq; thymiamatis, in qua ex lege Moſis oportebat quotidie adoleri incenſum?

XIV. Deinde ſcribit Bellarminus, potuiſſe etiam Jeremiam abſcondere arcam & tabernaculum, poſteaquam civitas eſſet capta, cum ex Jerem. XXXIX conſtet, eum maximi fuiſſe factum a Nabuchodonoſor. Sed & hæc conjectura parum habet momenti. De Jeremia quid factum fuerit, poſtquam expugnata eſſet Jeruſalem, continua narratione proſequitur ipſe Propheta cap. XXXIX & XL. Nempe præcepit Nabuchodonoſor Nabuzaradano, Præfecto militum, daret operam, ne quo Jeremias malo afficeretur. Factum tamen nihilominus eſt, neſcio quo caſu, ut in vincula conjiceretur Propheta; donec tandem Præfectus ſatellitum liberam ei faceret poteſtatem abeundi quocunq; vellet, datoq; viatico & munere eum dimitteret. Qui poſtquam ad Gedaliam, Judæorum Præfectum, Mizpam eſt reverſus, inde poſtea, occiſo Gedalia, abductus eſt in Ægyptum. Nihil ibi de arca & ara ſuffitus ipſi tradita, nihil de his in montem Nebo abs Jeremia deportatis. Nec ullibi dicit Propheta, ſe in conſpectum veniſſe Regis, ut ab eo quidquam poſſet aut petere aut obtinere. Imo ne quidem venit Jeroſolymam Rex ipſe: quin ad eum Zedekias adductus eſt Riblam, Jer. XXXIX, 5.

XV. Sed pergit Bellarminus: *Non fuiſſe à militibus, diripientibus urbem Hieroſolymam, ablatam arcam aut tabernaculum, ſatis patet ex Hier. 52. ubi enumerantur omnia, quæ ex templo Domini Chaldæi abſtulerunt, usq; ad phialas & mortario-*

*An arca & tabernaculum fuerint aſportata abs Chaldæis.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*tariola, & arca ac tabernaculi nulla mentio fit.* Quibus quidem, ni fallor, in occurſum ire vult illorum argumento, qui ex hoc, quod arca & tabernaculum ſint a militibus ablata, falſum eſſe concludunt, fuiſſe occultata abs Jeremia. Utut autem perinde ſit, ſive tabernaculum & altare una cum aliis Babylonem abducta dicamus tempore Zedekiæ, ſive tempore Joakimi, aut Jechoniæ, (nam & tunc vaſa quædam ac inſtrumenta domus Dei aſportata fuiſſe ex II Chron. XXXVI, 7. & 10. conſtat) ſive etiam una cum templo incenſa & combuſta, Bellarmini tamen ratio infirmior eſt, quam ut primum illud factum haud eſſe perſvadere valeat. Nempe argumentum ejus hoc eſt: Non fit mentio arcæ & tabernaculi Jer. LII, ubi tamen enumerantur reliqua omnia usque ad res minutiſſimas; ergo arca & tabernaculum cum ceteris iſtis aſportata non ſunt. Ubi quis non videt conſequentiam eſſe nullam? Quod ſi enim non niſi illa ablata ſunt, quæ ibi commemorantur, ablata quoque non erit menſa illa auro puro obducta, aureoque limbo ornata, cui imponebantur panes propoſitionis, Exod. XXV, 23. ſeqq. ablatum non erit ſacrum pectorale juris, non ex auro tantum, ſed gemmis etiam pretioſiſſimis confectum; non erit ablatum item amiculum ex auro confectum, non pallium amiculi aureis ornatum tintinnabulis, nec bractea aurea, cui inſculpta erat *ſanctitas Ihovæ;* quæ recenſentur Exodi XXIIX: horum, inquam, nihil, ſi quidem Bellarminiana conſtare ſibi debet conſequentia, erit aſportatum, cum eorum nullum commemoretur Jerem. LII. Idemque dicendum erit de altari aureo, aureaque menſa, & aliis nonnullis rebus pretioſiſſimis,

quæ

quæ a Salomone ſcribuntur fabrefactæ I Regg. VII: nam nec horum ulla apud Jeremiam ibidem mentio. Scilicet enumerantur apud Prophetam minutiora, non expreſſis nominatim majoribus, quippe quæ multo magis fuiſſe ablata, ex conſequenti facile erat colligere. Eccui enim appareat veriſimile, qui viliora abſtulerunt, eos præſtantiora prætermiſſuros? Et tantum de priori membro objectionis ſupra num. XI ex Bellarmino propoſitæ.

*Reſponſio Bell ad alterum membrum argumenti ſupra propoſiti.*

XVI. Alterum membrum erat, quod II Maccab. II Jeremias ſcribatur dixiſſe, locum illum, ubi tabernaculum & arcã federis abſcondiſſet, fore occultum, donec DEus iterum congregaret populum ſuum, id verum eſſe non poſſe, cum nunquam tabernaculum & arcam habuerint Judæi ex captivitate reverſi. Reſpondet autem Cardinalis, non fuiſſe Jeremiam locutum *de illa congregatione, quæ fuit tempore Cyri; ſed vel de tempore noviſſimo, quod proximè diem judicii præcedet, vel myſticè intelligendum eſſe, arcam apparituram, i.e. Chriſtum in carne venturum in nova populi congregatione.*

*Examen.*

Verum, ut taceamus, omnes textus circumſtantias clamare, congregationem, de qua libri autor loquitur, eam eſſe quæ facta eſt ante Chriſtum paſſum; quod dicitur arca rurſum invenienda tempore noviſſimo proximeque diem judicii anteceſſuro, nonne commentum eſt, illi exacte reſpondens, quod legitur apud R. Gorionidem loco num. XI citato: *Jeremias juravit, dicendo: vivit Dominus, non innoteſcet hic locus ulli illorum, donec veniat Elias, ſervus Domini, diebus poſterioribus. Ille arcam in locum ſuum in ſanctum ſanctorum ſub alas Cherubim referet;* aut iſti, quod eſt apud Abarbenelem in I Regg. IIX: *Juxta traditionem*



*Dd. no-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Dd. noſtrorum Joſias Rex arcam abſcondidit tempore deſolationis domus ſanctitatis noſtræ, & decoris noſtri; quæ iterum revelabitur, ubi Meſſias noſter apparuerit.* Et quorſum, obſecro, aut cui uſui arca in die judicii? *Id fiet*, inquit Gretſerus, *non ut Judaiſmus reſtauretur, ſed ut Judæi, arca viſa, & Jeremiæ prophetia completa, magis ad veriſſimam arcam* CHRISTUM *Dominum, & veriſſimum tabernaculum,* ECCLESIAM CATHOLICAM, *adducantur, invitantibus Enoch & Elia.* Sed figmento figmentũ cumulat, & ſua iſthac reſponſione nihil aliud efficit, quam ut veritatem invictã, illam vero Jeremiæ prophetiam confictam eſſe, magis magisq; demonſtret. Altera Bellarmini reſponſio, quod myſtice intelligendum ſit, arcam apparituram, ut nimirum hoc ipſo innuatur, Chriſtum in carne venturum in nova populi congregatione; nihilo melior eſt. Neque enim Jeremiam in vaticinio, quod illi autor libri Maccabæorum tribuit, de eo agere quod per arcam ſignificabatur, ſed de arca ipſa, textus omnesq; ejus circumſtantiæ docent manifeſtiſſime.

*Gretſeri commentum col. 276.*

XVII. Ulterius ſibi opponit Cardinalis, quod 1 Maccab. IIX Romani dicantur ſingulis annis committere uni homini magiſtratum ſuum, & omnes uni obedire; cum tamen duo Conſules eo tempore fuerint creati. Reſpondet autem, *unius tantum Conſulis mentionem fieri, quia in more apud Romanos poſitum erat, ut alternis diebus Conſules imperarent. Cujus rei*, inquit, *teſtis eſſe poteſt infœlix exitus pugnæ Cannenſis; cujus cauſa temeritas fuit alterius Conſulis, penes quem eo die imperium erat. Itaq; licet duo Conſules eſſent, uni tamen commiſſa eſſe reſpublica videbatur. Itaq; inſtitutum eſt ab ipſo primo exortu Conſularis dignitatis, ne videlicet (ut ait Livius lib. 2.) ſi duo ſimul Conſules imperarent,*

*Reſponſio Bell. ad locum ex 1. Macc. 8.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*rent, Regibus exactis, non remotus, ſed duplicatus terror videretur.*

XIIX. Verumenimvero, quod tam confidenter Bellarminus aſſeverat, fuiſſe ſcilicet apud Romanos in more poſitum, ut alternis diebus Coſs. imperarent, id ſane ab antiquitate manifeſto refellitur; quippe quæ teſtatur, ita, Conſulum tempore, penes duos fuiſſe poteſtatem, ut alter alteri potuerit obſiſtere, ſi forte injuriam civium cuiquam eſſet illaturus. Id inprimis conſtat ex illo Ciceronis, Oratione poſt reditum in Senatum: *Audieram ex ſapientiſſimo homine atq; optimo cive & viro, Qv. Catulo, non ſæpe unum Conſulem improbum, duos vero nunquam, excepto illo Cinnano tempore, fuiſſe. Quare meam cauſam ſemper fore firmiſſimam dicere ſolebat, dum vel unus in republica eſſet Conſul.* Innuit nimirum Catulus, etiamſi voluiſſet alter Conſulum injuriam inferre Tullio, potuiſſe tamen illum abs Collega coerceri. Quod utique inepte fuiſſet dictum, ſi alternis diebus Coſs. imperaſſent: tum enim quisq; ſuo die inferre injuriam Ciceroni potuiſſet. Pertinet quoque huc illud Saluſtii in Catilina: *Ubi Regium imperium, quod initio conſervandæ libertatis atq; augendæ reipubl. fuerat, in ſuperbiam dominationemq; convertit, immutato more, annua imperia, binos Imperatores, ſibi fecere. Eo modo minime poſſe putabant* PER LICENTIAM *inſoleſcere animum humanum.* Etenim ſi alternis diebus tota poteſtas fuiſſet apud unum Conſulem, non ſane ſublatum fuiſſet periculum, quod Regii imperii tempore metuebatur, nec apta imperantis licentiæ frena fuiſſent injecta, cum, ſaltim iis diebus quibus ſumma rerum eſſet penes ipſum, æque pro lubitu agere potuiſſet Conſul, atque olim Rex. Adde

*Examen. An apud Romanos in more poſitum, ut Coſs. alternis diebus imperarent.*

amplius, quæ leguntur apud Dionyſium Halicarnaſſeum, Antiqv. Roman. libro IV; ubi cauſa, quamobrem, exactis Regibus, ſupremam poteſtatem duobus committere viſum ſit, hæc ipſa affertur, quod eo pacto, diviſa nempe poteſtate bifariam, ambobus eandem vim obtinentibus, futurum eſſet, ut alter alterum revereretur, & viciſſim revocaret a licentia. Atque hæc ita ſe habere, ipſimet Pontificii ſcriptores alias non diffitentur. In his Jacobus Pontanus, Jeſuita eruditus, libro IV Progymnaſmatum, prog. XVI, ubi quæſiviſſet: *Quæ cauſſa, cur duo* Conſules *crearentur?* *Juſtiſſima cauſſa*, reſpondet, *ut, ſi alter ſuperbius ageret, à Collega, cujus par poteſtas, cohiberetur*. Confer etiam Onufrium, Commentar. in Faſtos Conſul. libro I. Præterea cumprimis huc facit, quod Appianus libro II de bello civili teſtatur, ne Senatum quidem licuiſſe habere, niſi autore utroque Conſule. Ob quam cauſam, cum ſimul eſſent Coſs. Cæſar & Bibulus, Patres in ædibus Bibuli privatim convenire conſueverint.

*Fundamenta ſententiæ Bell. diſcutiuntur.*

XIX. Videamus interim, qua ratione ſententiam ſuam, quod moris fuerit apud Romanos, ut alternis diebus Coſs. imperarent, ſtabilire nitatur Bellarminus. Urget nimirum locum illum ex Livii libro XXII, ubi culpa infelicis exitus pugnæ Cannenſis conjicitur in temeritatem alterius Conſulis, penes quem eo die ſumma erat imperii. Sed nulla eſt conſequentia: Conſules interdum, periculo videlicet ingruente, & quando adverſus potentes hoſtes pugnandum erat, copias ſuas conjunxere (cum alioqui, extra talem caſum, ſuum uterque peculiarem exercitum haberet, eoque arbitratu proprio uteretur) iisdemque ſic conjunctis

*Quo in caſu Coßs. aliquando imperaverint alternis diebus.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

alternis diebus præfuere; ergo in more poſitum fuit apud Romanos, ut ordinarie Coſs. alternis diebus imperarent, & univerſæ reipublicæ viciſſim præeſſent. Prius in tali, quem diximus, caſu aliquando contigiſſe, & nominatim in ipſa illa pugna Cannenſi, ex Polybio diſcere poſſumꝰ, qui in hanc rem videatur libro III. Poſteriori reclamat univerſa antiquitas. Et notari poteſt loquendi modus, quo Polybius utitur: *Ea die* (NAM ALTERNIS IMPERABANT) *Varronis imperium fuit.* Quod ſi enim ordinarie alternis diebus Coſs. apud Romanos imperaſſent, ad quid illa heic admonitio? Obſervari item poteſt, Plutarchum in Fabio Maximo indigitare, Varronem extorſiſſe, ut alternis diebus imperarent ipſe & Æmilius.

XX. Sed provocat amplius Bellarminus ad teſtimonium Livii, quod habetur libro II ejus Hiſtoriæ, ubi illum non tantum aſſerere putat, quod ab ipſo primo exortu Conſularis dignitatis ille mos per vices imperandi fuerit inſtitutus, ſed & cauſam hujus rei exprimere; *ne videlicet, ſi duo ſimul Conſules imperarent, Regibus exactis non remotus, ſed duplicatus terror videretur.* Verum ſi evolvatur Livius, & ipſa hujus verba inſpiciantur, apparebit ſane illico, fruſtra rurſum eſſe Cardinalem noſtrum, quando in iis cauſæ ſuæ præſidium quærit. Conferens nimirum Livius poteſtatem Conſularem cum poteſtate Regia, qualis ante apud Romanos obtinuerat, *Libertatis*, inquit, *originem inde magis, quia annuum imperium Conſulare factum eſt, quam quod diminutum quicquam ſit ex Regia poteſtate, numeres. Omnia jura, omnia* INSIGNIA, *primi Conſules tenuere. Id modo cautum eſt, ne, ſi ambo* FASCES *haberent, duplicatus terror videretur.* Quæ

*Livii locus perperam intellectus a Bell.*

 poſtre-

poſtrema verba Bellarminus accipit, quaſi nimirum *faſces habere* idem heic ſit quod *imperare*. At palam eſt, non tropice, ſed proprie loqui Hiſtoricum, de inſignibus, inquam, poteſtatis ac imperii, non de imperio ipſo. Confer in hanc rem Svetonium in Julio Cæſare, cap. XX, Gellium libro II, cap. XV, ac inprimis Dionyſium Halicarnaſſeum libro V. Ex quibus autoribus etiam hoc patet, Coſs. non alternis diebus, ſed menſibus alternis, faſces habere viciſſim conſveviſſe. Nihil ergo Livius pro Bellarmino. Cujus argumentum ſi in juſta forma proponendum, Major habitura eſſet ita: *Qui Conſules habuerunt faſces alternis menſibus, illi imperarunt alternis diebus.* Qua propoſitione nihil abſurdius. Nam neq; ab inſignibus imperii ſtatim ad imperium ipſum, nec a menſibus ad dies procedere convenit.

*Bell. reſponſio ad diſſonantiam capitis 4. libri 1. & cap. 10. libri 2. Maccab.*

XXI. Porro examinandum ſibi ſumit Bellarminus, quod contra autoritatem librorum Maccabæorum opponi ſolet de diſſonantia capitis IV libri I, & capitis X libri II, ubi nempe priori loco Judas legitur purgaſſe templum anno CXLIIX, id eſt, uno anno ante obitum Antiochi, qui obiit anno CXLIX, ut dicitur I Macc. VI; cum tamen loco poſteriori idem Judas legatur purgaſſe templum triennio poſt mortem Antiochi. Reſpondet autem Cardinalis, negando, quod poſteriori illo loco aſſeratur purgatio facta poſt mortem Antiochi. *Quod* enim *dicitur facta poſt biennium*, ait, *non ſignificatur, poſt biennium à morte Antiochi, ſed poſt biennium à profanatione. Nam profanatum fuit templum anno 145. ut dicitur lib. 1 cap. 1. & poſt biennium exactum anno 148. repurgatum fuit, ut habetur lib. 1. ca. 4. Quare recte Euſebius in Chronico,*

*co, & Joſephus lib. 12. antiquit. c. 10. ſcribunt, templum repur-*
*gatum tertio anno à profanatione, id eſt, poſt biennium jam*
*exactum.*

XXII. Sed in hac ſolutione non unum occurrit quod **Examen.**
reprehenſionem meretur. Et primo quidem, dum
Cardinalis putat, inter profanationem & purificatio-
nem templi non niſi biennium interceſſiſſe, fefellerunt
ipſum calculi. Etenim profanatio templi dicitur con-
tigiſſe die XXV menſis Casleu, I Macc. 1, 57. & repurga-
tio facta ſcribitur eodem illo die, II Macc. X, 5. ubi hæc
diſerte verba leguntur: *Qua die templum ab alienigenis*
*pollutum fuerat, contigit eadem die purificationem fieri, vigeſi-*
*maquinta menſis, qui fuit Casleu.* Jam vero a die XXV
menſis Casleu anni XLV, usque ad eundem diem ejus-
dem menſis anni XLIIX, anni utique tres ſunt exacti. Er-
go repurgatum fuit templum, non, ut Bellarminus
ſupputat, poſt biennium exactum, ſed poſt exactum
ipſum triennium. Nam dies XXV menſis Casleu ſeu
Novembris anni CXLIIX, eſt primus dies anni quarti a
templo profanato, uti palam. Deinde falſo Bellarmi-
nus tribuit Euſebio ac Joſepho, quaſi ſcribant, tem-
plum repurgatum *tertio anno à profanatione.* Scilicet
Euſebii verba habent: *Judæorum dux Juda, qui & Mac-*
*cabæus, filius Mattbatiæ, Antiochi duces de Judæa expellens, &*
*templum ab idolorum imaginibus emundans, patrias leges*
POST TRIENNIUM *ſuis civibus reddidit.* Similiter Joſe-
phus, de purificatione templi loquens, ἔτυχε ταῦτα, in-
quit, κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην γίνεσθαι, καθ᾽ ἣν καὶ μετέπεσεν αὐ-
τῶν ἡ ἁγία θρησκεία εἰς βέβηλον καὶ κοινὴν συνήθειαν, μετὰ ἔτη τρία.
An forte, fieri *tertio anno*, &, fieri *poſt triennium*, ſive μετὰ
τὰ ἔτη τρία, Bellarmino idem ſunt?

*Contradictio de morte Antiochi.*

XXIII. Objicit ſibi præterea Bellarminus, quod libro I Maccab. cap. VI dicatur Antiochus Illuſtris mortuus in Babylonia in lecto ſuo præ dolore animi, quia non ſucceſſerant ei negotia ſicut optaverat; at libro II, cap. I, idem membratim cæſus dicatur cum multis ex ſuis in templo Nanneæ: & rurſum libro II, cap. IX, dicatur mortuus, cum dolore interno viſcerum, tum quia de curru in itinere deciderat. Quæ male inter ſe cohæreant.

*Bellarmini ſolutio.*

XXIV. Reſpondet Cardinalis: *Conveniunt ferè omnes, eundem eſſe Antiochum, Epiphanem videlicet, cujus mors deſcribitur lib. 1. cap. 6. & lib. 2. c. 9. nam potuit in itinere corripi doloribus viſcerum, & cadere ex curru, ut dicitur lib. 2. cap. 9. & poſtea ſic æger pervenire in Babylonem, & ibi addito dolore animi ex nuntio ad ſe allato rei male geſtæ in Judæa à ſuis, tandem mori.*

*Examen.*

Sed quid eſt, quod ait, potuiſſe Epiphanem, poſteaquam dolore viſcerum correptus eſſet, ac de curru cecidiſſet, ægrum ſic pervenire in Babylonem, & ibi mori? annon diſerte homicida ille & blaſphemus ſcribitur *peregre in montibus miſerabili* OBITU VITA FUNCTUS *eſſe*, (*οἰκτίστῳ μόρῳ κατέστρεψε τὸν βίον*, eſt in Græco) & Philippus corpus ejus tranſtuliſſe? II Macc. IX, 28. 29. Si vita functus eſt, vel, ut Græcus ait, vitam cum morte commutavit, peregre in montibus, quomodo æger pervenire potuit in Babylonem? Et quorſum translatio corporis, ſi non mortuus in montibus? Equidem

*Gretſeri figmentum. col. 281.*

Gretſerus hanc difficultatem talem judicat eſſe, *quæ tribus verbulis facillimè depellatur; nempe verè mortuum Babylone in lecto, ut dicit liber primus: & mortuum etiam peregrè in montibus; quia peregrè in montibus lethali morbo correptus eſt; ſicq; in his mors inchoata, & in Babylone conſummata ac terminata.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*terminata.* Sed mente captum oportet eſſe, quisquis
ſtrophæ adeo ineptæ non animadvertit abſurditatem.
Enimvero iſti homines manifeſto cum ratione inſanire
malunt, quam veritati cedere, & agnoſcere errorem.
XXV. Ad alterum dubium de Epiphane in templo *Reſponſio*
Nannææ interfecto, ita reſpondet Bellarminus: Non *Bell. ad du-*
*neceſſe eſt affirmare, illic eum interiiſſe, ubi dicitur cecidiſſe:* *bium de Epi-*
*cecidiſſe enim dici poteſt, quoniam exercitus ejus fuſus fuga-* *phane in*
*tusq; eſt. Quemadmodum Gen. 14. Regem Sodomorum in* *templo in-*
*prælio cecidiſſe narrat Scriptura divina, & tamen paulò poſt* *terfecto.*
*eum viventem & Abrahæ occurrentem introducit. Itaq; Antio-*
*chus in eo ſenſu dicitur cecidiſſe, quoniam exercitus ejus cæſus*
*percuſſusq; fuerat, & ipſe turpi fuga elapſus, fortè etiam vulne-*
*ratus, in ipſo itinere de curru cecidit, & paulo poſt mortuus eſt.*
Sed heic primo Cardinali in memoriam revocamus, *Examen.*
quod monet ipſemet libro II de Verbo Dei cap. XI, ſi
quando in Latino verbum occurrat anceps, recurren-
dum eſſe ad fontes, ſi forte ibi non ſit ambiguitas. Quia
ergo hoc loco occurrit vocabulum Latinum *cecidit*,
quod æquivocum, age, conſulamus textum Græcum,
nec amplius nos morabitur ambuguitas. Habetur
quippe ibi vox *κατεκόπησαν*, quæ non ſolum notat *occidere*
aut *obtruncare*, ſed ita etiam occidere, ut membratim
conſcindatur & in minutas partes, qui obtruncatur.
Videſis Theſaurum Henr. Stephani, ubi ex ipſo etiam
Thucydide id probatum reperies. Et agit ſane ſuum
ipſius interpretem hiſtoriæ Maccabæorum autor, quan-
do paulo poſt diſerte ſcribit: *Cum* Antiochus *cum pau-*
*cis ingreſſus eſſet intra ambitum fani, clauſerunt templum, cum*
*intraſſet Antiochus: apertoq; occulto aditu templi, mittentes la-*
*pides* PERCUSSERUNT (*συνεκεραύνωσαν*, quaſi fulmine percu-
lerunt)

lerunt) *Ducem, & eos qui cum eo erant, & DIVISERUNT MEMBRATIM, & CAPITIBUS AMPUTATIS foras projecerunt.* Ubi quidem lectori perſvadere vult Bellarminus, quaſi poſteriora illa verba: *diviſerunt membratim, & capitibus amputatis foras projecerunt*, de militibus tantum Antiochi dicantur, & ad ipſum Ducem non pertineant. Sed quam hoc ſit frivolum, neminem, qui quidem ſanæ mentis, præterire poteſt.

*De loco Gen. 14, 10.* XXVI. Quod attinet ad locum Gen. XIV, ex quo probare vult Cardinalis, *τὸ cadere* nonnunquam in ſacris ita uſurpari, ut cladem ſolummodo notet, quam quis acceperit v. c. in fuſo fugatoq; exercitu, licet ipſe manſerit ſuperſtes: quamvis noſtra in præſens parum interſit, an, ſive in hoc Geneſeos loco, ſive alibi in Scriptura, vox *cadere* iſtiusmodi ſignificatum obtineat, (neque enim ſequitur: in Scriptura aliquando dicuntur *cecidiſſe*, qui tamen evaſerunt vivi; ergo &, quando Antiochus II Macc. I *cecidiſſe* dicitur, illa vox ita poteſt accipi. Nam quo minus Antiochus hoc ſenſu *cecidiſſe* intelligatur, obſtat, ceu vidimus, & contextus, & fons Græcus, qui forſan alibi non obſtant. Ut taceam, vix usquam autorem hujus Maccabæorum libri vocabulo *cadere*, loquendo ſcilicet de his qui in prælio cadunt, aliter uti quam de iis qui interficiuntur. Vide cap. X, 30. XII, 44.) nihilominus falſum eſſe arbitramur, Gen. XIV, 10. Regem Sodomorum idcirco dici *cecidiſſe*, quod ejus exercitus fuſus fugatusque ſit. Dicitur enim incidiſſe in puteos bituminis. Nam ita Moſes: *In valle Siddim erant multi putei bituminis; & fugientes Rex Sodomæ ac Gomorrhæ ceciderunt illuc*, ἐνέπεσον, habet textus Græcus, non ἔπεσον. Et ſolet ſane Hebræum שמה cum ה paragogico

gogico ſignificare motum ad locum. Videantur heic interpretes doctiſſimi quique, & in his Lyranus.

XXVII. Supereſt difficultas adhuc alia, videlicet, *Reſponſio Bell. ad ἀντιλογίαν cap. 9. libri 1. & cap. 1. lib. 2.* quod libro I Maccab. cap. IX, Judas mortuus eſſe dicitur anno CLII, at libro II cap. I idem epiſtolam dicitur ſcripſiſſe anno CLXXXIIX. Hunc nodum Bellarminus ita exiſtimat ſolvendum, *ut dicamus, illa verba, anno 188. non eſſe principium epiſtolæ ſequentis, quam Judas ſcripſit, ſed finem præcedentis, quæ ſcripta eſt à toto populo Judæorum, duce Joanne Hircano.* Id, inquit, *aperte indicant Græci codices, qui poſt illa verba: anno 188. diſtinctionem conſtituunt. Et ratio certè id exigit, ut, cum ſint illa verba inter initium unius epiſtolæ & finem alterius, & numerus annorum in fine potius quam in principio poni ſoleat, ea nos ad epiſtolam præcedentem, non ad ſequentem referamus.*

XXIIX. Verumenimvero, quod ad prius attinet, ſi- *Examen.* dem ſcilicet Græcorum codicum, nominandi utique Cardinali fuiſſent illi codices, qui ita, ut ipſe ait, diſtinguunt; ut arbitrari licuerit, eſſetne eorũ autoritas tanta, ut præponderare poſſit autoritati tot codicum, partim autoritate publica, partim alias, procurantibus viris Pontificiis, editorum, qui aliter heic diſtinctionem conſtituunt. De aliis nihil ut nunc dicamus, annon in ipſa illa V. T. editione Græca, quæ Sixti V Pontificis prodiit auſpiciis, quamque ille in ſuo diplomate *ulla ex parte immutare* prohibuit, interpunctio ita conſtituitur, ut verba: *anno CLXXXIIX*, referantur ad epiſtolam ſequentem, non ad præcedentem? annon idem quoque fit in editione vulgatæ Latinæ, itidem Sixti V juſſu procuratæ, cui ipſe Bellarminus inter alios præfuit, teſte Jacobo Fuligatto, Jeſuita; qui, de hac



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

editione agens libro II vitæ Bellarmini, cap. IX, *In opere obeundo*, ait, *fuit Bellarmini præcipuus labor, & in eum quoq; ſententiæ redibant omnium, ſiquidem ejus Collegæ experimento didicerant, inſtar oraculi haberi poſſe, quæcunq; ipſe decerneret. Præfationem item compoſuit, quæ impreſſa ante eadem Xiſti V Biblia hodieq; prælegitur.* In qua præfatione inter alia aſſeritur, iſthanc editionem *ceteris omnibus, quæ ad eum usq; diem prodierunt, emendatiorem purioremq; eſſe, minime dubitandum.*

*An tempus datarum epiſtolarum ſemper ponatur in fine earum, nunquam in principio.*

XXIX. Quantum ad poſterius attinet, quod urget Bellarminus, ſcilicet, numerum annorum in fine potius quam in principio poni ſolere, & ſic rationem exigere, ut verba illa: *anno CLXXXIIX*, cum ſint inter initium unius epiſtolæ & finem alterius, ad præcedentem referantur; primo dicimus, quod tempus datarum epiſtolarum in fine ponatur, non eſſe perpetuum. Contrarium inter alia patet (ut de hodierna mercatorum praxi ordinaria nihil dicam) ex duabus illis epiſtolis Conſtantini ad Epiſcopos Romanum & Conſtantinopolitanum, quæ leguntur ſub initium actorum Synodi VI œcumenicæ, ſive Conſtantinopolitanæ III, tomo III Conciliorum. Confer etiam Eſdr. VII, 12. juxta interterpretationem quidem Tremellio-Junianam. Deinde recte attendendum eſt, quid proprie heic in contentionem veniat. Id enim controvertitur: an autores Epiſtolæ poſterioris tempus, quo data illa fuit, in principio ſuarum literarum expreſſerint, num vero autores prioris epiſtolæ id poſuerint in fine. Ubi ſane, ut videt quivis, non quæritur, quid magis conveniens fuerit ab illis autoribus fieri, ſive, quid facere illi, ex conſcribendarum epiſtolarum præceptis, debuerint; ſed quid

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

quid fecerint. Quæſtio ergo, ſi cum JCtis loqui velimus, non eſt Juris, ſed facti, ſive hiſtorica. Jam vero, juxta ipſius Bellarmini pronunciatum libro III de translatione imperii capite III, *quæſtio hiſtorica a teſtium idoneorum fide & multitudine pendet*; hoc eſt, ſi diſquiratur, an hoc vel illud factum fuerit, an vero non, & ſint qui factum eſſe affirment, ſint item qui negent, tunc potioribus ac pluribus fides adhibenda. Cum itaque in præſenti negotio, dum ſcilicet quæritur: utrum autores poſterioris epiſtolæ verba illa: *anno CLXXXIIX*, in frontiſpicio ſuarum literarum poſuerint, an minus? cum, inquam, pro affirmativa heic ſtent, tanquam teſtes, tot codices ac editiones, & tales quidem, quarum fidem in dubium vocare Pontificiis nefas; contra vero pro negativa vix ullum produci poſſit exemplar, quod alicujus fidei ſit & autoritatis, quis non judicabit, veram eſſe affirmativam, pertinere videlicet illa verba: *anno CLXXXIIX*, ad principium poſterioris epiſtolæ, & non ad finem prioris?

XXX. Tandem quoque Bellarminus tangit objectionem, quæ contra Maccabæorum libros inde fieri ſolet, quod in iis commendentur, qui ſemetipſos occiderunt; qualis Eleazarus, libro I, cap. VI, & Razias, libro II, cap. XIV. Reſpondet autem, iſthanc objectionem jam dudum diluiſſe S. Auguſtinum in epiſtola LXI ad Dulcitium, & libro II contra epiſtolam Gaudentii cap. XXIII. *Et ſumma*, inquit, *reſponſionis eſt, mortes horum hominum narrari in Scriptura, non laudari, vel certè non ita laudari, quaſi piè & ſanctè fecerint quod fecerunt, quamvis audacter & viriliter, & hominum judicio fortiter eos feciſſe negari non poſſit.* Sed quam parum ſuæ illi reſponſioni

*Bell. reſponſio ad argumentum de αὐτοχειρία in lib. Macc. laudata.*

*Examen.*

ipſe Auguſtinus fidat, & quod tandem, ut arctius Gaudentium premeret, librorum Maccabæorum autoritatem elevet, id jam ſupra in hoc ipſo capite num. 11 abs nobis fuit oſtenſum: unde actum heic agere nolumus. Et ſane quantumcunque etiam in excuſando illo de Raziæ αὐτοχειρίᾳ loco ſudet Auguſtinus, fateri tamen fuit coactus, Raziam *non plane ſapientiæ, ſed inſipientiæ dediſſe exemplum, non Chriſti martyribus, ſed Donati Circumcellionibus imitandum.* Unde certe ſequitur, ipſum nullo modo, nulla ratione, laudem mereri. Quod ubi monuiſſet Hunnius, reſponſurus ipſi Gretſerus, *Fatemur & nos*, ait, *Raziam* (*ſi peculiari Spiritus ſancti impulſu non egit ea quæ egit*; Et quis vero id crederet?) *non ſapientiæ, ſed inſipientiæ dediſſe exemplum, nulli hominum imitandum. An propterea cenſes, ſanctum Auguſtinum libros Machabæorum habuiſſe pro Apocryphis? Etiam Loth & Ammon inceſtum committentes, dederunt non ſapientiæ, ſed inſipientiæ exemplum nulli bono imitandum. An ideo Geneſin & libros Regum repudiabimus, quia iſta inſipientiæ exempla prodiderunt?* Ita Gretſerus, plane antiquum heic obtinens, hoc eſt, petulanter pervertens omnia. Neque enim libris Maccabæorum ideo autoritas canonica abjudicatur, quod in iis narratur ac memoriæ proditur exemplum Raziæ αὐτόχειρος, ſed quod ita narratur, ut ſimul approbetur & commendetur. Coronidis loco annectimus hoc argumentum:

*l. 2. contra ep. Gaud.*

*Gretſerus mutat ſtatum controverſiæ.*

*col. 286.*

In quibus libris permiſſum reperitur, ut ſibimetipſi necem quis inferat, illi, ex confeſſione Auguſtini, non ſunt canonici,

Atqui in Maccabæorum libris permiſſum reperitur, ut ſibimetipſi necem quis inferat,

Ergo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Ergo Maccabæorum libri, ex confeſſione Auguſtini, non ſunt canonici.

Major conſtat ex libro 1 de Civ. Dei cap. xx, ubi ita ſcribit Auguſtinus: *In ſanctis canonicis libris nusquam nobis divinitus præceptum permiſſumve reperiri poteſt, ut vel ipſius adipiſcendæ immortalitatis, vel ullius carendi cavendiq; mali cauſa, nobismetipſis necem inferamus.* Minor ex ipſa Maccabæorum hiſtoria liquet.

## Caput XVI.

*De quibusdam partibus librorum Marci, Lucæ, Joannis.*

I.

Ultimi capitis Marci, hiſtoriæ de ſudore Chriſti ſanguineo, & Angelica apparitione atque conſolatione, Luc. xxii, hiſtoriæ adulteræ, Joh. iix, & dicti Johannis 1 Joh. v,7. autoritatem canonicam aliquando in dubium fuiſſe vocatam, ſcribit Bellarminus. Sed de his Scripturæ partibus ambigere haud licere, id Cardinalis inter alia inde probat, quod publice legantur in Eccleſia. Quam rationem & alibi, dum de canonica alicujus ſcripti autoritate agitur, non ſemel urget. Vide ſupra capp. vii, iix, ix. Quamvis autem de ipſa illarum particularum autoritate nullam heic controverſiam moveamus, illa tamen Bellarmini ratione recte eam ſtabiliri omnino negamus. Etenim canonica non ſtatim autoritate pollere quæ in Eccleſia leguntur, multis & veterum & recentiorum teſtimoniis probavimus jam ſupra cap. ix, 1. xii, 13.

*Bell. bonam cauſam non ſatis bene tuetur.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Gretſeri in Lutherum iniquitas. col. 290.*

11. Gretſerus heic in Lutherum invehitur, quod comma illud Johannis: *Tres ſunt qui teſtimonium dant in cœlo*; in ſua translatione omiſerit, dicens, ſe, cur id fecerit, *cauſam non reperire aliam, quam quia, præter cætera, hoc etiam publicum monumentum ſui in Arianos amoris ſpectari voluerit.* Verum, ſi ideo Arianos amavit Lutherus, quod iſthæc Johannis verba in ſua verſione non expreſſit, amaverit quoque eosdem Cyrillus, Nazianzenus, Ambroſius, Auguſtinus; qui, ſi illud comma legiſſent & agnoviſſent, omni procul dubio in ſuis adverſum Arianos diſputationibus non, ut fecerunt, prætermiſiſſent, inprimis cum proxima apud Johannem verba afferant. Vide Cyrillum in Theſauro lib. XIV, cap. V, Nazianzenum Orat. XXXVII, quæ eſt de Theologia V, Ambroſium libro I de Spiritu ſancto cap. VI, & libro III, cap. XI, nec non libro de initiandis cap. IV, Auguſtinum libro III contra Maximinum, Arianorum Epiſcopum, cap. XXII. Ita nec in celebratiſſimo illo vetuſtiſſimoque utriusque federis exemplari, ex oriente abs Cyrillo, Patriarcha Conſtantinopolitano, ad Carolum Angliæ Regem dono miſſo, quod manu Theclæ, nobilis feminæ Ægyptiæ, circa primi Concilii Niceni tempora exaratum eſſe vulgo credunt, locum Johannis, de quo in præſenti agimus, reperiri, teſtis eſt Johannes Seldenus, libro II de Synedriis veterum Ebræorum, capite IV; qui & ibidem commemorat, eundem nec in mſs. binis bibliothecæ Oxonienſis publicæ haberi, nec quidem in Græcis aliquot editionibus N. T. veluti Aldina, quæ prodiit Venetiis anno ſuperioris ſeculi XIIX, Wolfii Cephalæi, quæ Argentorati ejusdem ſeculi anno XXIIX, Simonis Colinæi, quæ non multo

multo poſt Pariſiis anno xxxiv: nec in verſione Latina vetuſtiore, nec in codicibus mſſ. miræ vetuſtatis editionis vulgatæ, quos conſuluit Eraſmus in bibliotheca Brugis D. Donatiani, uti nec in Latinis aliquot Oxonienſis Bibliothecæ, nec in nonnullis, unde Lovanienſes ediderunt Epiſtolam hanc, nec in codicibus priſcæ verſionis Syriacæ e mſſ. vetuſtis fideliter editis, tam a Pontificiis, quam a Reformatis, uti nec in mſ. Syriaco bibliothecæ Oxonienſis publicæ, nec in Arabicis ſive Erpenianæ ſive Jajanæ editionis. Apparet ergo, quam ſit in Lutherum noſtrum iniquus Gretſerus, dum ex eo, quod illud comma in ſua translatione omiſit, amoris in Arianos ipſum inſimulat; cum, ſi hæc ſibi conſtaret collectio, eodem jure omnes jamjam memorati Patres & codicum editores, imo ipſe etiam Cardin. Cajetanus, (quem, uti & Bedam, vide in Comment. ad hunc locum) Arianis faviſſe cenſendi forent. Quod ſi Arianorum amicum quærere Pontificiis volupe eſt, domi eum invenient in ſuo Papa Liberio, non apud nos. Interim, quantum ad rem ipſam attinet, de canonica loci Johannei autoritate non dubitamus, Sed de hoc alibi. Nunc nobis ſufficit Gretſerianæ calumniæ obviam iviſſe.

## CAPUT XVII.

### *De Epiſtola ad Hebræos.*

I.

Epiſtolam ad Hebræos canonicam eſſe & Pauli Apoſtoli, poſt alia (quæ cujus valoris ſint, ex ſupra diſputatis nullo negotio intelligitur. Vide cap. VII, 6. 8.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

IIX, 6. 7. IX, 2. X, 13.) inde probat Bellarminus, quod recepta fuerit ſemper ab omnibus Patribus Græcis, uno ſolo Cajo excepto, & ab omnibus Latinis poſt Lactantium. *Soli enim*, ait, *Tertullianus, Cyprianus, Lactantius, Arnobius, hanc epiſtolam non videntur agnoſcere: nec enim eam unquam citant, quod ſciam.* Ubi non ſatis accurate calculos ſubduxit Cardinalis. Nam ex Græcis præter Cajum Epiſtolam hanc Pauli eſſe negavit inclytus ille martyr Hippolytus, Irænei (ſi Photio credimus) diſcipulus, primum Arabiæ Metropolitanus, Portuenſis exinde Epiſcopus Eccleſiæ, (quanquam Voſſius, libro IV de Hiſtoricis Græcis cap. x, Portuenſem hunc a Metropolitano diverſum exiſtimat) de quo Card. Baronius ad ann. CCXXIX, 5. *Certe quidem*, ait, *magnæ exiſtimationis fuiſſe virum, ſtatua illa, qua ejus memoria illuſtrata tunc fuit, locuples teſtis eſt, de qua ſuperius actum*; videlicet ad ann. CCXXIV, 10. ubi commemorat Cardinalis, quod ante XL annos (ſupputando a tempore quo illa edidit) in agro Verano ſimulacrum, Hippolyti præferens imaginem, effoſſum fuerit, & in Vaticanam Bibliothecam translatum. Is ergo Hippolytus in ſuo contra XXXII hæreſes libro aſſeruit, ὅτι ἡ πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολὴ οὐκ ἔστι τοῦ Ἀποστόλου Παύλου, *quod Epiſtola ad Hebræos non ſit Apoſtoli Pauli*; uti nos docet in ſua Bibliotheca Photius, cod. CXXI; cui conſonat, apud eundem Photium cod. CCXXXII, Stephanus Gobarus, hæreticus quidem Tritheita, ſed, quantum ex his, quæ apud Photium leguntur, apparet, vir laborioſus, inque priſcorum Patrum monumentis ſatis verſatus; qui Hippolyto ipſum etiam Irenæum heic jungit, Ἱππόλυτος, ſcribens, καὶ Εἰρηναῖος τὴν πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολὴν Παύλου, οὐκ ἐκείνου εἶναί φασι, *Hippolytus*

*An ex Græcis ſolus Cajus Epiſtolam ad Hebræos negaverit eſſe Pauli.*

*& Irenæus*

*& Irenæus Epiſtolam Pauli ad Hebræos*, *illius eſſe negant.* Porro nec ipſe quidem Origenes Epiſtolam hanc a Paulo ſcriptam credidit. Quanquam enim res ipſas, quæ in ea proponuntur, Apoſtolo tribuit, ab alio tamen illas in literas fuiſſe miſſas perſvaſum ſibi habet. Verba ejus apud Euſebium libro VI Hiſt. eccleſ. cap. XXV hæc ſunt: ἐγὼ δὲ ἀποφαινόμενος εἴποιμ' ἂν, ὅτι τὰ μὲν νοήματα τοῦ ἀποστόλου ἐστὶν; ἡ δὲ φράσις καὶ ἡ σύνθεσις ἀπομνημονεύσαντός τινος τὰ ἀποστολικὰ, καὶ ὥσπερ σχολιογραφήσαντός τινος τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ διδασκάλου. Quæ ſic vertit Muſculus: *Ego vero, ut meam ſententiam proferam, dixerim, ſenſus hujus epiſtolæ eſſe Apoſtoli, phraſin vero & ſtructuram alterius cujuspiam eſſe, qui dicta Apoſtolica annotarit, & veluti in ſcholia quædam, quæ a Præceptore audivit, redegerit.* Subdit deinde: τίς δὲ ὁ γράψας τὴν ἐπιστολὴν, τὸ μὲν ἀληθὲς θεὸς οἶδεν, *Quis Epiſtolam illam ſcripſerit, vere DEUS novit.* Quam Origenis ſententiam fere ſequitur Eſtius, prolegomenis in hanc Epiſtolam. Hieronymus autem libro de Scriptor. eccleſ. cap. XV monet, juxta quosdam Clementem Romanum *ſententias Pauli proprio ordinaſſe ſermone.*

II. Quantum porro ad Latinos attinet, magis heic candidum ſe præſtat Card. Bellarminus quam ejus Collega Card. Baronius. Cum enim ille fateatur, Tertullianum, Cyprianum, Lactantium, Arnobium, Epiſtolam ad Hebræos non agnoviſſe pro canonica; hic, ad annum LX, 49. ſeqq. totus in eo eſt, ut lectori perſvadeat, nec de autore hujus Epiſtolæ ullum unquam in Eccleſia dubitaſſe præter unum Cajum, invehiturque, more ſuo, in Euſebium, quaſi is per calumniam Eccleſiæ Romanæ affinxiſſet, quod Epiſtolam illam repudiaverit: quin & ipſum Hieronymum, *Cardd. Bellarminus & Baronius male concordes.* *num. 53.*

mum, quod facile nimis Euſebio fidem heic habuerit, reprehendit. Conatur item reſpondere ad id, quod de Tertulliano, Lactantio, & Arnobio objicitur, eos nempe Epiſtolam hanc non agnoviſſe. Et Tertullianum quidem ait non niſi in illo libro, quem ſcripſit
*cap. 20.* poſtquam eſt factus hæreticus, libro videlicet de Pudicitia, ſuam de Epiſtola ad Hebræos ſententiam, puta quod Pauli illa non ſit, prodidiſſe. Sed ſi vel maxime hoc ita ſe habeat, num propterea aliquid decedit valori teſtimonii Tertulliani in quæſtione præſenti, quæ nihil ad controverſias Montaniſtarum? Quanquam nec vero ſatis conſonum, Tertullianum non niſi in illo libro intimare, quod Epiſtolam ad Hebræos pro Paulina non habeat. Etenim cum libro v adverſus Marcionem omnes Pauli Epiſtolas (exceptis quæ ad Titum & Timotheum ſunt ſcriptæ; quippe quas non admittebat Marcion) percurrat, indeque, non alium DEUM prædicari ab Apoſtolo, quam Creatorem, & CHRISTUM Creatoris filium, probatum eat, illius, quæ eſt ad Hebræos, nullus meminit. Quid cauſæ? Id indicat Beatus Rhenanus, ſcriptor Pontificius, in argumento ejus libri, *Quod*, inquiens, *omnibus Epiſtolis excuſſis (præter eas quæ ſunt ad Titum & Timotheum, quas rejiciebat Marcion) illius quæ ad Hebræos inſcribitur non eſt facta mentio, ſatis declarat, ea ætate Paulo fortaſſis non fuiſſe tributam.* Porro *de Cypriano haud mirandum* ſcribit Baronius,
*Hieron. de Script. c. 53.* *ſi, qui ſemper præ manibus Tertullianum habuit, eumq; Magiſtrum nominare conſvevit, Tertulliano* in opinione de Epiſtola ad Hebræos *fuerit obſecutꝰ.* Sed eſto, fuerit Cyprianꝰ heic ſecutus Tertullianum, quid inde? num propterea falſum non erit, quod aſſeverat Cardinalis, unicũ Ca-
jum

ſum negaſſe Epiſtolam ad Hebræos eſſe Pauli? Pergit Baronius: *De Arnobio, Minutio Felice, & Lactantio, nihil eſt, quod, licet* Epiſtolam ad Hebræos *non citarint, ab eis rejecta dici poſſit; quippe qui, cum ſcripſerint adverſus Gentes, nequaquam uſi ſint divinæ Scripturæ, cui illæ minime crederent, teſtimoniis, ſed Gentilium potius ſcriptis ac rationibus.* Quid audio? Lactantius in libris ſuis non uſus eſt divinæ Scripturæ teſtimoniis? Heic vero memoria nimis impoſuit Cardinali. Evolvatur vel ſolus liber IV divinarum Inſtitutionum, qui eſt de vera ſapientia, & tot ibi invenientur teſtimonia citata ex Moſe, Prophetis, Pſalmis, quot pene liber iſte habet lineas. Sed mittamus Baronium, & ad Bellarminum noſtrum revertamur.

III. Ait ille, receptam fuiſſe Epiſtolam ad Hebræos (puta tanquam canonicam & Pauli Apoſtoli: id enim demonſtrandum ſuſcepit Cardinalis) ab omnibus Latinis poſt Lactantium. Secus viſum Ludovico Vivi, qui in Notis ad Auguſtini libr. XVI de Civ. Dei cap. XXII, *ante ætatem Hieronymi*, inquit, *a Latinis ea Epiſtola recepta non erat inter ſacras.* Quin addit, ipſum Hieronymum ac Auguſtinum dubitare an ſit Pauli. Et Hieronymus quidem dubitanter omnino de autore loquitur Comment. in Amos IIX, 8. quando hunc in modum ſcribit: *Jurantem DEUM ſæpius Scriptura deſcribit.* ——— *In centeſimo nono Pſalmo: Juravit Dominus, & non pœnitebit eum: tu es Sacerdos in æternum, ſecundum ordinem Melchiſedec. Quod, QUICUNQUE EST ILLE QUI AD HEBRÆOS SCRIPSIT EPISTOLAM, diſſerens ait: Quoniam neminem habuit per quem juraret majorem, juravit per ſemetipſum.* Idem libro de Scriptor. eccleſ. cap. XV: *Scripſit* Paulus *novem ad ſeptem*

*Patres Latini, qui de Epiſtola ad Hebræos dubitarunt.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Eccleſias epiſtolas.* ——— *Epiſtola autem quæ fertur ad Hebræos, non ejus creditur, propter ſtyli ſermonisq; diſſonantiam.* Et Epiſtola CIII ad Paulinū, ubi libros canonicos tum V. tū N. Teſtamenti ordine recenſet; *Paulus,* inquit, *Apoſtolus ad ſeptem ſcribit Eccleſias: octava enim ad Hebræos a plerisq; extra numerum ponitur.* Adde Comment. in Eſ. VI, 10. ubi ſanctus Doctor, *Pauli,* ait, *idcirco ad Hebræos Epiſtolæ contradicitur, quod, ad Hebræos ſcribens, utatur teſtimoniis, quæ in Hebræis voluminibus non habentur.* Confer Comment. in Zach. IIX, 23. Ubi non eſt ut dicas, Hieronymum heic non ex ſua mente loqui, ſed tantum dicere, quid ſentiant alii. Sufficit enim, ipſum allegatis locis non auſum eſſe Epiſtolam ad Hebræos ceteris Paulinis annumerare: id quod ſatis eſt ad oſtendendum, non fuiſſe eum de autore Paulo certo perſvaſum. Et ſane quotiescunq; doctiſſimus ille Scripturarum interpres ejus Epiſtolæ meminit, toties fere παρενθέτως interſerit: *ſi quis tamen eam recipit.* Vide Comment. in Ezech. XXIIX, 14 in Zach. IIX, 3. & in Epheſ. II, 15. Tandem quoq; indicat Hieronymus, controverſiam hanc de autore Epiſtolæ ad Hebræos non eſſe adeo magni momenti. Dum enim dixerat, epiſtola CXXIX, ad Dardanum, quod *plerisq; eam vel Barnabæ vel Clementis eſſe arbitrentur,* mox ſubjicit, *nihil intereſſe cujus ſit, cum Eccleſiaſtici viri ſit, & quotidie Eccleſiarum lectione celebretur.* Sic ergo de hac re Hieronymus. Sed & Augnſtinus non ſemel indigitat, ſe de hujus Epiſtolæ autore nil certi aſſerere poſſe. Producturus enim inde aliquid libro X de Civ. Dei cap. V, non deſignato Paulo, *In Epiſtola,* inquit, *quæ inſcribitur ad Hebræos* (ſicut Hieronymus in Eſ. LIIX, 13. *Mons ſanctus DEI ille intelligendus eſt, de quo ad Hebræos loquitur qui*

*ſcribit*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*ſcribit Epiſtolam*) Et rurſum libro XVI, cap. XXII: *De quo*
*in Epiſtola, quæ inſcribitur ad Hebræos: quam plures Apoſtoli*
*eſſe dicunt, quidam vero negant.* Sed nec alios defuiſſe
poſt Lactantium, qui vel Paulum hujus Epiſtolæ auto-
rem negaverint, vel certe de genuino ejus autore pro-
nunciare non auſi ſint, docere poteſt Commentarius
ille in Paulinas Epiſtolas, qui Ambroſii titulo præno-
tari, illiusque operibus ſolet attexi, (uti ſane eidem
quoque tribuit Sixtus Senenſis libro IV Bibliothecæ)
Bellarmino autem, libro de Script. ecceſ. & Fr. Lucæ
Brugenſi, in Rom. II, 15. putatur Hilarii Diaconi, Mal-
donato, in Johann. III, 3. Remigii Lugdunenſis: de quo
David Blondellus, Apologia pro ſententia Hieronymi
de Epiſcopis & Presbyteris, ſect. II, 21. *Germanum,* inquit,
*Romanæ Eccleſiæ alumnum arguit, quod, enarratis præceden-*
*tibus omnibus Pauli Epiſtolis, ab ea, quam ad Hebræos Roma*
*dedit Apoſtolus, adeo manum abſtinuit, ut vix ſemel ejusdem*
*meminiſſe dignatus ſit. Id autem* ὡς ἐν παρόδῳ *monendum puta-*
*vi, ne mutila in Epiſtolam ad Hebræos ex Hieronymo, Chryſo-*
*ſtomo, &c. compaginata farrago, Hilariano ſyntagmati in nu-*
*peris Ambroſii editionibus aſſuta, cuiquam imponat.* Sic item
Commentarius, qui Hieronymo olim adſcriptus eſt,
hodie autem plerisque Pelagii eſſe creditur, non niſi
XIII Epiſtolas enarrat, ſecluſa videlicet illa quæ eſt ad
Hebræos. Imo Hieronymus de Latina Eccleſia in ge-
nere aſſerit, quod Epiſtolam hanc non recipiat; *Epiſtola,*
inquiens, *ad Hebræos, quam Latina conſvetudo non recipit,*
Comment. in Eſ. VI, 2. & rurſum in caput IIX, 18. *Eam*
*Latina conſvetudo inter canonicas Scripturas non recipit.* Ge-
mina habentur in Epiſtola CXXIX ad Dardanum, & in
Zach. IIX, 3. quomodo ineptiſſime profecto loqueretur

 vene-

venerabilis Doctor, ſi, quod vult Bellarminus, tres tantum quatuorve ex Latinis hanc Epiſtolam non recepiſſent, imo ſi, quod idem affirmat, recepta fuiſſet ab omnibus Latinis poſt Lactantium. Vide item Euſebium libro III Hiſt. eccleſ. cap. III.

*An Petri teſtimonio poſſit probari, Epiſtolam ad Hebræos eſſe Pauli.*

IV. Quanquam autem propoſitum nobis non ſit, ſæpius memoratæ ad Hebræos Epiſtolæ canonicam autoritatem heic impugnare, vel Paulo illam abjudicare, circa ea tamen, quæ pro utroq; firmando & vindicando Bellarminus affert, unum eſſe alterumque monendum ducimus. Arbitratur ergo is porro, quod Epiſtola hæc Paulina ſit, etiam Apoſtoli Petri teſtimonio poſſe probari. *Petrus enim*, inquit, *priorem epiſtolam ſcripſit ad Hebræos inter Gentes diſperſos, ut patet ex titulo, utq; Oecumenius docet, & ipſe etiam Eraſmus ad initium annotationum in hanc epiſtolam contendit: poſteriorem ad eosdem ſcripſit, ut colligitur ex verbis ca. 3.* Hanc vobis, cariſſimi, ſecundam ſcribo epiſtolam. *In eodem capite poſtea ſubjungit:* Sicut & cariſſimus frater noſter Paulus ſcripſit vobis. *Scripſit igitur Paulus, Petro teſte, epiſtolam aliquam ad Hebræos.* Sed primo, ſi vel maxime Epiſtola ad Hebræos illo citato loco innueretur, non video tamen, qui pondus hoc argumentum poſſit habere apud eos, qui de memorata iſta ad Hebræos Epiſtola dubitant. Etenim cum, ut ipſe Bellarminus annotat cap. XIIX, horum plerique non minus dubitent de poſteriori Petri, annon petitio erit ejus quod in principio, ex poſteriori hac priori illi fidem facere velle apud iſtos, qui neutram indubitato admittunt? Deinde, an prior Petri Epiſtola Hebræis ſit inſcripta, quod putat Bellarminus, adhuc in quæſtione eſt. Nec deſunt ſane rationes

*An prior Petri Epiſtola Hebræis ſit inſcripta.*

oppido

oppido prægnantes, quibus contrarium, eſſe nimirum eam ad gentes datam, non immerito alicui perſvaderi poſſit. Unde ipſe Bellarmini πρόμαχος Gretſerus agnoſcere cogitur, *ſententiam, quæ epiſtolam hanc ad gentes, vel ad Judæos ſimul & gentes, ſcriptam aſſerit, probabilitate non deſtitui, & ab inſigni doctrina & pietate viris deſendi.* col. 298. Scilicet in ipſa illa Epiſtola capite IV, 3. ita loquitur Apoſtolus: *Sufficit nobis præteritum vitæ tempus, quod, quæ libent* GENTIBUS, *patraverimus, quum inceſſimus in laſciviis, cupiditatibus, vinolentiis, comeſſationibus, compotationibus, & nefariis* SIMULACRORUM CULTIBUS. Ubi miror exceptionem Gretſeri; col. 299. qui, cum aliud, quod heic obverteret, non inveniret; *Vana,* ſcribit, *converſatio, à qua capite primo* electos illos advenas *ereptos ait* Petrus, *non deſcribitur capite quarto, ut abſq; probatione aſſumit Prædicans,* (Hunnius,) *niſi dicere velit, ipſum etiam S. Petrum fuiſſe idolorum cultorem; quia ſe etiam in ſuo illo ſermone includit, ut quidem Græcus textus habet:* ἀρκετὸς γὰρ ἡμῖν. ——— *Arbitror Hunnium tam inſanum non fore, ut S. Petrum dicat fuiſſe idololatram ante vocationem ad Apoſtolatum. Sicut ergo illud de idolorum cultura non pertinet ad Petrum, ita nec ad illos, ad quos proprie S. Petrus ſuam illam Epiſtolam deſtinarat.* Miror, inquam, ita excipere Gretſerum, prorſusq; diſſimulare, quæ ſtatim ſubjungit Hunnius: *Loquitur quidem Apoſtolus Petrus in prima perſona, ſed per* κοινώνησιν, *ut acerbitatem exprobrationis mitigaret. Neq; enim ipſe fuit aliquando ſimulacbrorum cultor, ſed advenæ illi gentium;* cum certe Gretſerus ipſemet paulo poſt, ſupponens, de peccatis mundi in genere Petrum loqui, ne & hoc pacto ipſe idololatriæ aliorumque ibi enumeratorum criminum reus agatur, diſerte ſcribat: *Quod*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*mundus agebat, id per κοινοποίησιν* S I B I *& illis, ad quos ſcribebat, tribuit, more non inuſitato ſcriptoribus & Concionatoribus.* Etenim ſi *κοινοποίησιν* in Apoſtoli verbis agnoſcit ipſe, cur reprehendit, qui æque illam heic agnoſcit, Hunnium noſtrum? Sic item capite II, 10. eos, ad quos directa eſt Epiſtola, ita affatur Petrus: *Qui quondam eratis non populus, nunc eſtis populus DEI*: reſpiciens videlicet ad Oſ. II, 23. Jam autem ex hoc Oſeæ loco vocationem gentium firmat Apoſtolus Paulus Rom. IX, 25. ſeq. Adde, ſi vel maxime detur, Epiſtolam Petrinam ſcriptam eſſe ad Hebræos inter gentes diſperſos, ſcripſiſſe item ad eosdem Paulum, nondum tamen ſecuturum, Epiſtolam, quam ad illos miſerit Paulus, eſſe hanc ipſam ad Hebræos, qua de in præſenti agimus, cum conſtet, extare ad Galatas, Epheſios, Coloſſenſes, Aſiæ minoris incolas, alias ejusdem Epiſtolas. Sed nolumus huic rei diutius inhærere, cum ipſe Bellarminus iſti ex Epiſtola Petrina deſumpto argumento parum fidat. Dubitanter enim loquitur; *VIDETUR*, inquiens, *beatus Petrus hujus Epiſtolæ mentionem facere.*

*Bell. Centuriatorum ſententiam minus ſincere proponit.*

V. Porro examinaturus in hoc capite Bellarminus, quæ circa Epiſtolam ad Hebræos monent Centuriatores Magdæburgenſes Cent. I, libro II, cap. IV, *Contra hanc epiſtolam*, ait, *quinq; argumenta proferunt Magdeburgenſes, quibus argumenta Lutheri & Eraſmi ſimul complectuntur. Primum eſt, quia prudens vetuſtas de hac epiſtola dubitavit.* ——— *Secundum argumentum eſt, quia non habet adjectum initio nomen Pauli, ut habent omnes aliæ epiſtolæ.* ——— *Tertium argumentum ſumunt à diverſitate ſtyli, ſiquidem oratio hujus epiſtolæ longè gravior, copioſior, ornatior eſt, quam cæterarum.* Ad hunc modum Cardinalis: qui

quam

quam accurate Centuriatorum heic proponat ſententiam, neminem, qui vel obiter ipſorum verba inſpexerit, fugere poteſt. Scilicet illi, poſtquam præmiſiſſent, quid de Epiſtola ad Hebræos Euſebius ſcribat, ita pergunt: *Nicephorus lib. 2. cap. 46. cauſam dubitationis (de illa Epiſtola) fuiſſe dicit, quod non eſſet adjectum nomen Pauli, pro more aliarum Epiſtolarum ejus. Sed videtur antiquitas graviores habuiſſe rationes. Nam eam phraſin Pauli non referre, facile fuit animadvertere: quemadmodum & Origenes ſcribit, referente Euſeb. lib. 6. cap. 25. Nec latere potuit legentes id, quod cap. 2. dicitur: Quomodo nos effugiemus, ſi tantam neglexerimus ſalutem, quæ cùm primum enarrari cœperit per ipſum Dominum, ab iis qui audierant in nos confirmata fuit, atteſtante DEO, & ſignis & prodigiis ſimul, variisq; virtutibus & Spiritus ſancti diſtributionibus, juxta ipſius voluntatem. Ex his quis non colligat, epiſtolam hanc Pauli non eſſe, cum Paulus Galat. 1. teſtetur, ſe non ab homine ſuum Evangelium accepiſſe, neq; didiciſſe, ſed per revelationem Jeſu Chriſti? Præterea non fuit difficile judicare, quòd ea, quæ in cap. 7. & 10. apertè in eam proferuntur ſententiam, quòd ſemel ad Chriſtum converſi, ſi iterum labantur, per ſeriam etiam pœnitentiam non poſſint recuperari; neq; doctrinæ Pauli, neq; aliorum Apoſtolorum, multo minus Chriſti, dicentis, Venite ad me omnes, &c. conſentiant. His & ſimilibus rationibus mota prudens vetuſtas, quæ omnia ad ἀναλογίαν fidei examinare ſolita eſt, de epiſtola ad Ebræos jure dubitaſſe videtur.* Ubi vides, non niſi tria abs Magdæburgenſibus urgeri. Primum eſt, Epiſtolam ad Hebræos phraſin Pauli non referre: ſecundum, autorem hujus Epiſtolæ iis ſe annumerare, qui ab Apoſtolis fidei myſteria ſint edocti; cum Paulus proteſtetur, ſe Evangelium ſuum ab ho-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

ab hominibus non accepiſſe: tertium, occurrere in eadem Epiſtola, quæ Pauli Chriſtique doctrinæ minus videantur conformia. Ceterum licet minime inepti fuiſſent autores illi, ſi dixiſſent, dubitare ſe de Epiſtola ad Hebræos, quod dubitaverit de ea prudens vetuſtas, non tamen id agunt hoc loco, ſed tantum indicant, dubitaſſe de hac Epiſtola antiquitatem, & rationem, ob quas videatur dubitaſſe, adjiciunt. Deinde nec urgent iidem argumentum ab omiſſione nominis Pauli, ſed tantum dicunt, Nicephorum cauſam, quamobrem de Epiſtola illa antiquitas dubitaverit, hanc aſſignare, quod non præferat nomen Pauli.

*Cauſa, quare nomen ſuum Epiſtolæ ad Hebræos Paulum præfigere noluiſſe cenſet Bell. expenditur.*

VI. Sed expendamus adhuc alia quædam Bellarmini. Redditurus ille cauſas, quamobrem nomen ſuum Epiſtolæ ad Hebræos Paulus non addiderit, inter cetera ait, feciſſe id ipſum, *quia ſciebat, nomen ſuum inviſum Hebræis eſſe, quamvis ad fidem jam converſis, propterea quòd ipſe præ cæteris, legem veterem eſſe abrogatam, acerrimè diſputabat; cujus legis illi adhuc æmulatores erant.* Verum hæc conjectura nimis profecto improbabilis eſt. Ecquis enim perſvaderi ſibi patiatur, miſſam ad Hebræos fuiſſe Epiſtolam ſine intimatione autoris? cum certe hoc pacto ludos feciſſet Hebræos autor, quando ſub finem promittit, ſe mox affuturum ipſis, ſalutem item dicere jubet omnibus eorum ductoribus omnibusque ſanctis. Neque enim ſcire potuiſſent Hebræi, quem exſpectare, & cujus nomine ſanctos ſalutare deberent, ſi, qui adventum pollicetur, quique ſalutem tranſmittit, nomen ſuum occultaſſet.

*Ratio, cur idem non*

VII. Porro Cardinalis; *Quia, inquit, in hac epiſt. ad Hebr. cap. 3. dicturus erat, Chriſtum eſſe Apoſtolum confeſſionis*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*nis noſtræ, noluit initio ſe more ſolito Paulum Apoſtolum nominare, ne videretur ſe cum Chriſto aliqua ex parte conferre.* Sed primo nihil hæc ad præſens; ubi nempe non quæritur: cur Paulus, ſi Epiſtolæ ad Hebræos autor ſit, titulum *Apoſtoli* diſſimulaverit; ſed cur occultaverit nomen proprium? Neque enim ordinarie in ſuis Epiſtolis ſe nuncupat *Paulum Apoſtolum*, ſed etiam, prætermiſſo Apoſtoli elogio, *Paulum, ſervum Jeſu Chriſti*, ut in Epiſtola ad Philippenſes, *Paulum, vinctum Chriſti Jeſu*, ut in Epiſtola ad Philemonem, imo abſolute *Paulum*, ut in utraque ad Theſſalonicenſes. Deinde, quis credat, Hebræos jam converſos ignoraſſe, quid ſibi vellet titulus *Apoſtoli*, tributus diſcipulis Domini Eccleſiarumque plantatoribus, cum ille celebratiſſimus jam eſſet per orbem? Et ſi titulus hic Paulo potuit ſiniſtram concitare ſuſpicionem exæquationis cum filio DEI, cur non æque Petro, Jacobo, Johanni, ceteriſq; eundem palam uſurpantibus?

*uſurpare voluerit titulum* Apoſtoli, *conſideratur.*

IIX. Pergit Bellarminus, dici etiam poſſe Paulum omiſiſſe titulum *Apoſtoli*, quod non fuerit Apoſtolus Hebræorum, ſed gentium. Verum, ut non dicam, rurſus heic mutari ſtatum quæſtionis, cum de prætermiſſo Pauli nomine proprio in præſentia ſermo ſit, non de titulo Apoſtoli, hypotheſis illa, quaſi Paulus gentium ſolummodo fuerit Apoſtolus, & non ſimul Hebræorum, falſa eſt. Neque id diffitetur ipſe Gretſerus. Et ſi vel maxime verum eſſet, Paulum nullo modo fuiſſe Hebræorum Apoſtolum, ſed tantummodo gentium, omni tamen adhuc veriſimilitudine careret, quod propterea, dum ad Hebræos ſcripſit, Apoſtoli noluerit uſurpare titulum. Quid enim? num v. c. Ar-

*Alia ratio examinatur.*

*col. 305.*

chiepiſcopus Moguntinus, ſcribens forte ad Hamburgenſes, non appellabit ſe in literis ſuis Archiepiſcopum, quod non ſit Hamburgenſium Archiepiſcopus, ſed Moguntinorum? Verum his diutius immorari nil attinet. Quæ ſuperſunt in hoc capite animadverſionem merentia, partim minoris ſunt momenti, partim alio loco, ſi DEUS voluerit, in conſiderationem vocabuntur.

## Caput XIIX.

*De Epiſtola Jacobi, Judæ, ſecunda Petri, ſecunda & tertia Johannis.*

I.

*An Lutherus, Brentius, Chemnitius, & Centuriatores, Epiſt. Jacobi ac Judæ penitus contemnant.*

ASſerit Bellarminus, Lutherum, Brentium, Chemnitium, & Centuriatores Magdæburgicos, Epiſtolam Jacobi ac Judæ *penitus contemnere.* Sed qua veritate, ipſa locorum, ad quæ Cardinalis provocat, inſpectio abunde unumquemvis docere poteſt. Lutheri verba in præfatione Epiſtolis Jacobi & Judæ præmiſſa hæc ſunt: Dieſe Epiſtel S. Jacobi/ wiewol ſie von den alten verworffen iſt/ lobe ich/ und halte ſie doch für gut/ darumb daß ſie gar keine Menſchen Lehre ſetzet/ und GOttes Geſetz hart treibet. Aber/ das ich meine Meinung drauff ſtelle/ doch ohn jedermans nachtheil/ achte ich ſie für keines Apoſtels Schrifft/ *Hanc Jacobi Epiſtolam, etſi a veteribus rejectam, laudo nihilominus & bonam judico, quod ab humanis doctrinis tradendis prorſus abſtineat, legemq; DEI ſevere inculcet. Sed ut meum de ea judicium, citra tamen ullum alterius præjudicium, exponam, pro Apoſtoli alicujus ſcripto illam non habeo.* Num Epiſtolam Jacobi laudare, bonamq;

namque illam judicare, eſt penitus eandem contemnere? Sic Judæ quoque Epiſtolam laudare ſe idem affirmat Lutherus, cenſetque compendium eſſe ſecundæ Petrinæ: ſaltim ait, carere poſſe Eccleſiam hac Epiſtola citra fundamenti læſionem. Qua vero fronte, obſecro, Brentium & Chemnitium Bellarminus inſimulat, quod Epiſtolas Jacobi & Judæ penitus contemnant? cum ſane neuter, locis Cardinali citatis, aliud quid de memoratis Epiſtolis afferat, quam ut Euſebii ac Hieronymi de iis teſtimonia nude producat. Centuriatores denique id tantum agunt, ut oſtendant, ſæpe indigitatas Epiſtolas ex cenſu illorum ſcriptorum eſſe, *quæ in medio, propter quorundam dubitationem, ſunt aliquandiu relicta, poſtea vero in numerum Catholicorum ſcriptorum recepta*; item, eſſe haud obſcura indicia, unde colligi poſſit, earum autores non eſſe Apoſtolos Jacobum & Judam.

II. Porro in quæſtione: cujusnam Jacobi ſit Epiſtola illa de qua agimus? occupatus Bellarminus, eſſe eam ſcribit Jacobi iſtius, qui fuit primus Jeroſolymorum Epiſcopus; hunc vero eundem eſſe cum Jacobo Alphæi. Et hanc quidem opinionem, quod nimirum Jacobus ille Juſtus, Epiſcopus Ieroſolymitanus, idem ſit cum Jacobo Alphæi ſive Minore, Apoſtolo, præter Bellarminum tuetur etiam Card. Baronius. Impugnat vero ſententiam iſthanc operoſe, & contrarium demonſtrare ſatagit, M. Antonius de Dominis, libro II de Republ. Eccleſ. cap. II, 21. ſeqq. ubi etiam argumentum, quo Bellarminus militat, ſibi ſumit conſiderandum. Id ita habet: *Si non eſt Jacobus hic noſter* (qui Epiſtolam ſcripſit) *unus ex numero duodecim Apoſtolorum*,

*Num Jacobus Juſtus idem ſit cum Jacobo Alphæi.*

*ann. 44. n. 36. ſeqq.*

 *unius*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*unius Apoſtoli ex duodecim nullam fieri memoriam in Eccleſia. Conſtat enim*, inquit, *ex Evangelio Matthæi 10. duos fuiſſe Jacobos inter duodecim, Jacobum Zebedæi, & Jacobum Alphæi: in Eccleſia autem non ſit memoria niſi Jacobi fratris Joannis, die 25. Julii, & hujus Jacobi, qui ſcripſit hanc epiſtolam, & fuit Epiſcopus primus Hieroſolymæ, die 1. Maji: ſi ergo iſte non eſt ille Jacobus Alphæi, ſequitur, illius nullam prorſus fieri memoriam, quod certè eſt abſurdiſſimum.* Reſpondet Marcus Antonius laudato loco num. XLVI: *Quamnam quærit, quæſo, memoriam* Bellarminus *in Eccleſia? num quod ipſius acta ignorantur? Anne novum hoc in Eccleſia? & quorum Apoſtolorum acta habentur, quæ extra id, quod in divina Scriptura de ipſis narratur, ſint authentica? ſane pauca: Apocryphis omnia plena. Nonnullorum ex Apoſtolis vix potuit unica & brevis lectio in Breviario Romano confici, & ea ſatis infirma parumque probata; & de aliquo nihil; ut de Matthia, & Thaddæo. An diem paſſionis & genus mortis poſcit hæc memoria? ſic nulla eſt memoria Joannis dilecti à Domino, cum præſertim non deſint, qui adhuc vivum cenſeant. An requiritur dies feſtus? ſi dies mortis ignoratur, non poteſt in ipſius memoriam celebrari. Poſſet tamen Eccleſia aliquem ei diem dedicare, ut fecit Joanni Evangeliſtæ. Dices: Eccleſia celebrat primo die Maji ejus memoriam, tanquam Jacobi Apoſtoli, qui fuit filius Alphæi, eo tamen die legitur de Jacobo fratre Domini. Reſpondeo, Eccleſiam etiam univerſalem, nedum Romanam ſolam, poſſe, in iis quæ facti ſunt, errare. Mutet ergo Legendam, ſive in nocturno, ſive in Martyrologio; & non Jacobi Juſti, ſed Jacobi Alphæi acta inveniat ac recitet: atque ita dies feſtus & memoria Jacobi Alphæi, juxta Eccleſiæ intentionem, primo die Maij celebrabitur: ſiquidem frequentes cernimus & Breviariorum, & Martyrologiorum correctiones ac perpetuas refor-*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*reformationes.* Subdit deinde num. XLVII: *Sed vera Jacobi Apoſtoli memoria in Eccleſia eſt, quod ipſa optime novit, quotidie legit & recordatur, duodecim fuiſſe à Chriſto Apoſtolos primum electos, hujus eccleſiæ duces ac magiſtros: & in his duodecim fuiſſe Jacobum Alphæi. Non enim expunctus eſt ex albo Apoſtolorum, etiamſi diem proprium feſtum non haberet; neq; actiones ipſius in Eccleſiis recitarentur.* Hæc doctiſſimus ille Spalatenſium Archiepiſcopus.

III. Amplius Centuriatores Magdæburgicos mendacii reos agit Bellarminus, quod ſcribant, Euſebium libro II Hiſtor. Eccleſ. cap. XXIII affirmare, Epiſtolam Jacobi & Judæ eſſe adulterinas; cum ejus verba hæc ſint: *Sciendum eſt, quod à nonnullis non recipiantur*; & deinde: *Nos tamen ſcimus, etiam iſtas cum cæteris ab omnibus pene Eccleſiis recipi.* Verum ſi Græcum potius ipſius Euſebii textum, quam futiliſſimam tranſlationem Ruffini, conſuluiſſet Cardinalis, non ita invectus fuiſſet in Magdæburgenſes. Diſerte enim Euſebius, de Jacobea Epiſtola loquens, ἰστέον, inquit, ὡς νοθεύεται μέν. Ubi quidem Gretſerus: *Νοθεύομαι non eſt, eſſe* ſpurium *& ſuppoſititium, ſed eſt, notari, argui, & accuſari tanquam ſpurium. Aliud autem eſt eſſe ſpurium, aliud accuſari & notari tanquam ſpurium: nam hoc etiam legitimo accidere poteſt, & accidit quotidie, ut docet experientia. At eſſe nothum & adulterinum, non poteſt accidere legitimo.* Sed nimis temerarius eſt Apologeta, dum ita abſolute negat, νοθεύεσθαι notare ſpurium & ſuppoſititium eſſe. Aliud ſane in Theſauro ſuo oſtendit doctiſſimus vir Henricus Stephanus, cum quo heic poſſunt conferri Heſychius ac Svidas. Et quid, quæſo, ſibi vult τὸ νοθεύεσθαι, quando Marcellinus in vita Thucydidis ſcribit: λέγουσι δέ τινες,

*Bellarminus in Centuriatores injurius.*

*col. 319.*

*Νοθεύεσθαι quid notet.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

τὴν ὀγδόην ἱστορίαν νοθεύεσθαι, καὶ μὴ εἶναι Θουκυδίδου; annon, ὀγδόην ἱστορίαν νοθεύεσθαι, idem heic valere quod notham, adulterinam eſſe, ſatis evincit interpretamentum, quod ſubjungitur, ἐξηγητικὸν, καὶ μὴ εἶναι Θουκυδίδου; Falſum ergo eſt, quod tam audacter Gretſerus affirmat, νοθεύεσθαι non notare ſpurium & ſuppoſititium eſſe. Quanquam vero non eamus inficias, idem vocabulum aliquando etiam ſignificare, pro adulterino, notho, ſpurio vel ſuppoſititio haberi, nondum tamen evidenter evictum eſt, citato Euſebii loco in poſteriori iſthoc ſignificatu id adhiberi, & non in priori. Unde non ita confidenter mendacii arguendi erant Centuriatores, quod, priori modo vocem capientes, Euſebium Jacobi Epiſtolam pro adulterina habere ſcribant. Et tantum de Epiſtola Jacobi. Circa quam quæ præterea affert Bellarminus conſideratione digna, ea ſuo loco reſervamus. Quid vero de argumento, quo tum hujus, tum Judæ, II Petri, II & III Johannis Epiſtolarum autoritatem canonicam Cardinalis ſtabilire ſatagit, deſumpto ſcilicet ab earundem citatione & lectione publica, habendum ſit, ex iis quæ ſupra capp. VII, 6. 8. IIX, 6. 7. IX, 2. X, 13. fuerunt monita, plus ſatis liquet.

## Caput XIX.

### *De Apocalypſi.*

I.

Lutherus, ſcribit Bellarminus, *in præfatione antiquiore Teſtamenti novi* ait, *ſe Apocalypſim neq; pro Prophetico, neq; pro Apoſtolico libro recipere, ſed ſimilem judicare libro quarto Eſdræ. Brentius*, pergit, *& Kemnitius locis notatis Luthero ſubſcribunt.*

II. Lu-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

II. Lutherum quod attinet, quidquid olim ille ſcripſerit in veteri præfatione, in ea ſane, quæ hodie in codicibus legitur, nihil de Apocalypſi aſſerit aliud, quam in dubio ſe relinquere, utrum ſit Johannis Apoſtoli, quod nonnulli ex vetuſtioribus Patribus id inficiati ſint, nil tamen hoc ipſo præjudicare velle aliis. Verba ejus hæc ſunt: Umb der ungewiſſen außlegung und verborgenen Verſtandes willen haben wir (dis Buch) bißher auch laſſen liegen / ſonderlich weil es auch bey etlichen alten Vätern geachtet daß nicht S. Johannis des Apoſtels ſey / wie in lib. 3. Hiſt. Eccl. c. 25. ſtehet. in welchem zweiffel wirs für uns auch noch laſſen bleiben. Damit doch niemand gewehret ſeyn ſoll / daß ers halte für S. Johannis des Apoſtels / oder wie er will. Ita Lutherus: qui deinde hujus libri uſum didacticum, paracleticum, & epanorthoticum, prolixe exponit. *Lutherus quid de Apocalypſi ſentiat.*

III. Sed qua fronte Cardinalis affirmat, Brentium & Chemnitium in eo, quod Apocalypſis neque Propheticus neque Apoſtolicus liber ſit, ſed ſimilis libro quarto Eſdræ, Luthero ſubſcribere? Evolvat quis Brentii, evolvat Chemnitii loca Bellarmino citata, & res in aprico erit. Brentius, ubi Euſebii ac Hieronymi de libris tũ Veteris tũ Novi Teſtamenti ἀντιλεγομένοις teſtimonia ordine produxiſſet, ad Apocalypſin perveniens, *Vide*, inquit, *teſtimonium Euſebii paulo ante de Epiſtola Judæ, & lib 5. cap.* 8. Citaverat autem de Epiſtola Judæ librum III Hiſt. Eccleſ. cap. XXV, ubi Euſebius de Apocalypſi ſcribit, quod a nonnullis repudietur, ab aliis pro indubitato Scripturæ libro habeatur. Loco poſteriori, libro nempe V cap. IIX, Euſebius de eadem Apocalypſi producit teſtimonium Irenæi, ſcribentis, conti- *Quid Brentius & Chemnitius.*

giſſe

giſſe hanc viſionem ſub finem Imperatoris Domitiani. Chemnitius itidem, præmiſſis de aliis N. T. libris ἐχ ὁμολεγομένοις (ut Euſebius loqui ſolet) veterum judiciis ac teſtimoniis, quid de ſæpius memorata Apocalypſi illi ſenſerint indicaturus, duo Euſebii loca profert; unum ex libro III Hiſt. Eccl. cap. XXIV, alterum ex ejusdem libri capite XXXIX. Prior ſic habet; *De Apocalypſi etiamnum apud multos diſpar eſt opinio, probantibus illam aliis, aliis vero reprobantibus.* Poſterior ita: *Veriſimile eſt, alterum* Johannem*, qui inter Seniores numeratur, niſi quis primum malit, qui inter Apoſtolos nominatur, Apocalypſin illam vidiſſe, quæ ſub nomine* Johannis *circumfertur.* Subjungit deinde, Irenæum & Origenem Apocalypſin tribuere Johanni Apoſtolo. Num hoc eſt, Apocalypſin neque pro Prophetico neque pro Apoſtolico libro agnoſcere, ſed ſimilem eum judicare libro quarto Eſdræ?

IV. Argumenta, quæ pro Apocalypſi Bellarminus affert, non omnia ſat juſti ſunt ponderis. Nec enim ſequitur, v. c. Clemens Alexandrinus Apocalypſin citat; ergo Apocalypſis eſt ſcriptum canonicum; item: hoc vel illud Concilium, hic vel ille priſcus Eccleſiæ Doctor, librum iſtum laudat nomine Johannis Apoſtoli; ergo credidit quoque revera eum eſſe abs Johanne Apoſtolo ſcriptum. Quid enim de iſtiusmodi ratiocinationibus ſit habendum, ex his quæ ſupra multoties, cumprimis capp. VII, §. 8. IIX, §. 7. inculcata ſunt, nemini obſcurum amplius eſſe poteſt.

*Obſervatio de Apocalypſi, 2. Ep. Petri, 2. &*

V. Coronidis loco huc transſcribemus, quæ obſervat vir eruditiſſimus Ludovicus de Dieu, præfatione in Apocalypſin Syriacam abs ſe editam: *Mirum ſane,* inquit,

inqvit ille, *cum N. Teſtamentum ab Ignatio, Patriarcha Antiocheno, per Moſen Meridinæum, è Meſopotamia Sacerdotem, in occidentem mitteretur, in Syriam reportandum, imo in gratiam Syriacarum Eccleſiarum Viennæ anno 1555. imprimeretur, Apocalypſin, una cum 2. Epiſtola Petri, ſecunda ac tertia Johannis, nec non Epiſtola Judæ, defuiſſe; fortaſſe quod, ut olim, ita & tum, apud omnes orientis Eccleſias iſtæ S. Scripturarum partes communiter nondum receptæ eſſent.* 3 *Johannis. Epiſt. Judæ, Lud. de Dieu.*

## CAPUT XX.

*Circa ea, quæ de libris, ipſorummet Pontificiorum confeſſione apocryphis, Bellarminus commentatur, nonnulla monentur.*

I.

OCcaſione tertii Maccabæorum libri, quem canones, qui Apoſtolorum nomen præferunt, canone LXXXIV, ſcriptis canonicis accenſent, diſputationem Bellarminus inſtituit de iſto canone LXXXIV, eumq; ſuppoſititium eſſe demonſtrat, imo non ſine cauſa Gelaſium in genere iſtos Apoſtolorum canones inter apocrypha poſuiſſe fatetur. Ubi ampliſſima ſane nobis materia ſuppeteret, de illis canonibus heic diſſerendi, eorumq; autoritatem invictis rationibus impugnandi. Sed quia hoc labore dudum defuncti ſunt viri doctiſſimi quamplurimi, nolumus actum agere. Videantur præ ceteris, Magdæburgenſes, Cent. I, lib. II, cap. VII, Lucas Oſiander, Epitome Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Cent. I, lib. III, cap. IV, Martinus Chemnitius Examine Concilii Tridentini, tit. de Abſtinentia & Jejunio, p. m. 782. ſeq. Johannes Gerhardus in Confeſſione *De canonibus Apoſtolorum.*



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Catholica libro I, parte II, cap. VI, Johannes Rainoldus in Cenſura, prælect. XLIV, Gvilielmus Whitackerus de Scriptura ſacra quæſt. I, cap. IV, Andreas Rivetus in Critico ſacro libro I, cap. I, Robertus Cocus in Cenſura pag. m. 4. Robertus Parkerus in Politia Eccleſ. libro II, cap. XIII.

*Locus Hieronymi ex præf. in Eſdram explicatur.*

II. Porro ſub finem capitis ſcribit Cardinalis, Hieronymum præfatione in Eſdram aperte ſignificare, tertium & quartum Eſdræ librum non ſolum apud Hebræos non haberi, ſed ne apud LXX quidem. At fugit eum ratio. Hieronymi verba, quæ quidem ad præſens faciunt, hæc ſunt: *Nec quemquam moveat, quod unus a nobis liber editus eſt: nec apocryphorum tertii & qvarti libri ſomniis delectetur: quia & apud Hebræos Eſdræ Neemiæque ſermones in unum volumen coartantur: & quæ non habentur apud illos, nec de viginti quatuor ſenibus ſunt, procul abjicienda. Si quis autem LXX vobis oppoſuerit Interpretes, quorum exemplaria varietas ipſa lacerata & inverſa demonſtrat, nec poteſt utique verum aſſeri quod diverſum eſt, mittite eum ad Evangelia, in quibus multa ponuntur quaſi de veteri Teſtamento, quæ apud LXX Interpretes non habentur.* Heic ſi per XXIV ſenes Hieronymum LXX Interpretes indigitare credidit Bellarminus, omnino deceptus eſt. Ipſe enim ſanctus Doctor, qvosnam per XXIV ſenes velit intellectos, clare indicat in prologo galeato. Poſtquam enim ibi dixerat, eſſe libros V. T. numero XXII, ſubjungit: *Quanquam nonnulli Ruth & Kinoth inter hagiographa ſcriptitent, & hos libros in ſuo putent numero ſupputandos; ac per hoc eſſe priſcæ legis libros viginti quatuor, quos ſub numero viginti quatuor ſeniorum Apocalypſis Joannis inducit, adorantes agnum, & coronas ſuas proſtratis vultibus offerentes.* Scilicet

*Apoc. 4.*

per

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

per libros, qui de XXIV ſenibus ſunt, totidem V. T. libros canonicos heic ſignificari in aprico eſt. Sin ad verba ſubſequentia, ubi diſerta τ̃ LXX habetur mentio, digitum Bellarminus intendit, nihilominus fruſtra eſt. Loquitur nimirum ibi Hieronymus, uti ex contextu facile liquet, de toto corpore Biblico, nihilq; aliud vult, quam exemplaria Græca miris modis vitiata eſſe, omiſſis quibusdam, quibusdam male verſis. Verum de his quoque ſatis.

## SOLI DEO GLORIA!

# INDEX.

A.

*ÆLius Lampridius Chriſtianorum fautor* 186
*Andradi⁹ contradicit Bellarmino* 180
*Apocalypſis* 342
*Apocryphi vox* 143
*Apocrypha etiam allegantur a Patribus ſub nomine Scripturæ & ſcriptorum Propheticorum* 72. 78. 100. 101
*Eadem publice in Eccleſia lecta* 104
*adducuntur a Patribus ad probanda fidei dogmata* 105
*Apocryphi libri, quos hodie rejiciunt Proteſtantes, jam olim per omnia ſecula repudiati* 145
*Iidem an unquam fuerint in Hebræorum canone* 218
*Iidem quomodo diſcrepent a canonicis* 182
*Apoſtoli an declaraverint, libros inter Proteſtantes & Pontificios controverſos eſſe canonicos* 180
*Apoſtolorum acta num extent* 340
*Arca federis an a Jeremia abſcondita, & olim reſtituenda* 302. 309
*Eadem an aſportata abs Chaldæis* 307
*Arphaxad, de quo in hiſtoria Judith, an ſit Diocles* 222
*Aſteriſci Hieronymiani* 115



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Athanaſius quare in canone non ponat librum Eſther* 67
*Ejus Synopſis Scripturæ an ſcriptum ſuppoſititium* 196
*Auguſtini ſententia de libris inter Proteſtantes & Pontificios controverſis* 131
*Ejus locus ex 2. de Doctr. Chr. 8. explicatur & vindicatur* 134
*Item locus ex 2. contra Ep. Gaud. 23.* 131. 287
*Item ex 19. de C. D. 36.* 151
*Item ex 1. de Prædeſt. 14.* 269
*Ejus ſententia de quæſtione: unde ſciamus, hunc vel illum librum eſſe hujus vel illius autoris* 166
*Ejus Speculum* 190

B.

*Baronius contradicit Bellarmino* 327
*Ejus ſententia de libro Judith in canonem relato abs Concilio Niceno* 194
*Baruch* 97
*Baſilidæ hæreſis* 37
*Num docuerit, libros V. T. a malo Deo eſſe dictatos* ibid.
*Bellarminus Gretſero contradicit* 29
*Idem contradicit Andradio* 180
*Greg. de Valentia* 295
*Idem pervertit mentem Calvini* 291
*Bellarmini incogitantia & memoriæ lapſus* 35.36.102.125.285.293.297
*Ejus mirabilis reſponſio ad argumentum Proteſtantium contra libros Scripturæ controverſos prolixe examinata* 163

C.

*Cajetani laudes* 153
*Calixti Epiſtolæ ſuppoſititiæ* 187
*Canonici vox* 134. 153
*Canonica autoritas quid requirat* 79. 295
*Canticum Canticorum an nuſpiam habeat DEI nomen* 57
*Carthaginenſis Concilii canon 47. expenſus* 144
*Catechumenis quinam libri in priſca Eccleſia prælegi ſoliti* 262
*Centuriatorum Magdæb. ſententia non ſatis dextre propoſita abs Bell.* 334
*Chemnitius vindicatus* 142.174.270
*Chriſtiani gentilibus Judæi dicti* 187
*Chriſtus an novas leges præſcripſerit Matth. 5.* 28
*Chryſoſtomus an Babyloniam alicubi vocet Perſiam* 301
*Circulus Papiſticus* 1
*Citatio alicujus libri a Conciliis vel Patribus facta, etiam ſub elogio Scripturæ ſacræ, vel nomine alicujus Prophetæ, & ad probanda fidei dogmata, nondum probat eum*

eum eſſe canonicum 72.78.100. 101.105.188.253.
Conſules an alternis diebus imperarint apud Romanos 311
Contradictiones veræ in libris apocryphis occurrentes non debent excuſari per contradictiones apparentes libb. canonicorum 192

D.

Damaſcenus an canonem Scripturæ ex mente Hebræorum recenſeat, non ex propria 199
Damaſi Epiſtola ſuppoſititia 283
Danielis additamenta 103
an a 70 Interpp. translata 110
Dionyſii Areopagitæ ſcripta ſuppoſititia 255
Diſputandi proceſſus Jeſuiticus 217

E.

Eccleſiaſtes quo tempore a Salomone ſcriptus 52
Ejus autoritati num detraxerit Lutherus 50
Eccleſiaſticus 133.279
Ejus autor an Salomo 28
Eliakim an Pontifex fuerit 224
Epiphanii liber de vitis Prophetarum ſuppoſititius 305
Epiphanius notatus 156
Idem an Scripturæ canonem non ex propria mente recenſeat, ſed ex ſententia Hebræorum 199.281
Erbermannus contradicit Caranzæ, Lindano, & Baronio 202
Ejus paradoxa 99.221
Eſtheræ liber quare in canone non poſitus abs Melitone, Athanaſio, & Naz. 66
Eſtheræ additamenta 68
Evangelii vocabulum 59
Evangelia plura quam 4. eſſe quo ſenſu dicat Lutherus ibid.
Evangeliſtas tantum duos eſſe aſſeruit Præfectus quidam in Gallia Regius 65
Euſebius male citatus a Bell. 315

F.

Fabulæ vox aliquando notat veram hiſtoriam 48

G.

Gelaſius quid de Scripturæ canone 161
Genebrardi Chronologia 223
Græca hodierna Eccleſia quid de canone Scripturæ ſentiat 183
Greg. de Valentia contradicit Bell. 295
Gretſerus contradicit Bellarmino 29.216.237.281
imo ſibi ipſi 31
Idem pervertit ſtatum controverſiæ 32.52.54.231.322
Idem inepte diſputat 197.198.216.217.333



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

H.

*Hebræis inſcripta Epiſtola* 325
*Hermæ Paſtor* 73
*Hieronymus quid de additamentis Danielis ſenſerit* 116
*An libros apocryphos alicubi vocet hagiographos* 157
*An librum Judith aſſeruerit in canonem fuiſſe receptum a Concilio Niceno* 194
*An de eodem libro diverſas diverſo tempore foverit ſententias* 204
*An ignorarit ad aliquod tempus decreta Synodi Nicenæ* 205
*Hieronymi præfatio in Judith explicatur* 206
*item ej⁹ præfatio in Danielem* 117
*& locus ex 2. Apologia contra Ruffinum* 118
*ejus præfatio in Tobiam & Judith a mendo liberatur* 157
*Hippolytus* 326

I.

*Jacobus Juſtus an idem cum Jacobo Alphæi* 339
*Jacobi Epiſtolam num penitus contempſerint Lutherus, Brentius, Chemnitius, & Centuriatores* 338
*Jechonias an in Scriptura etiam dicatur Jojakim* 125
Ιερόλογοι *quid Dionyſio Areop.* 261
*Jeſuiticus diſputandi proceſſus* 217
*Innocentius quid de Scripturæ canone ſentiat* 159
*Jobi liber metricus* 41
*Ejus autoritati num detraxerit Lutherus* 37
*An omnia, quæ in eo habentur, juxta literam intelligenda* 43
*Johannis Evangelium quo ſenſu ceteris præferendum* 63
*An ſolum pro genuino habitum abs Luthero* 58. 62
*Joſephi figmenta* 81. 83
*Ejus liber de Maccabæis* 289
*Ejus locus de purificatione templi perperam citatus a Bell.* 315
*Judæorum erga Codicem ſacrum religio* 80. 218
*Judæorum nomen etiam Chriſtianis tributum* 187
*Judithæ liber* 194
*an fuerit in canonem receptus a Concilio Niceno* ibid.
*Judith quamdiu vixerit* 233
*Eadem quot fuerit annorum, quando occidit Holofernem* 234
*Junili⁹ Afr. de Canone Scripturæ* 212

L.

*Lactantium in ſuis libris non uſum eſſe Scripturæ teſtimoniis imprudenter aſſerit Baronius* 329

*Laodi-*

*Laodicenum Concilium quo tempore habitum* 200
*Idem quid de canone ſentiat* 202
*Lectio publica alicujus libri in Eccleſia non probat ejus autoritatem canonicam* 104. 208
*Litera occidens & Spiritus vivificans quid ſint 2. Cor. 3.* 26
*Livii locus de faſcibus Coſſ. male acceptus a Bellarmino* 313
*Lutherus an Swencfeldianiſmum tribuat Pontificiis* 7
*an detraxerit autoritati libri Job* 37
*an autoritati Eccleſiaſtæ* 50
*an ſolum Evangelium Johannis pro genuino agnoſcat* 58. 62
*an penitus contempſerit Epiſtolam Jacobi & Judæ* 338
*quid ſenſerit de Apocalypſi* 343
*an Arianis faverit* 324
*Ejus liber ſermonum Sympoſ. cujus autoritatis* 38. 50
*Lyſimachus an hiſtoriam Eſther Græce verterit* 86
*quo ſenſu dicatur Epiſtolam Phurim interpretatus* 88

M.

*Maccabæorum libri* 130. 151. 286
*Maccabæorum liber Joſephi* 289
*Magiſter Hiſtoriæ Scholaſticæ P. Comeſtor* 158
*Manaſſæ captivitatis tempus* 232
*M. A. de Dominis judicium de Concilio Tridentino* 98
*Idem refellit Bellarminum* 340
*Mariani Victorii incredibilis impudentia* 196
*Melito* 180
*cur in canone non ponat librum Eſther* 66
*quid intelligat in ſuo catalogo per Sapientiam* 263. 266
*Metrophanes Critopulus, Græcus, de canone Scripturæ* 183

N.

*Nabuchodonoſor, de quo in libro Judith, an ſit Merodach* 215
*Nazianzenus quare in canone non ponat librum Eſther* 68
*Nicephori Conſtantinop. Chronologia cujus autoritatis* 225
Νῖκος *quid ſignificet* 1. *Cor.* 15, 54. 150
Νοθεύεσθαι *quid* 341

O.

*Obeli Hieronymiani* 115. 117
*Origenes* 78
*Ejus Homiliæ in Levit.* 107
*an in conſtituendo canone ſecutus fuerit 70. Interpp.* 109
*num Danielis additamenta pro Scripturæ can. parte habuerit* 112

*Otho*

*Otho Brunfelſius præter rem accuſatus abs Bell.* 57

P.

*Paſtor Hermæ* 73

*Patres in canone conſtituendo ſequuntur Hebræos, non Græcos* 71

*Perſiæ vox an ita late ſumi poſſit, ut comprehendat ſub ſe Babyloniam* 300

*Petavius Dionyſii Areop. ſcripta habet pro ſuppoſititiis* 257

*Petri Epiſtola prior an ad Hebræos ſcripta* 332

*Petrus Comeſtor* 158

*Pighius de Scripturæ autoritate* 174

*Pontificis R. infallibilitas infirmata per ipſius Bell. hypotheſes* 24

*Pontificum contrariæ definitiones* 25

*Pontificum veterum Epiſtolæ ſuppoſititiæ* 188

*Pontificii quam difformiter explicent locum 2. Cor. 3. de litera & Spiritu* 33

*Pontificiorum doctrina de primo Theologiæ principio qualis* 1

*Pontificiorum quorundam paradoxa de Scriptura ſacra* 11. 179

*Pontificii an doceant, Eccleſiam poſſe facere librum canonicum de non-canonico* 173

*Iidem an Scripturam cum fabulis Æſopi comparent & T. Livio* 177. 178

*Iidem Patrum ſcripta ſuppoſititia eſſe excipiunt, ſi quando ad teſtimonia inde deprompta reſpondere neſciunt* 198

*Præpoſitus domus quisnam apud veteres Judæos* 226. 228

*Principium primum Theologiæ quodnam* 1

*Proceſſus diſputandi Jeſuiticus* 217

*Proteſtantes in quæſtione de libris Scripturæ genuinis methodo inſiſtunt Auguſtini* 166

*Proverbia Salomonis, Sapientiæ nomine indicata veteribus* 263

*Proverbiales locutiones quomodo explicandæ* 130

Προφητεύειν *quid notet Sirac. 48, 14.* 150

Q.

*Quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris, gnome Ælio Lampridio uſitata* 186

R.

*Rabbinorum regula: Non eſt prius & poſterius in Scriptura; quomodo intelligenda* 52

*Eorum commenta de arca federis occultata & reſtituenda* 303. 310

*Revelationes occultæ enthuſiaſticæ per calumniam Proteſtantibus tributæ* 19



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

*Ruffini verſio Evſebii cujus autoritatis* 110

S.

*Sapientiæ liber* 253
*Ejus autor an Salomo* 273
*an Philo* 278
*Sapientiæ nomine Proverbia intelligere ſolent veteres* 263
*Sardicenſe Concilium an librum Sapientiæ habeat pro canonico* 253
*Scripturæ vox quomodo a Patribus uſurpetur* 72. 78. 100
*Scripturæ* θεοπνευστία 79. 295
*Scripturæ neglectus & contemptus in Papatu* 9. 11. 179
*Scriptura Æſopi fabulis comparata abs Pontificiis* 177
*Ejus efficacia in convincendis hominum animis* 14
*Ejus aſſenſus quotuplex* 13
*Scriptura quot modis dici poßit ſibi ipſi perhibere teſtimonium* 16
*Scripturæ liber unus quo ſenſu dici poßit præferendus alteri* 62
*Scripturæ loca quædam conſiderata, ut Gen.3,9.* 339
*Ibid. 4,9.* ibid.
*Ibid. 14,10.* 318
*Ibid. 46,27.* 96
*Num. 16, 11.* 240
*Deut. 10, 22.* 96
*1. Sam. 25, 10.* 242
*1. Regg. 19, 9.* 239
*2. Regg. 18, 18.* 226
*Nehem. 7, 6. 7.* 94
*Job. 1, 6.* 43
*Prov. 8, 22.* 284
*Ibid. 16, 6.* 185
*Eſ. 22, 15.* 228
*Malach. 1, 10.* 240
*Matth. 1, 11.* 126
*Ibid. 5, 21.* 28
*Ibid. 7, 12.* 186
*Luc. 6, 31.* ibid.
*1. Cor. 2, 13.* 299
*Ibid. 15, 54.* 150
*2. Cor. 3, 6.* 26
*Ibid. 11, 6.* 299
*1. Theſſ. 4, 4.* 150
*1. Pet. 4. 3.* 333
*1. Joh. 5, 6.* 19
*Ibid. comm. 7.* 324
*Sirac. 48, 14.* 150
*Scripturæ codex an repoſitus fuerit in arca federis* 156
*Simonis hæreſis* 37
*an docuerit, libros V. T. a malo Deo eſſe dictatos* ibid.
*Sixti 2. Epiſtola ſuppoſititia.* 283
*Sixtus Senenſis docet, Eccleſiam poſſe librum canonicum facere de noncanonico* 175



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Σκεῦος quid notet 1. Theſſ. 4,4. 150
Sobna qualis fuerit Scriba 227
Spiritus enthuſiaſticus per calumniam tribuitur Proteſtantibus 19
Spiritus S. teſtimonium internum 19
Stapletonus ſcribit, Eccleſiam poſſe, ſi velit, Paſtorem Hermæ, vel Conſtitutiones Clementis, in canonem recipere 177
Sympoſiacorum Lutheri ſermonum liber cujus autoritatis 38. 50

T.

Teſtimonium internum Spiritus Sancti 19
Theologiæ primum principium quodnam 1
Θεοπνευςία 79. 295
Tractatores, h. e. Scripturæ interpretes 261
Tridentinum Concilium 97
Tobiæ liber 185

V.

Veru Hieronymianum 117
Vocabulum idem diverſo ſæpe ſenſu ab eodem autore uſurpatur 149

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 01718 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-390 4° 1718